


De
Jure
Mortuorum



per libro impresso
en el

Monasterio de la Oliva

No ha salido en venta
en catalogo



lucy 16
TRACTATUS
MONASTICVS
DE IVRE AC POTESTATE
REGVLARIS OBSERVANTIÆ

S. BERNARDE HISPANIAE, ORDINIS
CISTERCIENSIS.

Ac (abinde aliarum Religionum praefertim Monachalium)

AUTHORE

*Mag. Fr. NICOLAO BRAVO, Pintiano, eiusdem Observantiae
Monacho Superatensi, & in illa olim pluries Abbate ac Diffinitore
& nunc Ecclesiae generalis; atque apud Nauarram Catholici
Regis Philippo IV. & delos REGIAE Aulicis
& Consilij eidem.*

Ipsius OBSERVANTIAE SACRATIS
SIONEM ET



2. Machab. 5.

In Regali OLIVAE Cenobio,
Martinus a Labayen & Didacus a Zabala Pampilonenses
excudebant.

ANNO M. DC. XLVII.

Dr. Martin Jankovics

Errata in fine libri, ut corrigantur.

Tene el Autor facultad del Consejo Real Supremo de Navarra, para imprimir este libro, *Tractatus Monasticus*, &c. por veynete años. Dada en Pamplona à 27. de Julio de 1646. ante Julian de Lizarza Secretario.

T A S S A.

Esta tassado por los mismos Señores del Consejo a cinco maravedis el pliego en papel, ante el mismo Secretario, dicho año a 13. de Diciembre.

Sapientissimi D. Doctoris Martini Taxeros S. Ecclesie Pamplonae Canonici Magistralis, Censura.

Tractatum *Monasticum de iure & potestate regularis Observantia, Sancti Bernardi Hispaniae Sacri Ordinis Cisterciensis, & consequenter etiam aliorum;* à Reverendissimo P. Magistro Fr. NICOLA O BRAVO Regalis monasterij de la O. linae meritissimo Abbate, doctè elaboratum iusto supremi Regni Navarrae Senatus summa cum voluptate; nec non utilitate perlegi. In quo consuetudines Cisterciensis Congregationis Hispaniae declarantur, novae & vetera Summorum Pontificum diplomata, partim consula atque varietate dispersa, partim temporum iniuria fere dispersa; suo distincta ordine, restituantur, magni privilegiorum thesauri lucem proferuntur, propria iura tractantur, peculiareque Constitutiones accurate disentiuntur, difficultates inde lubertas Author subtiliter disputat, prudenterque resolvit. Opus certè dignum ut prelo mandetur, quia nihil habet Catholicae fidei contrarium, prohisque non oribus disonum, sed omnibus sub disciplina regulari & praecipue Monastica militantis vite, imò & necessarium iudicavi. Dat. Pamplonae Kalendis Julij anno 1646.

Doctor Martinus Taxeros.

Rex P. N. Vicarij Generalis Aragonie, Nivarræ, &c. facultas.

Nos D. Fr. Raphael Trobado S. Theol. Mag. Abbas Regij Monasterij B. Mariæ Valledignæ, Prior de Monte Sancto, Vicarius Gils. Congregationis Cisterciensis in Regno Corona Aragonie & Nivarræ, &c. Dilecto nobis in Christo Confratri. Admod. R. P. Mag. Fr. Nicolao Brano Congregationis Cisterciensis in Regno Castellæ filio, & in nostra Congregatione Regalis monasterij B. Mariæ de la Oliva in Regno Navarra Abbati quadriviti, & Magistro Philippo Regis Catholico Dominato, a nobisq; confirmata, salutem in Dño sempiternam. Cum, Tractatum Monasticum de iure & potestate Observantiæ S. Bernardi Hispaniæ, Ordinis Cisterciensis, de deesse & evocare elaboratum & nobis examinatum & approbandum proposuisset, summo animi gaudia iterum, atque iterum relegerimus, & nihil sinceritati fidei adur, aut, probitati morum discenterimus, sed indulcentiam & Privilegia, & libertates a Romanis Pontificibus Regularibus concessas, præsertim nostro Sacro Ordini Cisterciensis specialiter Observantiæ Hispaniæ, permissas reperire, multaq; non duobus tantum, verum etiam necessariis, ad regularem disciplinam, tam va Observantiæ Hispaniæ, quam in nostra Aragoniæ Congregatione, in totoque nostro Ordine, magna eruditione, ac viribusque viri, cum maxima cognitione, tractata conspexerimus, ideo in commune Ordine commutandum in locum prædite necessarium fore, iudicamus. Quare tenore presentium facultatem tibi concedimus, imo & præcipimus, ut typis, mandatis prædictum Tractatum, obtentis prius licentijs Ordinarij & Regij. In quorum fidem præsentis fieri in fidei manu nostra firmata, sigillis Congregationis munitas, & per Secretarium referendatarij D. Pampili die decimo mense Martij, anno millesimo sexcentesimo quadragésimo sexto.

Fr. Raphael Trobado
Abbas Valledignæ Vicar. Generalis.

Fr. Franciscus Cruxler
Secretarius Congregationis.

Ellestriff. D. Onillarij facultas.

Dominus Joannes Quirpo de Illis Dei & Apostolica Sedis gratia Ep. Pampilonæ, Regijq; Consiliarius, & Pro Rex ac Dux Generalis huius Regni Navarra Catholice Maje. Philippi IV. Rex Aetheriarum nostra ordinaria Ecclesiastica, vobis, & fratribus, ac curiæ, Tractatum Monasticum de iure & potestate Observantiæ S. Bernardi Hispaniæ, a R. Mag. Nicolao Brano Abbate Regali Monasterij B. Mariæ de la Oliva, filius diocesis, dispensati & eorumq; triplicis & quatuor capitæ continentem, licentiam & facultatem imprimendi in quantum possimus, & typis date mandamus, & concedimus, Pampilonæ, mense Martij, millesimo sexcentesimo quadragésimo sexto, die vero trigésima mensis Martij.

Episcopus Pampilonensis.

De Ellestriff. Dñi, vni Episcopi mandato.

Franciscus Tommas a Villagan Sec.

Cañal

**Grauilae De R. P. Simonis Diaz de Lorriaga, Vauerficatis Pampilon.
Ord. Prædicatorum Primarij Regentis, Censura.**

Ipsa Excellentissimi & Illustrissimi D. D. Joannis Queipo de Llano Regis Illi
marie Prætoris, & Episcopi Pampilonensis, &c. Librum, cui titulus est: *Ita
Status Monasticus de iure ac potestate Regularis Observantia Sancti Bernar-
nardi Hispaniæ Sacri Ordinis Cisterciensis, & consequenter etiam alio-
rum. Autor vero, Reuerendissimus & Sapientissimus P. Mag. Fr. NICOLAUS
DE R. P. Sacri eiusdem Ordinis. Alumnus, Regalisque ac celebratissimi Mo-
nasterij de la Oliva Abbas meritisimus, magna auctoritate & voluptate perle-
gi. Nihil in eo a fide absonum, nihil a sanæ doctrinæ sinceritate alienum, nihil ot-
tersum bonis moribus repertum. Quia & dum res, qui aliorum commotæ operas suas
gratis collocant, summa gratitudine, eis utitur, qui vero ingenij acuminis iad ob-
strusa quoque & obscuræ eruditionis conficiunt, pereximia laude, dignissimus est,
seuatisimum est, libri huius Autorum, in eius materia quâ tanta trutinantur,
summa & utilitas, & obscuritas, æquissimo sibi iure, & pro allato conuincido gra-
titudinæ, & pro facili rei eius imploxa Tractatu, maximam commendationem
expallulare non dubito. In hoc quippe opere, sic dnm privilegia, & indulgentia Or-
dinibus sacris & Summæ Potestatis concessa, in Ordine (quæ res omnibus
semper diffi. est imp. exâm) iura & merita exigis, tantâ sibi laudem non mo-
do apud hæc Pontificem, verum & sacra Theologia Professores conciliat, ita de
vniuersis Religiosorum Ordinum, catibus, quibus liber hic, iuxta Prælati fere, mo-
do subdit, ad faciliæ suorum privilegiorum, (quæ ignorare perniciosum, iuste
vero utilissimum est) comparandam utilitatem, maximo futurum est adiumento, se
bene meritum ostendit, re enim lucè dari, communibus omnium votis sit amidi sumè
exoptandam. Ergo liber conditione plenus, dispositi one elaboratissimus magisterio
grauis, vniuersis & confusorum disputatione, & obscurorum claritate proficiens, in-
gentissimæ, iorquæ diu maturo, mentis inder. certissimus, lucem aspiciat. Ipse
quidem non molitum gloriæ, vato meo ad subhanda prædica opus hinc iunari; quod
Typis datur libentissimè edito. Ita, censuro in hoc Sancti Iacobi Pampilonensis
Sacri Ordinis Prædicatorum, Causis ac Finibus, die 28. May. anni
1646.*

**F. Simon Diaz
De Lorriaga**

NOs Mag. Fr. Dionifius Zimbron Generalis Reformator Ord. D. Bernardi in regulari Hispaniæ Obſeruatia, &c. Cum Reuerendiſſ. P. Mag. Fr. NICOLAUS BRAVO, Pintia exortus, nunc in Regali monaſterio S. Mariæ de Oliua in Regno Nauarræ eiſdem Ordinis, à Catholica Philippi IV. Maieſtate præfectus conſtitutusque meritiſſimus Praſol & Abbas, antea que in eadem noſtra Obſeruantia, pluribus Abbatijſ inſignibus præfuerit, utique & præfuerit, officioque Diſſiniſtoris & Iudicis Religionis, tot vicibus feliciter ſit functus, atque Eccleſiaſtes ſive generalis Concionator verbi diuini, in Generali Capitulo noſtro, ſuffragijs plauiſque omnium olim electus librum cuius titulus eſt: *Tractatus Monaſticus de iure & poteſtate Regularis Obſeruantie S. Bernardi Hispaniæ, Sacri Ordinis Ciſterciensis, & conſequenter aliorum*, prelo mādari cupiat, approbatū iam à doctiſſimis grauifſimifque viris, facultateque ad id habita à Rmo. P. Vicario Generali Ciſterciensis Congregationis Aragoniæ, Nauarræ, &c. etiam à Supremo Senatu eiſdem Regni: & ſi hæc omnia ſufficerent omnino vt liber in lucem prodiret, ſed quia prædictus Rmus. P. Magiſter, tamquam filius & verè filius (necicā Pater) dictæ Obſeruantie Hispaniæ Congregationis Caſtellæ, eaq; ratione, dicto titulo & officio Concionatoris generalis, actu fruatur in ea, nobis tanquam eius ſic Superiori, humiliter petijt, vt noſtrā facultatem & licentiam adijceremus ad prædictum effectum, Nos igitur qui Rmo. P. Mag. ex longa diuturnaque familiaritate cognoſcimus, & eius ſcripta præclara, conſiderantes, vt merito conſidimus, quod prædictus liber omnibus proficet, præcipue Religioſis vitam monaſticam in noſtra Obſeruantia & alibi præſentibus, licentiam, prout à nobis expetita eſt, libenter concedimus. Non enim decet, quod ſub medio lateat lux, in re tam graui tanque ponderis & momenti, in noſtraque Obſeruantia præcipue, tam neceſſaria, que in candelabro poſita, vtiliter ſimul & feliciter legentium omnium diriget intellectus. In quorum fidem & teſtimonium, has literas, manu noſtra ſubſcriptas, officijque noſtri majori ſigillo munitas cedimus, in noſtro monaſterio S. Mariæ de Palazuelos, die prima menſis Nouembris anno Domini, 1646.

Fr. Dionyſius Zimbron
Gener. Obſeru. D. Bern. Hispaniæ

De Mandato R. P. N. Generalis:
Fr. Thomas Gomez Secretarius

S A-

SACRÆ S. BERNARDI, OBSERVANT, Æ
HISPANÆ, IN REGNIS CASTELLÆ, &c.

Fr. Nicolaus Brauo, minimus ex e. S.



Hæc istæ recenter enixus, ad eò intra sinum meum, ubi confouendus erat, morose delituit, ut veluti ab oscitante non solum, sed & aliè dormiente oppressus nutrice, desperaretur, tanquam nunquam visurus lucem, scilicet intra primordia, unde vitæ erat haustus, simul cum ortu, sepulchralibus inbitis inuolutus. Illud etiam haud consuetum, traflu tæporis, quo liber, in maiore debet et corporis molem, ex crescere, exiliore euassiss; ut mor a editionis & cunctatio, quæ incrementi solet habere virtutem, & parere simul cum maturitate, in fructibus augmentum, breuitati dictionis, atq; voluminis gracillitati consulisse videatur. Vtriusq; rationes, alias ex parte insinuatæ & bti: nequæquam incalcundas, omitto. Vnum autem, ad rem, exploratû & certum, quidquid à principijs, & in progressu, vsque ad finem fuerit, totum vobis (grauissima & Religiosissima Cõgregatio, sacraque OBSERVANTIA) proprium, & pluribus nominibus, ac omnibus de causis debitum esse: quarum, ut alia præteream, est in præopto numeratio. Nam MATERIA libri, sanctiura & facultates, aliaque, quæ potissimum & immediate cõpertant Religionem nostræ, secundum specialem eius statum, & rationem peculiarem. FORMA quidem, ipse est modus, & Ordo nostri proprii Instituti, Regiminis, Superioritatis, Governij, Conuersationis, & Functionum omnium, quibus, in esse talis, constituitur. At verò EFFICIENS, aut saltem, in eo genere, Instrumentum sum ego, ex me (sateo) debile & indignum; sed munificentia vestra, tot aduinculis suffultum, tot honoribus præuentum, tot Dignitatibus auctum, tot fauoribus instructum, ut etiam summam amplissimæ Cõgregationis Dignitatem, mihi, tametsi eiusdem immuni, nequaquam defuisse, in Domino, & in ipsa, gloriari, queam: cum multiplicatio & numerus officiorum, quibus in desinenter sum etus sum, possit supremi officij cõplere mensuram, & vnius muneris magnitudoque at, ceterorum multitudine cõpensari. Et insuper, adhuc specialiter, eandem; & si non in re, (quod utique omnino in bonum referendum iudico) collatam mihi, in complurium tamẽ

voto,

voto, non semel exoptatam, & haud iniucunde etiam Monastica populi
acceptabilem, supplex & gratulabundus, tamquam adeptam, & tot euidē-
tibus affectus indicationibus, non fictione iuris, sed estimationis, veritate,
acceptam fero. Vnde tribus causis praefatis, ad meditatam praesentis operis
dedicationem, extantibus: principalissimam denique, & intentione primā
adflare FINALEM, dubium non est, eamque vix esse ipsam faciem
OBSERVANTIAE Congregationē, cuius auctoritati & splendori, tota
mea semper incumbit affectio: & cui, quidquid honoris, quidquid gloriae
vnde cūque mihi contigerit, ac memetipsum, tanquā radici germen, tanquā
scaturigini riuulū, tanquā parenti prolem, & relatam esse velim. Quod, hoc
humili obsequio, & in communi & in particulari testatum cunctis, si ab
eisdem, quibus elaboratum est, consimili ac reciproco suscipiatur animo, con-
rumdē, ut par est, exemplo praesente, etiam ab alijs laudē dissariter suscipi-
endum: abunde vnde quaque voce & scenoris compos euadam. Nihilominus
nus & in hoc, dum ego debitu, vel ex parte persoluo, inde rursum, me no-
uiter oboratum esse, probē calleo, sciens quantum Operi pretium accedat,
sub tantae auctoritatis nomine, prodire in lucem, & quibus conceptum est,
& gremio futurum, auspicijs, eisdem eadē, excipi, & praemuniri. Non tamen
pulchrā, ad hoc, vixis repensionem iudica, breuem paginam, pluribus, quae
non sustinet elogijs Patrociniandis, operari labor etenim iste Hercules, &
iam robustioribus impositus humeris, haud quaquam, à me, vel epistolara
schemate, subeundus. Sit ergo, pro meis nunc viribus, elogium, ipsum oblatū
huius TRACTATUS monastici manus, circa praerogativas, & regula-
ras Observantiae, & nam eius iuribus, honore, & laudis materia totū, &
totū mptā scriptura vocale. Fama est illud alias in calce addiderim; quod
cum meae NOTAE LITERALES, ad Regulam S. Benedicti, expectaretur
in primis, quas veluti decoram Rachelim principaliter spondendam,
videbor forte hanc Tractationem emittens, substituisse, in partem Liam.
Sed vere proles haec genuina illi cognata, & natu maiori, ut & scriptū
traderetur anterior. Nec quia lipa aut in venusta intruditur, sed quia
editione facilior, minorem a paupere parente, esset exactura doctm. Proce-
det tamen, Deo fauente, prope diem etiam germana vmpar. Nec epistola
ulterius. Oluæ Idib. Ianuar. ann. 1647.

Humilis filius.

Fr. Nicolaus Brand

TRA-

TRACTATUS
 MONASTICVS
 DE IVRE AC
 POTESTATE, REGVLARIS
 OBSERVANTIÆ
 HISPANIÆ; SACRI
 ORDINIS CISTERCIENSIS:
 ET CONSEQUENTER ETIAM
 ALIORVM.

PRÆLOQVVTIO.

IURA & facultates, obligatio-
 ne, & nostri Ordinis & Congre-
 gationis versare, atque discu-
 tere, licet peculiaris videatur & sit mate-
 ria, ad nostram Cisterciensem Obseruan-
 tiam Hispanam restricta; tamen tractatio
 reputari debet, ut plurimum, alijs etiam Re-
 ligionibus communis, & maxime Mona-
 sticis. Nam & Religiosa vita similia vota,

II

TRACTATUS

Es p̄res secundū Abbatialem dignitatem
 Pralatura, & eadem ferē omnibus priuile-
 giorum communicatio, efficit, ut quicumque
 ex ijs peculiariter, in mediam, pro nostra Re-
 ligione, de proprio thesauro, noua & vetera
 protulerimus, ceteris proficua sint. Et etiam
 ferē propria.

II.

¶ Nec parum, pro vna Religione haud
 ab alijs disimili, proximius ista tractasse
 inuabit, ut certius & firmitus, de cōmunica-
 tione pro alijs, ac ius de resolutione eandē
 difficultatū, constet. Videas enim, sapientis, ab
 alijs Authoribus, priuilegia Cisterciensia
 (quod in alijs pariter contingit) adduci, tam
 quam nobis in aliquo fauentia, seu ad ali-
 quid obligantia; qui tamen, vel ignorantes
 alia Pontificum diplomata; vel non distin-
 guentes, quibus Cisterciensibus directis aut
 concessis vel plura in his coherentia, sine de-
 lectu necessario, considerantes; non solum
 manifestē inutilia nobis ingerūt, sed etiam ex
 ijs qua nouimus certa, per ea qua, ex alienis
 Religionibus, similiter sine similitudine pro-
 munt, dubia quandoque suspectaue, apud
 vulgus

MONASTICVS 3

vulgus Religiosum, de certitudine reddant. Nam & ob id, qui attenta & circdata circumspeditione regularia iura vniuersaliter tractant, prorsus descēdere ad particularia deuitant, nisi eo antidoto, quod egregius de Religione Scriptor, Franciscus Suárez, in eodem opere iterat, detrectans resolvere, quod & ad speciale ius Religionum, & earum constitutiones, priuilegia & consuetudines spectat; monens impense, ut ena-mpaque ius suum cosulat, & modum illud intelligendi, ex communi iudicet. Idemque recte tamen, inculcat, sicut alij. Atque ipse de sua Religione ibidem, ita peculiariter & laudabiliter prastitit.

Tom. 3.
lib. 5. cap.
10.

Tom. 4.

Tractatus

¶ Quamobrem sit, ut non sit minus utile, minusve repatetur, acceptabile; sicut communem & generalem tractatum in suis misse, vnde singularis quaque Religio, sparsas genericas resolutiones, sibi perfunctorie decerpit & applicet: ita speciale & proprium vnus cons. milis Religionis, pressius discursum elaborasse, ex quo communis queat, pro alijs, bene fundata desumi doctrina, &

III.

A A factus

TRACTATUS

facultatum communicatio firmari. Ad
 hac, mihi causa fuit, ut hoc iam diu medi-
 tarer opus, ab eo tempore quo, primū in offi-
 cium Diffinitoris inivi, quod hodie dum
 hac preloquor, iam quarto gero, scilicet in-
 structio mei, de rebus, que in eo munere, &
 tribunali, sepe requiruntur, & interdum
 desiderantur: deinde iuamen nostrorum,
 ut seclusis hesitationibus, que ex aliorum
 scriptis cum predicta generalitate & di-
 stinctione, parim in re nostra procedenti us,
 emergunt; in terminis domesticis nostraque
 Observantia proprijs, iuxta vimnes eius con-
 siderationes, discuterem.

IV.

In quo, cum plurimum admisceatur
 (quod hanc animi equiorem reddit scripto-
 rem) in stabilitatis, ex diversis in-ibus, &
 Constitutionibus Pontificum, ac diffinitio-
 nibus Capitulorum, que in dies innovan-
 tur, provenientis, plurimū in etiam est obno-
 xia doctrina eidem variationi. Ideoque
 presentaneum debet esse antidotum supe-
 rius indicatum, ut huiusmodi varietates,
 si acciderint, consulantur iuxta quas, cesset

aut

aut varietar doctrina specialis casus, in quo contigerit diuerso modo disponi. Et ergo, tam in omnibus, tum maximè in illis quae amplius eo periculo laborare videro, compendio utar, Et breuitati studebo; ut à nemine maior quàm oportet, quoad scripsit, impendatur labor. Quam tamen etiam frequenter experitur circa ipsam. Canonici enim, à Papa dependens, & totius, etiam Extraneis, decretis, quibus Constitutionibus, et litterarum.

¶ Ipse tamen labor non paruum, quia V. nullam, siue Superioritatis, siue inferioritatis partem, promereri sibi uti ratione, in extatam relinquam. Quae omnia, licet diu vultumque à pluribus, praesertim nostris, desiderata cognoscunt, quae tamen, quando sermè ubique non statuitur, omnium votis satisfactura, prebè calleg. Meum nihilominus non est, omnia in palato placitura propinasse, quae vana mihi cogitatio esset; sed cunctorum saluari profectui, quae a charitas est, consulendi, habuisse propositum. Qui effectus, ab eo, à quo bona cuncta descendunt,

TRACT. MONAST.

expectandus est Deo Optimo Maximo?
à me verò nunc tantùm, ut hæc, sicut &
alia omnia mea scripta humiliter, non so-
lum Ecclesie Matris indefectibili censu-
ra, sed & virorum Religiosè doctæque
sentientium censoria ferula, sedulò sub-
mittens; ad ipsam tractationem rei op-
pidi pergam. Et quamquam eam aliàs,
laxioribus funiculis exenderam, editis ta-
men inierim aliorum, de communiori do-
ctrina, libris, ampla & laciniosa disserta-
tione refertis; quasi ad mammillas præ-
cinctus, earum redundantiam, ad propria
maximè coërcens, etiam in eis, utar breui-
tatis compendia.



Prin-

CAP. I.

Privilegiarum Observantia Cisterciensis Hispania, distinctio & valor.

CAP. I.

I.
Quæ privilegiorum nomine comprehendantur, & triplex distributio.

Privilegij nomine, non solum ubi favor aut gratia certinetur, sed etiam ubi limitatio, constitutio, decretum, & quidpiam aliud, quo utendum aut cui parendum sit, exprimitur, auctoritate Apostolica expeditum, intelligo; siue Bulla, siue Motus proprius, siue Oraculum, siue Breve, siue quouis alio nomine dicatur. Quo pacto, ad intentum, tripliciter distingo privilegia. Primò: Quæ sunt propria & peculiaris, immediatè competentia nostræ Observantia & Congregationi, pro qua specialiter sunt expedita. Et hæc habentur excusa Compluti. tom. 2. privileg. anno 1574. & tom. 3. Salmantica anno 1617. præter alia, quæ à Paulo V. usque ad Innocen. X. qui hodiè sedet, prodierunt, & peculiariter citabuntur. Secundò: Sunt alia privilegia reliqui Ordinis Cisterciensis, prout alias, in se

& in Congregationibus alijs Cisterciensibus, distinguitur à nostra Hispania Observantia. Horum plura habemus excusa Compluti, ut supra in tom. 1. & quàm plura dedit noster Chryostomus Enriquez, tom. 2. Menologij, excussa. Antwerpia anno 1675. licet multa peculiarium Congregationum, tam Monachorum, quàm Militiarum omisserit, à quibus si oportuerit petenda sunt. Tertio: Sunt alia respicientia quacumque aliam Religionem, à Cisterciensi distinctam, omnemque in uniuersum Communitatem, aut locum privilegij gaudentem. Et talia habentur logè lateque, & in Bullarijs communibus, & in peculiaribus cuiuscumque Religionis, nunc in longum distenta, nunc ad Compendum redacta, quæ exinde, suis proprijs nominibus citabuntur.

¶ Ex his autem tribus differentijs privilegiorum: Quæ prima sunt, competunt nostræ Congregationi, per se

II.

Quomodo competat Observantiæ nostræ;

TRACT. MONAST.

se primò & immediatè. Que verò secundo loco concessa sunt, vel Cistercij, vel Cisterciensibus Congregationibus & monasterijs; facta sunt nostra, mediante priuilegio Martini V. pro dicitur tom. 2. citato. priuileg. 1. num. 7. Et Eugen. IV. priuileg. 4. num. 5. Sixti V. tom. 3. priuileg. 15. Que autem tertio diximus, simul cum precedentibus, pertinent ad nostram Congregationem, tamquam immediatè concessa, & ac si primò & per se in eius fauorè emanassent, per amplissimam extensionem Gregorij XIV. die 28. Iunij, anno 1591. ut habetur, citata tom. 3. priuileg. 12. vbi denuò etiam confirmantur & conceduntur, quæ à Martino V. Eugenio IV. & Sixto V. concessa erant. Præter limitationes, quas Sixtus & Gregorius adiungunt, de quibus statim.

III.

Abbatibus non nec dignitas & præeminentia Pontificalis.

¶ Interim specialiter, quantum ad nomen *Abbatibus*, & dignitatis præeminentias & honores, concessa sunt ex Prælati nostræ Obsequiantie, etiam triennialibus, & sine impensione muneris Beneficentis, Eugenius IV. citatus. Sed cum Abbatiate insigni, tantum sit *Baculus*, ut constat ex D. Bernardo *sermon. de Cant.*

*Domin. & epist. ad Henricum Senonens. & Stephano Duranto, de Ritibus Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 34. ut ad Pontificalia insignia, & alia Abbati Cistercij & quatuor Co-Abbatibus, priuilegio peculiari Innocentij VIII. concessa, extendere; adfuit præfata concessio Gregorij XIV. num. 2. expressis nominatione prædictis Abbatibus Cistercij, Firmiatis, Pontiniaci, Clara-vallis, & Morimundi. Ut autem extensio, & communicatio alienorum priuilegiorum, non solum ad concessa, sed etiam ad concedenda, conuenit esse: id habetur quantum ad priuilegia Cisterciensium, ex Martino V. priuilegio citato, ibi, *Et quomodo libet concedendis, & etiam ad cetera, ex Greg. XII. cuius clausulam, ad instantiam nostri Procuratoris in Curia Romana, Authenticam habemus tom. 3. priuileg. 14. in cuius confirmationem, & Sixti V. & Gregorij XIV. relatæ extensiones accedunt. Atque in huiusmodi diuersis potissimum fundantur, peculiaribus iura & facultates, ceteraque, ad nostram Congregationem pertinentia præter ipsam commune ius quod suprad.**

Extensio ad concedenda.

¶ Nunc autem prædicta latitudo

IV.

limitatio
plex pri
leg.

limitatio, his limitationibus restringenda est, in ijs, quæ ad nos extenduntur, vt dixi num. 2. Prima est, vt intelligatur, *Quatenus privilegia sunt in vsu.* Secunda: *Quatenus decretis Concilij Tridentini nos aduersantur.* Tertia: *In quantum eidem Congregationi expediat, eiusque gubernio, & constitutionibus, & dispositionibus non aduersetur.* Circa quas limitationes pauca subiungam, reliqua remittens ad auctores, qui tam prædictas clausulas bullarum & priuilegiorum, quam alias communiõnes omnibus, communi doctrinã declarant: vt sunt, Emanuel Rodriguez, tom. 1. *quest. Regul.* Et eius Compendiator Hieronymus Rodr. *Resol.* 116. Ludouicus Miranda, tom. 2. *Manual. Prælat.* Ioannes à Cruce, in *Epit. de statu Relig.* lib. 2. Suarez *De Legibus* lib. 8. Flavius Cherubinus, in *Compendio Bullarj*, comsulto eius iudicis: Item Alcanius Tamburinus, tom. 1. *de iure Abbatum*, & præsertim, *disp.* 18. *quest.* 5. ex quibus, & alijs, vbi opportunum fuerit, necessaria de sumam ad rem.

V.

Limitatio
de vsu.

¶ Igitur circa primam limitationem, de vsu, no-

tandum est, vt proficit nobis quodcumque priuilegium, satis esse, tempore extensionis Gregorij XIV. supra notato, illud non fuisse extinctum; Aut per renuntiationem legitimam, quam in priuilegijs Religionis concessis, nec Generalis, sine consensu Capituli, potest facere: Aut per renouationem, quæ facta ab habente potestatem, cessare faciat priuilegium: Aut per defectum vrentis, potentem extinguere priuilegium. Qui non vsus debet esse voluntarius, ac proinde cum cognitione, & occurrente casu vtendi, & legitimo tempore præscriptus: vt cum alijs docet Suarez, tom. *de Legibus*, lib. 8. cap. 34. num. 5. &c.

¶ Tempus autem præscribendi non-vltim, in priuilegijs Religionis, ex iure extenditur ad quadraginta annos, iuxta Innocent. III. in cap. *Accedentibus*, de Priuileg. At ex concessione Eugenij. III. & aliorum, de quibus nostram Compendiam, *Verb. Prescriptio* requirit sexaginta annos. Insuper ex indulto eiusdem Eugenij, pro Benedictinis Romæ, ad centum annos dilatatur, prout in Bullario Ema-

VI.

Tempus
quiritu ad
non-vltim.

TRACT. MONAST.

Emanuelis, Bulla. 17. Eugen. IV. num. 15. & ipse to. 3. Regular. quasi 35. artic. 2. Syl. nell. verb. Privilegium num. 10. & alij ex citatis. Imò si indultum sit: ad aliquid faciendum, absque aliorum gravamine, non amitti per non vsum, docet Antoninus Diana, 2. parte tractat. de Horis Cano. resol. 19. Hoc tamen discussione indiget, nec admittendum est, quando privilegium est, quasi negativum, per quod eximitur quis ab aliquo onere, in quo casu procedit Diana, cui, in eo, non assentior; sed alijs ab ipso citatis, & Alcanio tom. 1. de iure Abbat. disput. 16. quæst. 14. num. 2. eo modo, limitanti dictū. Atque illud certius, ex ipso ibidem num. 10 & Hieronymo Rodriguez citato, Resol. 1. 6. num. 11. non vsū privilegij, in pluribus, vix posse probari; & quamdiu non constat, aut probatur non vsus, vsum præsumi.

VII.

2. Limitatio de Concilio Tridentino.

¶ Circa secundam limitationem de Concilio Tridentino, sciendum est, solum ea privilegia remoueri, quæ contraria sunt illis decretis, in quibus expressè derogatur privilegijs Regularium, appositæ ea clau-

sula. *Non obstantibus privilegijs, &c.* vbi enim non reocantur expressè, nec aduersari censentur: ac per consequens, omnino communitantur nostræ Congregationi, vt pariter in alijs; sentitque in hoc, cum Emanuele, Suarez de Legibus lib. 8. cap. 18. num. 17. Quæ vero sint Tridentini decreta, quibus eo modo aduersari intelligantur privilegia Regularium, habes simul collecta in Compendio Privilegiorum nostræ Obligationis, verb. *Concilium Tridentinum.* & apud Emanuelem tom. 1. quæst. regular. quasi. 8. ar. 7. & eius Compendiatorum, vbi sup. num. 15. ipsa enim decreta quæ talia sunt, ita- tim expressè adhibent derogationem dictam sigillatim in quolibet; excepta Sessione 25. de Regularibus, in cuius ultimo cap. ponitur semel, quæ pro omnibus antecedentibus valet, derogatio.

¶ Ex prædicta itaque limitatione fit, vt nulla privilegia ante Concilium Tridentinum concessa, nec postmodum concedenda aduersantia ei, modo dicto, nostræ Congregationi profint, aut communicentur, etiam si fortè alijs Religio-

VIII.

Illatio notanda ex illa.

nibus

nibus concedantur. Ratio est euidens; quia illa non possant fieri nostra per se, cum non sint concessa nobis; sed per priuilegium Extensionis dictæ, potius excluduntur; ergo non habemus uide nostra fiant. Quare frustra ab aliquibus Authoribus memorantur priuilegia, post Concilium, contra ipsum, modo explicato, concessa; quasi talia communicentur per Extensionem; quæ potius per prædictam clausulam respuuntur. Solum igitur ea priuilegia contra Concilium, nostræ Congregationi, aut alteri cuiilibet in simili proderunt, quæ post illud ei, immediate fuerint concessa, aut per aliam Extensionem, sine hac limitatione communicata, debita & requisita ipsius Concilij facta mentione.

IX.

Bulla: Et si Mendicantium, &c. non prodest.

¶ Solum potest esse dubium, de priuilegio illo Pij V. quod incipit: *Et si Mendicantium*, &c. quod etiam pro nostra Obseruantia Hispaniæ, sicut pro alijs, expeditum habemus, *tom. 3. priuil. 8.* ubi plura, non obstante Concilio conceduntur. Et quidem hoc, dum durauit eius valor, ritè frui poteramus; verumtamen cessauit iam, per reuoca-

tionem Gregorij XIII. in bulla quæ incipit, *In causa rerum & negotiorum meæ*, &c. tamquam si tales Literæ numquam emanassent. Et quamuis Henriquez *lib. 7. de Indulgent. cap. 24. in fine.* sub verbo *Videtur*, dicat non fuisse promulgatam, aut vsu receptam hanc reuocationem Gregorij; sed oppositum tenet Flavius Cherubinus, in *Compendio bullarij, tomo 2. constitut. 9. Gregor. XIII. schol. 1. Quaranta, ad eandem Bullam.* Paulus Piascius in *praxi. Episcop. 2. part. cap. 3. art. 6. num. 8.* Emanuel. Rodriguez *tomo 3. quæst. 74. ar. 16.* Tamburin. *tomo 1. de iure Abb. disp. 17. quæst. 1. num. 16.* & ita censo, cum eisdem & alijs.

¶ Obijcies ex eodem Henriquez, & ex Bullario Emanuel. Rodr. idem priuilegium, esto sit reuocatum à Gregor. XIII. at fuisse antea confirmatum pro foro conscientiæ, à Pio V. Minoribus, ad instantiam Generalis illorum; sed viuz vocis Oracula non fuerunt reuocata, utpotè quæ pro foro conscientiæ concessa, nullum in exteriori foro disfidium pariebant, ut ait Emanuel. *tomo 1. quæstion. 8. articul. 9.* Vel quia nomine

X.

Nec per modum Oraculi.

TRACT. MONAST.

mine *Constitutionum*, non
 contentur reuocata. *Oracula*;
 vt ait Henriquez vbi
 supr. *Llomas q. part. summ.*
ca. 1. §. 2. l. & eisdem citatis
 cum alijs, Tamburinius v-
 bi supr. *dispus. 16. quæst. 3.*
num. 11. ergo, &c. Nihilomi-
 nus etiam si hæc ita essent,
 solum assèquuntur, illud vi-
 uæ vocis *Oraculum* fauere.
 Minoribus, quibus imme-
 diatè datum & concessum
 est. At verò cum nostrum
 non fiat, nisi per extensio-
 nem, quæ non communicat
 aduerfantia Concilio, mo-
 dò dicto nihil profest, pro-
 ut dixi *num. 8.* Præterea etiã
 viæ vocis *Oracula* reuoca-
 ta sunt, primò à Gregorio
 XV. excipiente quæ facta
 sunt Cardinalibus: dein-
 de absolutè etiam *Cardi-*
natum manu firmata, ab
 Urbano VIII. anno 1638.
 vt cõstat ex bullis apud ci-
 tatum Tambur. *ro. 2. disp. 15.*
quæst. 7. Liber Leander, recès
 & diligens Autho *ro. 2. tra-*
gide Matrim. disp. 24. quæst.
16. velit non esse reuocata
Oracula, quæ ante cõstitu-
 tionem dicti Gregor. XV.
 sortita sunt effectum. Quod
 de effectu in individuo, con-
 cedo: vt quod iam in aliquo
 casu & persona, virtute Ora-
 culi, factũ inuenit reuoca-
 tio, maneat & nõ inãtelus;

nec amplius affequitur de-
 claratio Authentica Card.
 ab ipso adducta. Non verò
 quod in specie maneat vltus
Oraculi validus, sic enim
 inanis esset reuocatio, quæ
 vt sic ad præcedentia etiam
 refertur. Aliud est, quando
Oracula vnius Pontificis, de-
 terminatè per alterius bul-
 lam aut constitutionè con-
 firmatètur, ita vt transeant
 in constitutionè: quod non
 præstat quævis concessio,
 aut confirmatio, vt obstat
 reuocationi; nisi adiunctis
 alijs congruentijs & ratio-
 nibus, ab eodem in suo ca-
 su adductis, quod facilius
 admitto. Cæterum in no-
 stro puncto, neutrum habet
 vim aut locum.

¶ Aduerto autem circa
 eandem clausulam, & bul-
 lam nostræ extensionis; se-
 lera laborasse Emanuelẽ
 Rodrig. *tom. 1. quæst. 55. ar-*
tio. 7. vt liberet eam à re-
 pugnantia verborum, quæ
 meditatur, ex eo quòd in
 prima parte confirmatio-
 nis extensionum præce-
 dentium, apponitur di-
 cta clausula; *Quatenus de-*
cretis Concilij Trident. &c.
 & in secunda parte nouæ
 & propriæ communica-
 tionis, apponitur alia nãpe.
Non obstatibus, in Prouincia-
libus, &c. Synodibus, Cõcilijs,
 editis

XI.

Emanuelis
 Rod 5408-
 uocatio.

editis generalibus vel specialibus constitutionibus, &c. quasi hæc verba sonent Generalium Conciliorum derogationem; & inde repugnantia sit, cum priori clausula, in quâ Tridēcinū, quod est generale Concilium, excipitur, ne illi quidpiā derogetur. Sed æquiuocatio fuit viri, alioqui docti, attēti & indrustrij, & castus labor. Nam illud, *generalibus*, non constituitur cum *Concilijs*, sed cum *constitutionibus*. Unde derogatio aut nō obstantia, non cadit, suprà Cōcilia generalia, de quibus nulla mentio, sed suprà, generales vel speciales constitutiones Conciliorum Provincialium vel Synodalium; in quo nulla repugnantia, sed optima cum præcedentibus constantia est. Manet hæc saluum à derogatione Concilium Tridentinum. Quod dū nominatim & expressè excipitur solum, sequitur quod cætera Concilia generalia derogata esse videatur, iuxta notā doctrinam, vt exceptio firmet regulā contrarium, *cap. quoniam, de coniugio leproso &c.*

XII.

3. Limitatio de convenientia gubernij

¶ Iam circa tertiā clausulam; ea talis est, vt etiam si in generali cōcessione non exprimeretur, intelligenda veniret, vt rectè Suarez de

Legibus lib. 8. cap. 17. à num. 3. In quantum Congregationi expediat, &c. Nec enim aut relaxationem, aut onera aliarum in gerere, intendit Pontifex, vbi de fauore agitur, tum iuxta ius, *cap. 6. de reg. iur. in 6.* quod in gratiā alicuius conceditur, non esse in eius dispēdium retorquendum; tum iuxta ipsius Bullę tenorē, ibi; *fauoribus prosequimur opportunis, &c.* sic iterum & iterum. Atque ex natura ipsa priuilegij extensionis, & communicationis, talia onerosa & odiosa non venire, docet Miranda *tom. 1. Manual. q. 46. art. 6.* & est tenendum, quoad nos, de omni priuilegio, cuiuscumque Religionis, etiā Cisterciēsis, ad quod fruendū, nobis opus fuit extēsiōne, & cōcessione immediata nulliæ speciali Congregationi; cui solum expediētia & fauorabilia impertitūtur, nec imponuntur alia.

¶ Adde autem eadem clausulā; vt eius gubernio & constitutionibus nō aduersetur, & est maior explicatio prioris partis, & quod frequenter etiam ipsa iura & Cōcilia, aliāq; specialia priuilegia adiungūt, in ijs quæ expressè nō decernunt aut statuūt. Atq; hoc antidoto, accipiēda esse cuiuscūque

XIII.
Adiectio
eidē limitationi.

Or-

TRACT. MC NAST.

Ordinis cōmunicationem, docet Suarez *10. 4. de Relig. lib. 2. cap. 28. n. 18.* Nec enim ita abolita accipienda est cōmunicatio, ut quicquid vni Religioni cōcessum est, prout illi aptum decens & proportionatum, censeatur concessum alteri, cui non benè quadrat. Quod rectè dicitur, prædictus Author *ibid. cap. 29. q. 10.* ut explicet Prælatos Mendicantium, cōmunicantium cūm priuilegijs Monachalium Ordinum, non posse ordinare sicut Abbates, nec Pontificia libus vti, aut alia similia; dignitatis suæ, iure communi, vel indultis, propria. Ut oportune etiam auerit Miranda, *tom. 2. Mann. quæst. 4. art. 4.* & Hieronym. Roderic. *in comp. qq. regul. Resol. 13. num. 3.* & Iapius alij. Quæ doctrina non minùs currit, in ijs, quæ contra proprias constitutiones & statutum gubernium sunt,

XIV.

Quam stabilita inter Cistercienses.

¶ Hoc autem in Ordine Cisterciensi, ad eò alte fundatum est, ut cōtra definitiones, nullam valere impetrationem literarum, & à Religione dispositum, & ab ipsa Sede Apostolica, stricte cautum sit. Hoc fuit, in *Carta charitatis*, facta in primo capitulo Cistercij, statutum tertium, prout habetur in

Exordio *Cist. cap. 12.* Quod postea Eugenius III. primus Pontifex, ex Cisterciensi Ordine assumptus, Auctoritate Apostolica statuit, ita ut, nec postulare, nec obtinere retinere quis possit, ut constat *tom. 1. prin. 3. num. 6.* Similiter Clemens IV. *ibid. prin. 41. & 42.* literas impetratas irritas & inanes decernens. Et hunc casum, inter casus priuationis Abbatum, enumerans. Quem sic acceptatum à nostra Congregatione, inter eius definitiones retinemus. Et quamquàm ista non impediant; quominus Apostolica Auctoritas, utcumque postolatis possit annuere, cōm omni effectu, ostenditur tamen, qualiter auersatur, huiuscemodi aduersantes, Religionis statutis, impetrationes; cūm etiam tanta pœna velit esse obnoxios particulares Monachos, quos ipse alias scelerat non expresserit liberari. Atque inde constat quàm longè sit à Pontificis mente, id quod per prædictam clausulam, ab extensionis privilegio remouetur, & à Religione improperc inficitur, prout etiam infra *cap. 9. num. 9.* in fine adnoto.

¶ Sed ut omninò aperri, & emundi sint fontes, unde iura nostra profuunt, super:

XV.

Circa prædilectam

Societatis
duplex
difficultas

superest, explicare. Primò: An privilegia, v.g. Societatis IESV, habentia clausulam interdicentem, ea alijs Religionibus communicari, competant nobis, per extensionem allaram? Secundo: An ad communicationem eorum sit necessaria ea conditio, quam pro omnibus indultis Societatis IESV, statuit Gregorius XIII. vt refert Emanuel Rodrig. *tom. 1. q. 55. art. 5.* videlicet vt Minister Generalis, per se vel per alios, de eius commissione, communicet talia indulta cui voluerit?

XVI

Priori fit
satis pro
Monachalibus.

¶ Ad primam dubitationem dico, imprimis attendenda esse verba, quibus interdicitur communicatio. Nam de quodam privilegio concesso Societati Iesu, à Gregorio XIII. anno 1582. vt tribus Dominicis, vel alijs diebus Festiuis, continuè possint ordinari, apponuntur hec verba: *Præsentis autem gratiæ communicatio, alijs Mendicantibus interdicitur omnino*, prout refert Stephanus Fagundes, *de quinque Eccl. præcept. 1. part. lib. 2. cap. 13. num. 17. in fine.* Idem similiter affirmat Thomas Sanchez *libro 6. sum. cap. 7. num. 28. ad fin.* de alia concessione eiusdem, vt solalicensia Ge-

neralis sufficiat, professis eiectis, vt transeās ad aliam Religionem; Quæ & similia, cum tantum respectu Mendicantium restringat, certum est nostræ Religioni monachali non obesse, nec alijs Monachalibus.

¶ Deinde dico: etiam si alia privilegia sint, in quibus, interdictio communicationis fiat, pro omnibus Religionibus, videndum est, an alia privilegia sint anteriora, an posteriora ad nostram extensionem, & sub ea distinctione resolvendum; vt quæ anteriora sunt communicentur per privilegium extensionis, quod posterius cum sit, à prædecessoribus Pontificibus nõ potuit impediri. Et ita defenditur, prætextu nostri privilegij dicti, ab Emanuel Rodr. *to. 1. q. 55. num. 17.* quem sequitur Cruz, in epitome de statu Relig. *lib. 2. cap. 4. §. penult. & ultimo*, neque contra hunc modum explicandi, est Suarez, licet aliàs impugnet Emauelem, *tom. de Legibus lib. 4. cap. 17. num. 8.* Et ratio id conuincit: Quia illa interdictio aut restrictio, nihil aliud operatur, quam ita concedi, v.g. Societati Iesu, vt alijs non cedatur, nec illo possint ceteris gaudere; & idem habebant

XVII

Explicatur pro omnibus.

TRACT. MONAST.

bebant omnia alia privilegia specialiter concessa tui, cumque Religioni, ante quam emanassent extensiones, quæ postmodum obtentæ sunt, & sine quibus interdictus & restrictus, ex natura rei, erat, illorum usus: sed accedente extensionis nova concessione, auferitur antecessens restrictio, siue negativa, siue positiva fuerit; ergo similiter in alijs; cum de omnibus tam amplè, absolute, & sine limitatione loquatur.

XVIII.
Explicatio-
tionis pars
altera.

¶ Si verò privilegia sint posteriora, standum est limitationibus in eorum tenore expressis, propter eandem rationem. Nam sicut Gregorius XIV. nostræ extensionis author: potuit concedere & ampliare quæ antecessores eius non concesserant, aut concedendo restrinxerant: ita & quicumque, in Sede Apostolica, successerit Gregorio, poterit limitare aliqua indulta, & præscribere modum. Unde ista successio Pontificum, aut etiam privilegiorum eiusdem Pontificis posterioritas, sicut & legum, ad valorem & vim, attendenda est; cum communi doctrina, de requisitis, & verbis quæ in huiusmodi derogationibus aut concessionibus fuerint.

¶ Ad secundam dubitationem ut respondeam, præmitto, duplicem animationem, in Emanuele Rodr. circa privilegium nostræ extensionis, ne novi lapsus videantur. Nam semel tom. 1. q. 55. num. 7. ait, in illo communicari, privilegia concessa & concedenda, & iterum art. 17. concedi in illo, omnia privilegia concessa alijs ordinibus, etiam Societati Iesu. Nam in priori, si intelligat de concessione, per illa verba formalia, fallitur. sed in re, ita est, quod extenditur etiam ad concedenda in futurum; ex eo quod inter concessa, quæ communicantur, & antecedunt nostrum privilegium, sunt aliqua, quæ ad concedenda, indulgent, & ita inde, virtute nostræ extensionis, etiam concedendis gaudemus. Quod iam notavimus sup. num. 3. ex Gregorio XIII. qui in Bulla quæ incipit: *Decret Romanum*, &c. expedita Provincie Cisterciensi Congregatione Alcobatæ Portugaliæ, id concesserat, & idem in privilegijs Sixti IV. & Clementis VII. & aliorum, quæ adducit Miranda tom. 2. Man. quæst. 47. art. 5. & ut præcedentium ad Gregor. XIV. sub eius extensione comprehenduntur, & verè in-

XIX.

Posteriori
difficultati
satis fit.

de

XX.

Rursus i
dem Fm
nnet expli
carur.

inde amplianter.

¶ In posteriori, si intel-
ligat Author, nominati-
politam Religionem *Sacra-*
tatis Res. etiam falleretur;
sed intelligendus est, quod
ipsa etiam, quae prius di-
uerso modo, se habeat in
privilegijs & indulgijs, red-
scatur inclusa, dum absolu-
tissime, privilegium nostrae
extensionis loquitur, de
omnibus similibus & disimi-
libus Ordinibus & Religioni-
bus. Quo sensu verum est,
quia privilegium sine restri-
ctione concessum, a nobis
restringendum non est; ut
constat ex Authoribus su-
pra citatis, quibus adde *Thom.*
Sanch lib. 6. summi cap. 17. nu.
43. & Henrici lib. 7. de indul.
6. 11. ex quo, ad iuncta do-
ctrina tradita, nu. 17. sup.
respondetur ad secundam
dubitationem: Non esse ne-
cessarium, eam conditionem
seruari, in communicatio-
ne talium privilegiorum.
Quia in nostro privilegio,
nulla est restrictionis ver-
bra, sed tam intacta conce-
ditur, ut, primo principaliter &
expressè, non ad instar, sed pro-
prie in favorem, à principio im-
mediate concedantur. Atque
irrespet, non odiosa & ope-
rosa, sed favorabilia veniunt
communicanda; & quare
noster Congregationis

expediant & gubernio e-
ius, in quo, ille modus de-
pendentiae contentus in du-
bitatione non habetur, nec
practicatur in participatio-
ne indulgentiarum eorum.

¶ Hoc vero, quasi in ge-
nere, dicta sufficiant, in dis-
cursu operis specialiter di-
cenda, quae peculiariter o-
portuerit, cum ad singula
res casus, aut speciales ma-
terias, ventum fuerit. Nam
Extensionem generalè pri-
vilegij, habere suas mode-
rationes, & proportionem
considerandas, quoniam est,
admodum eorum quas in-
dicavi sup. num. 23. Sic enim
& generalitas concessionis
restringi solet, ut non in-
telligatur de ijs quae auc-
tumquam aut cum ingenti
difficultate concederentur,
ut in *sinuasc. Ascensus de in-*
re Abbat. 10. v. disp. 15. quae-
st. 1. in num. 23. & 6. Quam ta-
men limitationem, de dif-
ficillime: vel raro: concedi
solutis, non admittit, in no-
stra & similibus extensioni-
bus; dummodo in alijs pri-
vilegijs, ad quae fit extensio-
res specialiter expressi sit;
currit enim ratio nuper nu-
merat. assignata, & concu-
rit maxima amplitudo Ex-
tensionis, quae certis ani-
mationibus adiectis, exclu-
dit ceteras non adiectas,

XXI

Confide-
ratio in ex-
tensione te-
nenda.

B

vbi

TRACT. MONAST.

vbi vel in proportio non repugnat, vel præiudicium tertij (quod vbiq; intelligitur, exceptis,) non inuoluitur. Ad quod reduco, quod idem Auctor, ibidem de exemptione & solutine

decimarum, docet. De quo alijsq; in suis locis agendū est, atque iuxta ea, cuique iudicandum de proprio, cuiuslibet Religionis, extensionis aut cōmunicationis priuilegio, quod habuerit,

Congregationis Observantia Cisterciensis Hispania erectio, integratio & Status.

C A P. II.

I.

Existētie
Congrega-
tionis Ob-
seruantie
authori-
tas,

Postquam vidimus, in genere priuilegiorum, iura nostræ Observantia competētia, ex quorum principijs procedendū est, adiūctis alijs communioribus vel iuris Canonici, vel Conciliorum, vel etiam specialibus constitutionibus proprijs quæ omnia, vbi ad Superiores, vel ad subditos pertineat, & respectiue de omnibus tractanda sunt, opere precii erit præmittere omnia subiecta, in quæ cadere potest tractatio, & quibus componitur & integratur hæc peculiaris Respublica monastica, vt eis enumeratis & cognitis simul, deinde sigillatim ad eadem, suo ordine, procedamus. Autoritas autem Congregationis, nō solum specialiter proprijs priuilegijs, in discursu exhibendis, subsistat, sed generali monachico Concil. Erid. sess. 25. de Reg. c. 8. renouantis de hoc decretum. Lateranēsis Concil. per Innocent. III. in c. in singulis de statu monach.

Ad propositum igitur præmitto, erectionem huius nostræ Observantia incepisse, in monasterio B. Marię Montifison, nouiter ad id fundato, prope ciuitatem Toleti, quod solum e ratione Caput, hoc est initium nostræ Congregationis est; cepitque in eo Observantia, auctoritate Martini V. a quo expeditum est priuilegium, die 24. Octob. anni 1625. Vt habetur inter nostra tom. 2. priu. sed cum effectu executioni fuit mandata, per Magistrū Fr. Martium de Vargas, & socium

II.

Initium eius.

Mi-

Michaelē de Crecā affos
que duodecim Monachos,
Reformationem hanc regu-
larem Cisterciensis instituti,
(sēc diu i Bernardi, vulgo in
Hispania vocati) desideran-
tes, ipso die 27. Januarij S.
Agneti Virgini & martyri
sacro, anni 1427. Quod, ad
viguentē computato tempore
& diebus, & productis
testimonijs inscriptionum
ipsius monasterij, & instru-
mentis publicis archiepiscopi,
alijsque scriptis & scripto-
ribus, diligentissimē com-
probavit Mag. Fr. Ioannes
Lopo tom. 3. priuilegio Sal-
manticę, & ab ipso compila-
to, ex iniuncto Congrega-
tionis, fol. 197.

III.

Deceptus
Ascanius
Tambur,

Ex quo venit corrigē-
dus Ascanius Tamburinus,
qui, tom. 2. de iure Abbati
disp. 4. quas. 5. num. 48. se-
mel ponit iurēxisse hanc
Congregationem, sub anno
1425. ductus dicto priuile-
gio Martin. V. & iterum n.
50. tamquā diuersam, ait in-
cepisse circa an. Dom. 1426
adducto predicto priuile-
gio ad verbū, & citatis alijs
ex, tom. 2. Menologij Fr. Chry-
sostomi Henrici. sed vterque
attēperandus est, ad præaf-
signatum tempus; nec du-
plicanda est Congregatio, cū
sit vna & eadem indiuisa.
Cuius priuilegia (quę nos

c. r. viximus habere, tribus
tomis excessa,) ipse Henri-
quez, recussa præstitit, quę
propria sunt nostrę Obser-
uantię, a Martin. V. usque ad
Paul. V. in vnam seriem hu-
merq̄ redigens. Sed iuxta
nostram impressionē cita-
buntur a me, prout & in no-
stris distinctionibus, cētatur,
et iam in opti sup. l. 1. m.

Ab initio igitur, vsque
dictę scribē scilicet anno
1645. iam ad ducentos & de-
cē & octo annos pertingit
tēporis spaciū, in quo (vt
semper in rebus humanis
uenit) varietatem & muta-
tionē intercessisse, ipsa var-
ria priuilegia & constitutio-
nes ostendunt. Quibus reli-
ctis, nobis præsens status,
ad quem, vtrūque peruenit
Congregatio, præ oculis est
habēdus. Licet autē dicta
inā principio in pluribus
priuilegijs *Observantia His-
paniarum*, aut *Hispania*, vel
quia prior, in Hispania, Re-
formatio regularis monasti-
ca, in Congregationē coal-
luit, vel quia comprehendit
monasteria Cisterciēsa, quę
in maiori & potiori parte
Regnorū Hispaniæ continē-
tur, numeroq; plura; tamen
solū extenditur ad Regna v-
triusque Castellę, Legionis
Gallecię, & Asturię, & in eis
non ad vtrumque sexum;

V
Status
præsens,
& Nomi-
nis ratio.

IV.

TRACT. MONAST.

quatinus enim complectatur cuncta virorum domicilia, sed Sanctimonialium paucissima; nec tamen ob carum carentiam deterior.

V.

Pomo: ū
numerus.

¶ Integratur ergo Cōgregatio; ex quadraginta duobus Monachorum conuobis, quæ, tribus, exceptis, in quibus, suppressis Abbatibus dignitatibus, Præsidentes, Abbatum vice instituantur, reliqua Abbatibus triennalibus gaudent. Ex quibus, literaria Collegia sunt, duo pro Philosophicis studijs, & tria pro Theologicis. Hæc autem sunt, præter Priores, subiectos nonnullis ex prædictis Abbatibus; & alias Grangias, quæ adhuc inferiores Prioratibus reputantur, siue eum Parochiali cura, siue sine ea, cum sola administratione temporalis de quibus omnibus, cum ad principalia monasteria reducantur, numerum non augemus. Monialium vero monasteria, quæ pertinent ad nostram Cōgregationem, sunt solæ numero septem; è quibus, duo immediatè subduntur iurisdictioni Generali; duo aliæ peculiaribus Abbatibus; reliqua ipsi Congregationi sicut cetera monasteria ei unita, de quibus specialius in sequentibus.

¶ In designandis vero subiectis, in quibus residet ius & potestas huius Congregationis, omitto recensere et proprium, quod tamen omni Religioni est commune; scilicet Summi Pontificis munus. Nam Papa, non solum ex supremâ iurisdictione Ecclesiastica, quæ toti fidelium gregi, ut Christi Vicarius, preest, sed potestate Dominatiua, orta ex Professione Religiosa, constituitur verè Prælatus Regularis, postquam Religionum approbationem aduocauit sibi, & subiectionem ordinariam Episcoporum, per exemptionem, ad se transtulit, ut Authores communiter docent, & ego cum eis latius egi, in *Notis litteralibus Regulae S. Bened.* à quo, cum idem ius sit, respectu cuiuslibet approbatæ Religionis, hic abstinco.

VI.

Papæ Summi Præmuntis Regularis Prælatus;

¶ Propriè ergo, intra limites Cōgregationis, suprema potestas, non est in subiecto personali, sed collectiue in Capitulo Generali; post quod, descendendo gradatim, est in intermedio seu priuato Capitulo, deinde in Generali Reformatore, & tandem in Abbate locali, qui immediatus Ordinarius vltimus est monasterij. Quam coordinationem

VII.

Superioris coordinatio.

ex-

expressit, pro nostra Congregatione; Clemens VIII. *in 1. priuil. 30.* ascendendo per appellationem, ab Abbate, ad Generalem, ab hoc ad Capitulum intermediū, ab hoc ad Generale, & inde ad Apostolicam Sedem; Appellatio enim nõ fit nisi ad superius, secundum ordinariam iurisdictionem, & subordinatam potestatem. A quibus ferè omnes alia oriuntur, & delegationem sapient.

VIII

Capitula quibus consistant.

¶ Capitulum autem generale integratur, ex persona Generalis Reformatoris; & sex Diffinitoribus; & duobus Visitatoribus generalibus; & omnibus Abbatibus; & octo Procuratoribus Capitularibus; & Priore Monasterij de Palazuelos, cuius monasterij ipse Generalis est Abbas, & ex Secretario Capituli; & ex Magistris, qui simul cum magisterio duodenaria lectionis sancti sunt; & ex Predicatoribus generalibus; & ex Generalibus emeritis. Capitulum autem intermedium aut priuatum, constat persona Generalis, & sex Diffinitoribus; adiuncto Secretario, non ut votum habente, sed ut fidem faciente. Capitulum verò extraordinarium, pro elec-

tione extraordinaria Generalis, componitur tantum ex Abbate monasterij Montis-Sion, & sex Diffinitoribus, & duobus Visitatoribus, & Generalibus emeritis. Quæ omnia constant ex priuilegijs Pauli V. *in 1. tomo 3. priuil. 38. & 40.* & alijs, vt eodem *to. priuil. 2. July III. & 1. tomo 2. priuil. 8. & 14. & 1. tomo 3. priu. 3. & priu. 41.* & in definitionibus *capit. 8. & 17.*

¶ Monasterium deinde constat Prelato & Subditis religiosis; ille inter nostros est Abbas, monasterij Capituli sub eo Prior conuentualis; secundus scilicet post Abbatem; qui in Regula S. Benedicti semper vocatur Prepositus, vt probavi in *meis Notis ad c. 6.* & sequitur Subprior, quem alij Priorem secundum appellant; est etiam Magister nouitorum; Cantor; Sacrista; Cellerarius, prout Regula nominat, alij malunt Econ omnium vocare; sunt etiam Disputati conuentus, seu quos nos Consiliarios Abbatis dicimus; Confessores pro Sacramento penitentia; Calculatores pro rationibus rei familiaris; Lector casuum, seu Theologiae moralis; Archiota, hoc est Prefectus archiu; Ostiarius; &

IX.

Monasterium quibus consistant per totum.

TRACT. MONAST.

alij domestici ministri, qui vel Hospitio, vel Infirmatorio, vel Penuri, vel temporali- bus officinis præficiuntur. Item scrutatores pro regulâdis electionibus secretis: Clauicularij, pro seruanda pecunia conuentûs. Quæ omnia officia distribuuntur, inter ipsos Religiosos subditos. Quorum præcipui, & in quibus propria monastica professio residet, sunt Monachi ad chorû destinati, Ab his degenerât Monachi quos *Zurdos* vocamus, scribendo per, Z, non per, S, vt malè, apud L. Caramuelè in *Comment Reg. vt monui & ego, explicauit; in Lacinia adiecta. Notis Reg. segment. 26.* Eis autem adiungendi sunt, quos Conuersos, seu Fratres laicos vocamus: qui cum præcedentibus conueniunt in Professione Religiosa, extra chorum, differunt vero tonsurâ & habitu; quibus tamen sicut Monachi, donantur Zurdi, iam dicti, vt nihil aliud monachatus retinètes, præter exteriorem formam, verius nêdaciùm monachi dixeris, quàm monachum; quod per ipsum additû nomen innuitur, dum H. spânè, *zurdo*, Latine *siustrû* sonat.

¶ A prædictis duobus, amplius distat, quos Donatos vocamus; qui solo obe-

diencia voto adstricti, sed diuersa & ruidiori veste, seruitio monasterij mancipantur, *Familiaritû* apud nostros solum video remansisse nomen, obsequiû nullû; neque eis nos vtimur, in ea acceptione antiqua. Familia autem subintravit famulorû secularium, quorum voluntaria famulatio, conductio salario emitur. Post quos in monasterio nullum aliud genus personarû video. Extra monasteria, vero *Fratres Ordinis*, nuncupantur quidam sæculares: qui, inter nostros, nihil aliud habet Religionis, nisi, per *chartam fraternitatis*, admitti ab habente potestatem, ad participationem bonorum spiritualium. Quibus etiâ cum alijs, suo loco, non deerit tractatio: sicuti & de Nouitijs, qui respectiuè in præcedentibus intelliguntur, & Professis distincti, & in via ad professionem.

¶ Degentes vero extra monasteriû principale, vbi residet Abbas & Ordinarius Prælatus; in minoribus conuentibus, aut specialibus domicilijs, principalitè annexis, numerantur Præsidentes, qui in tribus supra exceptis monasterijs, Vice-Abbatum præficiuntur, sed sola iurisdictione delegata.

XI:

Personæ
extra monasterium

Gene-

X.

Adhuc idè
de subditis

Generali, à quo depēdent, & cui immediatè subditi sunt, cum suo conuentu. Item Priores qui habentur propriè ut tales, præfecti aut quibus monasterijs, quæ per Apostolicam Authoritatē, extinctâ Abbatiâ dignitate, annexa suere principali, & remanere in ratione membri illius, & prioratus; cuius Prior, etiam institutione & delegatione Abbatis fungitur. Qualis est, inter alios, respectu mei cenobij Superaddi, Prioratus S. Iulij de Tribulis-altis, sex aut septem monachis constans. Et Prioratus Bonæ Vallis, respectu monasterij Montis-sion, & c. Præterea alij, aut Parochi sunt manuales, & ad nutum Abbatis à mouibiles in beneficiis regularibus, monasterio principali annexis, aut Grangiarum, & administratores temporales tantum;

redicuum & fructuum, ad tale monasterium pertinentium, Vtrique tamen, licet vulgò, honoris gratia, à pluribus vocetur Priores, sed in propriè, & quibus non cōpetit honor aut gradus debitus alijs Prioribus: sicut etiam contingit, in Præsidentibus supradictis, in quibus, omnè Abbatiâ præminentia prorsus ritè extincta, adhuc domestici & vicini, igniculè honoris excitant, nomine tenus, eos, vocādo Abbates. Ita vtrinq; plerūque euenit, vt non sufficiat proprius titulus & honor, nisi aut ex ambitione vnus, aut ex adulatione alterius, exorbitet, & permisceat nomenclationes improprias. Hæc igitur est integratio numeratioque personarum, prout eadem proportione & ferè eodem modo inuenitur, in alijs cōgregationibus maximè monachalibus;

Capitulum Generale, quoad Nomen, & Tempus, & Locum.

CAP. III.

I.
Capituli
nostri
generale.

Post enumerationē partium, quibus Totum huius Congregationis coalescit, nunc resumendæ sunt Partes sigillatim, ad specialem earum dē tractationem:

& procedendo, eo ordine, quo à superioribus ad inferiora descendamus, primum locū intra Ordinem seu Cōgregationē, tenet Capitulum Generale: de cuius nomine,

TRACT. MONAST.

loco in quo celebrari debet, & tēpore suæ durationis cum legitima potestate, requirimus in præfenti, in Obſeruantia noſtra.

II.

Eius No.
Mca.

¶ Circa primam de nomine dubitatur, quare à noſtris, *Capitulum Generale* vocetur, cum plura priuilegia & alia inſtrumenta illud appellent Prouinciale? *Mouit* quaſtione Magiſt. Marcus à Viſalba, in Dubijs adiunctis diſinitionibus Obſeruantia noſtra, excuſſis Salmantica anno 1584. & reſpōdet: in principio, Obſeruantiam iſtam, erectam fuiſſe cum dependentia à Capitulo Generali Cittercij, & reſpectu iſtius, noſtrū fuiſſe appellatum Prouinciale. At vero poſtea habitis, inter Cittercium & Obſeruantiam, varijs vltro citroque tractatibus, accedentibus etiam indultis Euge- nij V. *rom. 2. prin. 6. num. 8. & prin. 8. num. 3.* quibus monaſteria huius Congregationis, ſubiicit Generali Reformato. i. pleno iure, atque tam Præatos quàm ſubditos, ab obligatione & exactiōe ad eandem Capitulum Cittercij abſolute præſcriptum fuiſſe conſuetudine, contra omnem illam priorem dependentiā. Ad- dō vt tempore Gregorij

XIII. expeditis ab eo literis anno 1576. ex Motu proprio, vt Abbates Obſeruantie tenerentur accedere ad Capitulum Cittercij, ſecundum ſolitam conſuetudinē, ex cōſulto viroꝝ Romæ, Hiſpaniæque, reſolutum fuiſſe, prædictum ius conſuetudinis Obſeruantia eodē deueniſſe, vt nullatenus eorum literarum tenore comprehendere- tur. Atque ita ſemota ea dependentiā noſtrum Capitulum vt pote ſoli Papæ immediatè ſubiectum, remanſiſſe Generale per ſe & ſine reſpectu ad aliud.

¶ In cuius reſponſionis confirmatiōem addo, hodie firmiter & ſolidius illud ius noſtri Capituli independē- tis ſubſiſtere, quando prædicta conſuetudo dicto tempore præſcripta, iam vltra per 70. annos, hodie quo vertitur 1646. progreſſa eſt: & inſuper accelera- tiona Priuilegia, quate eſt Clementis VIII. *ro. 3. prin. 31.* expreſſum ad præſatam independētiā. Atque iam eo nomine Capituli Generalis appellatur, à Gregor. XIV. Clemente VIII. Paul. V. & Urbano VIII. ab hoc in bullis editis anno 1628. nondum excuſſis ab aliis, *rom. 3. prin. 21. & 30. & 36.*

III.

Explica-
tur am-
plius.

39. Insuper etiam adiungitur, quæstionem verè esse de nomine. Nam Capitulum nostrum, cum sub se non habeat alia capitula subiecta, simpliciter generale nõ est: & cum ipsum sit vnum, & vnus tantùm partis Hispaniæ, inde non potest non esse Prouinciale. s'amen dicitur Generale, respectiue, scilicet in suo districto & Congregatione, in quâ est supremum, & absolute independentes ab alio Capitulo quo pacto, nomenclatio constat exemplis, & eam tuetur Suarez, tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 2.

IV.

Capituli
Generalis
tempus.

¶ Circa secundum de Tẽpore: licet singulis annis, Capitulum Cistercii habendum constituerit Clemens IV. tom. 1. prin. 41. num. 8. tamen in nostra Obseruatiã, Capitulum Generale, tertio quoque anno, disposuit Eugenius IV. tom. 2. prin. 7. num. 2. & ita semper retentum, & denuo stabilitum à Clemente VIII. tom. 3. prin. 37. num. 1. & conformiter ad dispositionem iuris, cap. in singulis. de Statu Monachor. vbi modus præfigitur aliis Religionibus, seu Congregationibus, maxime Benedictinis; ad quatum instructionem, præcipit Innocentius III. advocati duos Cir-

sterciensis Ordinis vicarios Abbates, ex eo quod sint in huiusmodi Capitulis celebrandis, ex longa consuetudine, plenius informati, &c. Vnde colligitur mos antiquior celebrandi Capitula in Cisterciensi Ordine, quàm in reliquo S. P. Benedicti, & notauit Suarez vbi sup. cap. 3. num. 4. Triennale vero tempus innouauit Concilium Trident. Sess. 25. de Regul. cap. 8. Dies autem in nostra Congregatione firmata, & constituta est, quinta menses Maii, etiam auctoritate Iulii III. 103. prin. 2. in aliis, verò Congregationibus Abbatum quadriennialium, quarto quoque anno celebratur.

¶ At quantum ad durationem; licet per definitionem taxetur decem dies, tamen certum est, breuificationem aut extensionem, subesse dispositioni ipsius Capituli, iuxta occurrentia negotia. Maior autem difficultas est, quam proposuit prædictus P. Villalba dub. 4. Dubitans, possitne Definitionem, dimissa Congregatione Capitularium, remanere in monasterio, vbi Capitulum celebratur, vt maiori spacio & maturitate definitiones condant. Ad quod breuiter respondet.

Posse

V.

Duratio,

Difficultas,

TRACT. MONAST.

Posse, si diffinitionem de eo faciat Capitulum, sed propter dilationem, in electionibus faciendis à Diffinitoribus remanentibus, non expedire.

VII.
arguetur.

¶ Tamen amplius arguetur & exigit difficultas, quæ in eo est: Quia diffinitiones vel condere vel reuocare, petit Authoritatem Capituli Generalis, ut constabit inferius, iuxta privilegia Eugenij IV. igitur perinde est ac si queramus: verum Diffinitorium, quod constat Generali & sex Diffinitoribus, remaneat cum integra Authoritate Capituli Generalis, post dimissam Congregationem Capitulariū personarum? In quo admitto, cum prædicto Authore, per diffinitionem, si eam faciât, modo consueto ante solutâ Cōgregationem, remanere Diffinitorium cum omni Authoritate Capituli, non solum ad id, sed ad quodcumque, ad quod necessarium non sit, per suffragia omnium Capitularium cōcurri, ex iniuncto Papæ cuius decretis & mandatis exceptis, de cætero per suas diffinitiones & leges, Capitulum Generale plenè disponit & ordinat.

VIII
Probat. I.

¶ Hoc autem probatur: quia facultas cōdendi leges seu diffinitiones, in republâ

ca monastica seu Cōgregatione, Authoritate, a pærecta, ex intrinseca sui cōstitutione, & obedientia præstata superiori, collata censeatur cum iurisdictione & superioritate ordinaria, ut docet Magist. Lorca 1.2. sect. de Leg. disp. 12. §. Præter hoc, quam in Religionibus, non in solo Generali, aut Prælato supremo personaliter residere, sed simul cum tota Congregatione, vel cū paucis ex illa ritè deputatis, agnoscunt omnes Authores, qui de Religione tractant & Passim Suar. to. 4. & alij. P. 3. tercia eadem facultas adhuc expressius constat ex privilegijs, quæ pro nostra Observantia sunt Eugenij IV. to. priu. 7. n. 14. & priu. 8. n. 7. quæ, ut pote ex privilegio perpetuo, etiâ inde est ordinaria. Cū ergo ordinariæ iurisdictionis munia, delegabilia sint, rectè poterit transferri ea facultas à Capitulo, per diffinitionem (quæ commissio quædam & delegatio est) in Diffinitorium remanens post dimissâ congregationem. Imò potius rentio est propriæ potestatis, & in eodem Capitulo, quod, remanente, eius authoritate, diffinitorio, non censetur prorsus dissolutum. Nā etsi condere leges quid, natura

27

31

tura

tura sua, delegabile sit; ut cum alijs docet Bonacin. 20. 2. d. sp. 1. de legib. q. 1. tamen à Religionibus, nõ ita liberè delegari potest, quin seruãdus sit modus substantialis, præscriptus in priuilegijs Apostolicis, ad quæ tãdem reduci debet facultas Regulariam, vt aduerto *infra ca. 7. n. 1. cum seqq.* Atque ideo non delegandum alteri, quã ipsi Diffinitorio, cuius industria & capacitas, ad id peculiariter videtur electa, & ita non in alios transferendũ.

IX.
Ampliat.
¶ Sed, addo insuper, non solum per modum diffinitionis aut statuti, seu delegationis formalis prædictæ, durare posse authoritatem Capituli generalis, in solo Diffinitorio remanente in loco Capituli, post dimissam Congregationem reliquam; sed etiam seclusa diffinitione, si eo animo dicatur congregationem dimittere, vt Diffinitoriũ remaneat, in prosecutione eorũ, quæ ab alijs posset facere dictum Diffinitoriũ ante dimissionem, sine interuẽtu suffragiorum, aut necessaria approbatione totius Congregationis: qualia sunt condere diffinitiones & reuocare, & cetera similia, in quibus non expectantur Congregationis vota, etiam ipsa præsentè.

X.
Ampliatio probatur.
¶ Hoc autem probatur: Quia in prædictis, semel electis Diffinitoribus & Generali, per electionem totius Congregationis Capitulariũ, siue ea electio se habeat tãquam conditio, quã posita, confertur immediatè potestas Diffinitorio à Pontifice, vt procedere videntur eius insinuata priuilegia; siue se habeat per modũ Cõpromissi, à quo ceptis negotijs, reque non integra, resisterè nõ licet, iuxta *c. in causis, de elect.* Quouis modo remanet potestas senes Diffinitoriũ, & ita etiam, ex consuetudine, vtitur illa, vt sine ulla dependẽtia Congregationis, etiã præsentis, in monasterio, eam ritè exerceat, vt probabimus *infra c. 6. n. 1.* ergo idẽ poterit eã absente, durabitque potestas, dum prædicto modo remanserit.

XI.
Obiectio.
¶ Obijcies quod in prædictis priuilegijs, formam rebus agendis, præscribentibus, dũ ad condendas reuocandasve leges nostras (in quo est præcipua difficultas) & ad alia conferunt facultatẽ, dicitur, *in Capitulo* aut, *durante Capitulo*, aut, *tempore Capituli*; sed dimissa Congregatione, hæc omnia videtur deficere, ergo & deficit potestas in Diffinitorio remanere.
¶ At respondetur omnes prædictas

XII.

TRACT. MONAST.

Responde.
tur 1.

dictas loquutiones verificari in casu nostro. Primò, quia nostrę definitiones tam excussę anno 1584. quám nouissimę anno 1637. *ibi cap. 4. & hic cap. 7.* expressę declarāt, Diffinitorium cum Generali *en nombre del Capitulo General*, habere totam illam potestatem priuilegiatorum, & ita representatione esse idem, dicere Capitulum Generale, & dicere Diffinitorium per illud electum. Secundò, quia in ipsis priuilegijs Eugenij IV. citatis, quę eisdem anno, mense, & die expedita sunt, loquendo de potestate faciendi definitiones, &c. *in priu. 7.* exprimit, vt id faciant *Abbas Reformator & Capitulum Prouinciale*, & *in priu. 8. Præsidentis & sex Diffinitores*. Quæ nisi pro eodem reparentur, vtriusque priuilegij robur periret, iuxta *l. vbi pugnantia, ff. de Reg. iur. & l. 14. Cod. de fide instrum.* quia non est ratio, cur magis vnum, quàm aliud valeret. At vtrumque validum habitum est semper; & contrarietas abest, quia, vbi ait, *Capitulum cum Reformatore*, non aliud intelligitur, nisi Diffinitoriũ, quod est, *Diffinitores cum suo Præsidente*, & ita in Diffinitorio Capitulum perseuerat. Tertio, fauet, in simili, lo-

3.

quatio eiusdem Eugenij IV. in priuilegio, pro CongregationeS. Benedictij Valesioletana, in eius Priuilegijs excussis *priu. 4.* vbi loquendo de cõsimilibus Diffinitoribus ait, *Quod sic electi totum Capitulum representantes, &c.* Quarto, confirmatur ex citato *Cap. in causis, de elect.* vbi Innocentius III. *Quod factum est per eos in quos totum Capitulum eligendi reuoluerant potestatem*, dicit, *unanimitè ac consensu totius Capituli intelligitur factum.* Cum igitur ea translatio potestatis, fiat à toto Capitulo in Diffinitorium, per id habetur quod in eius loco subrogatur. Quintò, confirmatur & ijs quę tradidit Mandanda *tomo 2. Manualis Prælator. quest. 2. art. 2.* circa facultatem dispensandi cum illegitimis, quam ex priuilegio haberent Generalis aut Prouincialis cuiusque Religionis, reducãam per Gregor. XIV. in bulla quę incipit: *Cir cum specta*, &c. vt id solum faciant, *cum Generali, Prouinciali, seu intermedio Capitulo, & non aliis* tenens Diffinitorium ad id sufficere, & haberi pro Capitulo, cuius Diffinitorium est, vt ea legitime præstet.

¶ Circa tertium, de Locoy liberum

XIII.

Capituli
locus.

liberum est cuiuslibet Religioni, si non aliunde à Superiore potestate limiteretur, ubi opportunius ei fuerit, suum celebrare Capitulum. Pro nostra autem Observantia Eugenius IV. tom. 2. priu. 8. num. 1. statuit. *Capitulum ex quavis causa non possit dissolui, nisi prius & ante omnia, locus & tempus sequentis Capituli sint deputata, &c.* Solumque requirit, quod in aliquo eiusdem Ordinis Cisterciensis Monasterio, aut in alio loco ad hoc congruo & honesto Capitulum celebretur, &c. Quo stante, nescio postea, qua consuetudine, aut definitione confirmata licet à Pontifice, fuerit ius partum monasterio Montis-Sion, ut ibi celebrarentur Capitula, ut ex Leone X. apparet, tom. 2. priu. 11. num. 2. & priu. 13. num. 1. quin & per contrariam definitionem,

liberè confirmandam ab alio Pontifice, sine ulla iniuria illius monasterij, posset Observantia in priorem illam libertatem se asserere, absque grauaminibus, cum quibus, anno 1553. autoritate Iulij III. rediit ad pristinam potestatem, qua hodie vitur, in nominatione loci, & quam iterat omnibus Capitulis. Licet iam semper alio non expresso, habeatur pro loco designato monasterium S. Mariæ de Palazuelos, prope Valli-Solerti civitatem, ad ripam amnis Pisoricæ, in Castella veteri, quod Sedes Abbatialis est Generalis Reformatoris, & dispositum cum ea amplitudine habitationis, & mansionum, quæ concurrenti multitudini personarum, accommodatè sufficiant.

Generale Capitulum, quoad Capitulares personas & eorum suffragia presentium absentiumque, & eorum gradus.

CAP. IV.

I. **V**orum seu suffragium, in Capitulo Generali, habent in primis Abbates, Habentes quod omnia iura, omnia suffragiū que

TRACT. MONAST.

in Capi-
tulo Ge-
nerali.

que ab initio Ordinis & Observantia privilegia cōstituant. Deinde Generales emeriti, excepto (inter hos) eo Capitulo, in quo à Generalatu vacant, ex Paulo V. *to. 3. priu. 38.* Præterea sex Diffinitores, qui extincto dinesforum Consiliariorū officio, eodem etiam munere, per totum triennium, funguntur: & Magistri de licentia Capituli Generalis in Theologia gradua- ti, & duodénaria prælectio- ne functi, omnes ex eodem privilegio Pauli V. Adhæc, Prædicatores generales, & octo Procuratores Capitu- lares, ex Urbano VIII. in bulla quæ incipit, *in supremo*, &c. anno 1628. in super Prior monasterij de Palazuelos, ex Paulo V. *tom. 3. priu. 40. num. 3.* Denique Secretarius Capituli Generalis, ex eo- dem Paulo. *Ibid. priu. 41.* cuius electio restringitur, vt non fiat nisi ex ijs qui in eo- dem Capitulo votū habent, iuxta declarationem Card. Dominici Gimnastij, quæ ibidē habetur. Præter hos, abrogati sunt omnes alij, nec possunt addi ad prædi- ctos, nisi ex facultate Apo- stolica, vt in citato *priu. 38.* Quibus & alijs similibus re- strictionibus, aliquando

ipsa Religio petit se præpe- diri, vt occurrat incommo- dis, quæ nō semper deuitat.

¶ Circa quæ notandum est. Primò, magistros, qui iuxta Paulum V. debent esse, *graduati ex licentia Capi- tuli generalis, & non alijs,* satis esse graduari de licen- tia Generalis aut Capituli inter medij, dum modò gra- dum postea confirmet & acceptet Capitulum Gene- rale, declarante Congrega- tione Cardin. pro Regula- ribus, Sanctis. Papa Urbano VIII. consulto. Atque idem censeo, de illo, qui alias ex- tra Observantiam, vel ante Religionis ingressum, Ma- gisterij gradū accepit, dum alia duodénarie lecturæ, &c. concurrant. Non enim ob gradum susceptum, inhabi- lem esse, aut adigi ad secu- dō recipiendum gradum, rationi, Pontifici, aut Reli- gionis menti, videtur con- sentaneum. Atque accepta- tionem illam Capituli Ge- neralis, censeo rite fieri, per eius Diffinitoriam, à quo etiam licentiā sufficere, in praxi est, iuxta eā quæ *Cap. præced. à n. 9. &c.* dicebamus.

¶ Secundo, circa illa ver- ba privilegij: *Dummodò prius per duodecim annos, Sacra Theologia, aut Artium & Theologia, in Collegijs Ordinis*

II.

Circa Ma-
gistros
notatio. I.

III.

Notatio

nis, prædicti prælectores fuerint, aut in aliqua Vniuersitate Cathedram rexerint. Nota illud, Prius, non exigi de præcedentia lecturæ ad susceptionem gradûs, sed ad exercitiûm suffragij, & constat ex decreto, ad quod refertur priuilegium dicente; *que antes, o despues del grado hauiessen leido doze años.* Neque aliud intererat ad propositum; bene tamen, quod lectura non præcedat ad ingressum Religionis, ob id ait, in *Collegijs Oranis*, id est *Observantiæ*; cuius fauor intendebatur respectu Religiosorum in ea desudantium; & præmium laborum, ad propriam Cõgregationem pertinentium. Alioqui quæ sollicitudo, de extraneis aut alienis laboribus?

IV.

Not.

¶ Tertio illud: *Per duodecim annos, conformiter ad decretum Diffinitorij. Auiendo leido doze años*, de completis annis, lecturæ debite cuique anno, intelligo, iuxta *Panorm. in cap. cum in cunctis, de elect. num. 6.* & iuxta consuetum modum legendi in Collegijs & Vniuersitatibus; ubi Cursu usuali exacto in lecturâ, etiam anni residua sic ferè dimidia pars, annua Lectura illius anni iudicatur, & officio

suo fundus censetur Lector, aut Magister. Opus tamen est, ut verè & cû exercitio Lectura sit. Nam licet præpediente aliqua agitudine, aut aliqua præcissa Ordinis occupatione simili, interruptum tempus, tamquam si legisset, sit cõputandû, iuxta declarationem Urbani VIII. ad instantiã Procuratoris nostri; tamen vel cessante Collegio vel auditoribus amotis, titulu habere Lectoris, insufficientes est ad hunc effectû suffragij. Quod constat argumẽto alterius declarationis Pontificiæ, quando olim, cû officium Prioris, prærequirebatur ad Abbatialem dignitatem, declaratu est, non esse sufficientem Prioratum actu subditos non habentem. Atque talia suffragia titularia auersatur Concilium Trident. *sess. 25. de Regul. cap. 6.*

V.

¶ Idem dicendum existimo de Prædicatoribus *Circa Prædicatores.* habituris suffragium, post duodennariam prædicationem exercitam. Utque de eis, & de duobus illis, qui sine requisito illo, propter alia etiam merita instituuntur, constet ius & modus; subiiciam verba Urbani VIII. in citata bulla expedita die 4. Aprilis, anno 1688. scilicet: *Quod eligantur duo*

Præ-

TRACT. MONAST.

Prædicatores generales, qui in Capitulo Generali similiter habeant vocem actiuam & passiuam, & eorum electio fiat suffragijs secretis totius Congregationis, prius exhibitio iuramento de eligendis dignioribus. Et si ultra istos duos fuerint alij, qui per spatium duodecim annorum, officium Prædicatoris exeruerint, in locis publicis Madridi, & almanica, Compluti, Tolעי, & Monasterij de Palazuelos, ipsis quoque poterit concedi, ut in Capitulo Generali habeant vocem actiuam, & passiuam, ut habent Magistri in sacra Theologia, id tamen non fiet nisi à tota Congregatione, in Capitulo Generali existere, &c. De reliquis, si oportuerit, suis locis specialibus dicitur. Præter illos autem duos Prædicatores Generales sic signanter electos, cæteros vocari *Generales*, bulla non cogit, sed vsus inuexit.

VI.
Suffragan-
tes in ab-
sentia.

¶ Omnes numerati Capitulares, si præsentés sint, per seipsoſ suffragandi ius obeunt, at si legitimo impedimento nequeunt personaliter adesse, per alium, ex mandato suo, possunt suffragari Modum autem indulserrat Eugenius IV. tom. 2. priu. 8. num. 3. ut Abbates legitimo impedimento deten-

ti, per Procuratores idem venire, ac sua domus Monachum in sacris constitutum mittere teneantur. Nec amplius exigebat antiquior definitio. Tamè nouior exigit mandatum, seu vulgò, *Poder*, de suffragando, mittendum necessariò à iei ex capitularibus; habentibus votum in Capitulo, & id conformius iuri, iuxta Cap. *Qui*, propter, de elect. & alia iura. Non tamen antiquior definitio carebat subsistèntia; tùm ex priuilegio illo Eugenij, tùm ex cap. *si quis* §. *Abiens* 46 de elect. in 6. ubi Capitulo volente, valet extraneus deputari ad suffragium absentiis, & non esse contra Concilium Trid. docet, cum Passafio, Thomas Sanchez, tom. 1. consil. lib. 2. cap. 1. dub. 14. num. 4. & habetur inter declarationes Cardinalium.

¶ Et quidem noua dispositio id habet cõuenientius, scilicet exulare, eo casu, impensas Religiosi, & non introducere personas alienas, & minus qualificatas, in Capitulo. Cæterùm ex alio capite poterat, ad suffragium iustum ferendũ iuxta conscientiam, & voluntatem absentis, conducere, persona ab eo missa, & instructa de certitudine, in

VII.
Idem amplius discutitur.

vsu

su facultatis, & intimato ei dictamine digniorum eligendorum. Tamē & hoc nō est facile, & est expositum euentib⁹ quos absens nō potest præuenire. Mādātū autem, quocumque modo, nō debet ex primere nomen eius, pro quo mandatarius debeat dare suffragium in electione; sed absolute, vt præscribitur in formula ordinaria, quæ habetur excusata in nostris diffinitionib⁹, & fugisse reor Tāberiniū in omni suo Formulario adiecto. tom. 1. de iure Abb. Ratio autem (relictis alijs Fr. Marci de Villalba du. 10.) est dispositio Conc. Trid. sess. 25 de Reg. cap. 6. vbi decernit sic. *in electione superiorū quorumcūque, districte præcipit, eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina numquā publicentur.* Quod non poterat seruari in mādato, de certa persona eligenda, quod publicè intimandum est Capitulo & cōgregationi ei⁹. Deinde quia perinde id esset, ac facere electionem, exprimendo per literas votum, quod ab absente electore fieri nō posse, statuitur a Bonif. VIII. c. si quis. §. absens. de elect. in. 6.

VIII.

Gradus Capitularium;

¶ Gradus autem, quos inter se debent seruare Capitulares, in Capitulo genera-

li congregari, in qualibet Religione, secundum cuiusque considerationes, dispositio illius erit; & in nostra ita est, vt ante electionē noui Generalis Reformatoris, (nam qui tunc deponit officium, absens à Capitulo & monasterio, in quo celebratur, vsque ad electionē successoris, existit) præsidet in primo loco Abbas Montis-sion, ex privilegio (de quo suo loco) vsque ad electionem Generalis, quo electio ipse Generalis vtpote talis residet primus. Post ipsum si qui sunt Generales emeriti, iuxta proprias habitus antiquitates. Post eos sequitur Abbas prædictus Montis-sion, & insequitur Abbas Vallis-bonæ. Deinde iuxta proprias anterioritates habitus, sequuntur & sedent ceteri omnes Capitulares, quocūque titulo sint excepto Secretario Capituli qui post eos omnes sedet, & post ipsum octo Procuratores, seruantes & ipsi inter se gradum suę antiquitatis, habitus religionis. Quæ omnia ex dispositione definitionum cōstant, excepto gradu & loco assignato Secretario Capituli, sic limitato etiam Apostolica auctoritate Pauli V. tom. 2. priu. 416 n. 2. Quod non solum vsque

TRACT. MONAST.

ad electionē Generalis, sed li seruari debet.
pro toto tempore Capitu-

Electionum Capitaliarum omnium, Modus & Forma, Confirmatio & Qualitas.

C A P. V.

I. Electiones quæ, in Capitulo Generali, fiunt à tota Congregatione, in nostra Obseruantiâ sunt, duorum Scrutatorum, vnius Secretarij Capituli, sex Diffinitorum, duorum Visitatorum Generaliũ, & aliorum duorũ in defectu illorũ succedentium, vnius Promotoris, tan dem Generalis, & si quod officij Prædicatoris Generalis, iuxta breue Urbani VIII. prouidendũ est. In his ergo omnibus quantum ad vocē actiuã, quoniam eam habeant præcisè iam dictum est, supra cap 4. ubi de electione vero passiuã nunc dicere oportet. Et generaliter Canonicas debere esse, statuit diffinitio, & ita iuxta terminos iuris, regulæ sunt, vt semper maiorem Capitulo partē debeat habere electus. Fiunt autem per schedulas continentis nomen eius, pro quo fert quisque suffragium, secretò immixtas in vrnã, & postea per Scrutatores, & Præsides, & coram Secretario, per

scrutinium numeratas & regulatas, publicato cãm eo, qui Canonicè inuentus fuerit electus, sed tacito prorsus numero suffragiorum, sub Obedientiæ præcepto. Quæ omnia & similia latè disponunt nostræ Constitutiones, cap. 1. & de cõmuni iure in hac re, agunt authores ad Ca. *Quia propter de elect. & Concil. Trid. sess. 25. de Reg. c. 6.* quorũ forma seruanda est, nisi aliud, per constitutiones, Apostolica authoritate, diuersum habeatur à Regularibus: vt notat Suarez, to. 4. de Relig. lib. 2. cap. 6. n. 21. & materiam etiam versant alij citati sup. cap. 1. num. 4. Quibus adde Tho. n. Sanch. in summ. to. de statu Relig.

¶ Sed peculiarem difficultatem ingerūt, circa dictas electiones Capituli, verba Pauli V. to. 3. priu. 38. citato, vbi numeratis ijs, qui in dicto Capitulo cõgregantur, loquendo de Diffinitoribus, ait: *Et ipsi cum omnibus supradictis, vocem actiuam & passiu-*

II.

Difficultas

passiuam, in Capitulis prædicatoribus, habent, & non alij, nisi ex facultate Apostolica. Nã cum illud, cū omnibus supra dictis, refertur etiã ad Abbates, Magistros, Generales emeritos, & deniq; ad eos, quibus celebratio Capituli Generalis adscribitur; si ij & non alij, habituri sunt etiam vocem passiuam, videntur non esse eligibiles alij, nisi qui actu sunt Capitulares. Qui sensus absurda inuoluit & sustineri non potest.

III.

Replicatur
si.

¶ In quo aduertendum est, privilegium loqui tantum de Capitulis Generalibus Ordinarijs, & de electionibus officiorum, quæ à tota Congregatione ordinariè fiunt. Deinde vt ea restrictiua ad passiuam electionem, non sit intelligenda, in vi inhabilitatis eorũ, qui aliàs etiam si capitulares non sint, sunt eligibiles, suadent sequentia. Primò, Nam qui per Magisterium, aut Prædicationem, habituri essent suffragium, non possent ad illud peruenire, nisi iam ex alio officio Capitulari suffragium, habeat, quod & absurdum & imperitiosum esset. Secundò, quia intentum Decreti diffinitorij, ad quod refertur privilegium, non fuit consuetu-

Ab incommodo.

Ab intento

modum eligendorũ inuenerere, aut eligibiles inhabilitare, sed stabilire certum numerum Capitulariũ, non extendendum, sine facultate Apostolica, vt ex Clement. VIII. to. 3. priu. 38. adduximus *sup. c. 4. n. 1.* Quod stat optimè, sine illa exclusiua, quæ menti petentiũ superflua & contraria est. Tertio, quia si aliqua ratio ad id cogit, solũ est, in officijs qui actu, in eodem Capitulo exercent necessariò suam functionem, vt exigatur in eodem privilegio, de Diffinitorib; ibi: *ex omnibus Capitularibus eligerentur, & de Secretario Capituli, vt dictum est, citato c. 4. vnde de Visitatoribus expressè, per diffinitionè, facultatur electio passiuam, etiam ad absentes non Capitulares, at de Scrutatoribus cauetur, in lure citato cap. Quia propter. quod presentes sint.*

A necessitate
citato.

¶ Ideo verba illa sic intelligenda sunt, de voce actiua & passiuam, copulatiue, vt scilicet vtramque simul nõ habeant, nisi memorari Capitulares. At de voce passiuam seorsim, non excludit, quin eam habeant, qui aliàs solebant, de quo nihil immutat. Quod ita intellectũ est semper, de Generali, quã-

IV.

Exhibitione
difficultatis.

TRACT. MONAST.

nis fit officium necessario exercendum etiam in ipso Capitulo, iuxta Constitutionem Clementis VIII. *to. 3. priu 37. num. 3.* pro nostra Congregatione iubentis, quod & *formator generalis constituatur à tota Congregatione, liberè & sine restrictione ad certas personas eligendus, &c.* in quo tamquam nihil derogatum per Pauli V. priuilegium, ita expressit definitio *cap. 1. n. 24.*

V.

Circa secretum, ob-
stacul. diffi-
nitionis,
& P. Suarez,
ec.

¶ Circa secretum electionis, in nostris diffinitionibus *cap. 11. num. 8. & cap. 12. num. 10.* Scrutatores adiguntur ad iurandum, non reuelaturos numerum suffragiorum electi, & graues super id imponuntur pœnz; citaturque ad hoc in margine Concil. Trid. *Jess. 25. de Reg. c. 6.* Quod etiam ita stricte intelligit Suarez, *to. 4. de Relig. lib. 2. cap. 5. num. 11. & 12.* vt sentiat, ex Concilio, obligare secretum sub mortali, non solum Scrutatores, sed singulos eligentes; & non solum in ipso fieri electionis, sed etiam post transactam & perfectè celebratâ, si aliquis reuelat alteri, pro quo tulerit suffragiû, quod si actu dum fert suffragium, reuelat, irritam fieri electionem. Quæ inuoluunt aliqua, meo iudicio, expli-

catione digna.

¶ Et quoad id de secreto, inuncto per diffinitionem, censetur obligare quantum ex vi illius & iuramenti prouenit; aliàs ex Concilio, non inungitur secretum de numero votorum, sed de nominibus suffragantiû aut eligentium. Vnde & in aliquibus Religionibus, est solemne pronuntiare, quot votis fuerit electus, & numerum scribere, vt in Carthusiensibus & Bulliensibus alijsque. Nam non potuit Capitulum precipere, illud secretum iurare, propter rationabilem causam, quæ non deest in casu, licet supra exigentiam Concilij; cuius citatio, non est Diffinitorij cõdentis diffinitiones, sed Compilantis eas, pro suo capto. Nec est nouum, sic fieri minus aptas & frigidas citationes, pro sonitu materiæ tantum. Ita actualiter animaduerto apud Hieronymum Rodriguez in *Compendio Resol. 58.* dum agit de triplici forma electionum, citari pro ea materia Diuum Thomam *1. 2. quest. 11. artic. 5.* vbi de electione, vt est actus voluntatis in ordine ad finem agitur, omninò extra propositum, & aliàs simiter.

VI.

Primum
reiuocetur

¶ Ad

VII.

Item se-
cuandum.

¶ Ad sententiam vero Suarez, qui solus & singularis est in ea, licet eius auctoritas tanti pendenda sit, sed quatenus obligationem secreti, durare vult semper ultra ipsam celebrationem electionis, & sub mortali, habet contra se praxim ferè omnium, qui talem obligationem non agnoscunt. Nec reputant prohibitum à Concilio, vel post plenè celebratam electionem, manifestare alijs, cuius suffragati fuerint, vel etiam ante, cui suffragari proponunt aut intendunt; quidquid sit de culpa, quæ ob alias circumstantias possit intervenire. Quod apparet ex eodem Concilio; quod solum præcipit formam in ipsa electione, dum celebratur, tenendam, irritando aliter factam. Ex quo etiam sumitur ratio; quia irritationis poena, non cadit nisi supra id quod præcipit, sed cadere non potest supra revelationem eius qui secreto legit, & transacto tempore, se manifestavit, à cuius futura manifestatione non dependet valor electionis ritè factæ & completæ; ergo istud non cadit sub eo præcepto. Et ita censeo; ex opposito enim iniicerentur inevitabiles scrupuli.

¶ Præter prædictas electiones, quæ in Capitulo Generali fiunt, à tota Congregatione Capitulari, sūt alix, quæ fiunt à solo Diffinitorio; vt est electio Secretarij Reformatoris, & Abbatiarum Salmanticensis, Complutensis, & Madritensis nostræ Congregationis, & pro alijs Abbatijs fit nominatio duorum, ex quibus monasteriū quodlibet, per vota cōuentūs, eligit vnum; modo quo in diffinitionibus distinctè ordinatur, in quo plurimum disceditur à Iure Canonico. Vnde difficultas est, quo pacto subsistant?

¶ Citatus supra P. Marcus à Villalba, *dub. 3.* contendit defendere, eas diffinitiones, contra ius Canonicum, potuisse fieri per Capitulum, ex priuilegijs Eugenij IV. *citatis priu. 7. & 8.* vbi condendi diffinitiones, *omnimodam, Apostolica auctoritate, potestatem concedit*, excipiendo solum *Substantialia Regula*, de quibus non videtur esse Electio, quam etiam à minore parte celebrari, & ab Episcopis impediri, disponit *Regula c. 64.* Nihilominus ista nihil iuant. Nam electionē Abbatis, dispositam in *Regula*, esse per noua iura sub-

VIII.

Aliæ electiones nõ
Canonicæ
quomodo
subsistant?

IX.

Responso
P. Villalbæ
reijcitur.

TRACT. MONAST.

latam, incunctanter admit-
tit, in eius Comment. ad dictū
cap. num. 1. & 2. Magist. An-
tonius Perez Episcopus Vr-
gell. & nos in nostris, *Notis
literalibus, ibid.* Priuilegia
autem illa ad rem, non sunt
expressa ad derogandum iu-
ri, vt opus erat, ex doctrina
Nauarri, *lib. 7. de Regul. conf.
5. nu. 10.* Nec satis benè po-
test intelligi, in generali
concessione implicitè, quod
expressè aliàs exceptū est,
sic enim per Martinum V.
tom. 2. priu. 1. concedit Ob-
seruantia facultatem faciē-
di statuta, *Regula & iuri
Canonico minimè obuiantia,*
& idem refertur, in bulla Iu-
lij II. *tom. 3. priu. 2.* Quod est
conforme iuri, in cap. *Am-
putato 25. q. 2. & cap. super his
de Maioritate & obed. & am-
plius probādum infra pro-
prio loco, c. 7. n. 12.* Quāuis
& hinc satis constet, per illa
verba generalia non dero-
gari, sine necessitate ad
priuilegij effectum, quem
benè habet, seclusa ea dero-
gatione.

X.

Vera res-
pon-
sio.

¶ Quapropter omissa
ea responsione, dico: semper
peculiares electionum mo-
dos, quos Obseruantia à
principio tenuit, vel solūm
fuisse in aliquo præter Ius,
ad quod facultatem habe-
re constat, argumento eo-

rum, quæ adducit Suarez,
*to. 4. de Relig. tractat. 10. de
Societate IESV, lib. 2. cap. 2.*
& quæ similiter dicam in-
fra citato loco: vel si fue-
runt obuiantia Iuri Cano-
nico, etiam cum alijs quæ
Apostolica autoritate ex-
pressà non indigebant, in
priuilegijs ipsis contine-
bantur, & per ea confirma-
tionem obtinebant. Cuius
vestigia inueniuntur in pri-
uilegijs Eugenij IV. *tom. 2.
priu. 14. num. 4.* & ex Leone
X. *priu. 23.* & ex Iulio II. *to.
3. priu. 2.* quod ad id impe-
tratū, refert citatus Villal-
ba. Ac demum accessit Cle-
mens VIII. *eodem tom. priu.
37.* qui cum alijs, quæ Motu
proprio, reformare inten-
dit, in nostra Congregatio-
ne, electionem Generalis
aliter disposuit, & de Ab-
batibus, in quibus, propter
restrictionem ad duas per-
sonas, & alia, maior difficul-
tas esse poterat, *num. 5. ait;
In eorum quoque electione,
formam secundum cōstitutio-
nes eiusdem ordinis præscri-
ptam, seruari decernimus, &c.*
quo pacto cessat difficul-
tas.

¶ Ex quibus verbis, præ-
riter fulcitur modus eligē-
di illos tres Abbates, de
quibus *num. 8.* fecimus mē-
tionem, qui sola electione

XI.

Saluatur
modus cle-
ctionum.

insti,

instituantur; absque alia confirmatione. De quo requisito confirmationis, dubitatum est ab aliquibus, non quidem respectu Abbatis Salmanticensis, pro quo id est expressum a Gregorio XIII. *10.3. priu. 13. n. 1.* vt electus absque alia confirmatione præsit & gubernet. Sed de Complutensi *priu. 19.* & de Matritensi *priu. 33.* in quibus id non exprimitur, & eodem modo practicabatur, imò & exprimitur in diffinitionibus nouis, excusis anno 1637. quod in precedentibus excusis anno 1584. anterioribus ad priuilegium Sixti V. pro Complutensi Abbate, & ad Clement. VIII. pro Matritensi nõ potuit exprimi. Decerni tamen necesse fuit per Capitulum, vnde praxis similis orta est: Et de Complutensi quidem, quando per Rectorẽ non-Abbatem gubernabatur, etiam ante Salmanticensem, eodem indulto, vt non egeret confirmatione gaudebat, expressio in diffinitionibus illis antiquioribus *num. 14. & 15.* Ita si quid remanet dubii videtur esse respectu Abbatis Matritensis, cuius priuilegium fuit expeditum à Clemente VIII. septenio ante illud per quod electiones

Abbatũ secundũ *Constitutiones Ordinis*, decernuntur ab ipso & approbantur.

¶ Nihilominus cum traditio, aut consuetudo, aut vsus, iuxta intelligentiam cõmunẽ præcesserint, & qui ualere videtur constitutionibus, quæ maximè in ipsa practica obseruatione consistunt, & ita participant ipsam confirmationẽ Apostolicam prædictam. Quod idẽ dixẽm de electione Reformatoris Generalis, qui ex priuilegio Eugen. IV. *10.2. priu. 6. n. 16.* non indiget cõfirmatione, à *duabus partib* electus: quod eodem modo practicatur, postquam electio eius, non solum ad Generalatũ, sed etiã ad Abbatiam monasterij de Palazuelos simul deseruit, ex priuilegio Iulij II. per Card. Poggiũ Legatũ à latere, *10.3. priu. 2. num. 1.* cum tamen Abbatia, secundum se, videatur, & iuxta nostras constitutiones, & iuxta *c. Quã liter. De election.* ex Iure requirere confirmationem.

¶ Addo tamen id, vnde omnia prædicta suppleri ac sustineri possent, scilicet confirmationẽ nõ esse præcisiuẽ necessariã, cũ confirmatio pertinet ad eundẽ ad quem pertinet electio, non expectata alia Superioris

XII.

Explicatur
amplius.

XIII.

Aboletur
amplius
scrupulus.

TRACT. MONAST.

reconfirmatione; quia tunc eligendo, censetur confirmare, vt cū Felino, & Rotæ decisionibus, tradidit Aſcan. Tamburinius, loquendo generaliter de Ecclesiasticis electionibus, tom. 1. de iure Abbat. disp. 6. quæst. 1. nu. 22. & specialiter de Abbatibus, & Prælatibus localibus, quæst. 2. num. 4. pluribus citatis, & in terminis, de ijs qui à Generali vnâ cum Diffinitorio prouidentur, vt in tribus illis Abbatibus fit, & idem de Generali nostro simul Abbate, electo à Capitulo, cuius etiam est confirmatio, nullius alterius superioris expectata confirmatio. Quod secus est in alijs Abbatibus, qui electi à conuentualibus monasterij, expectari debent Superioris, aut eius auctoritate confirmationem requisitam, ex notato iure & constitutionibus.

XIV. ¶ ¶ Sunt autem aliquæ conditiones eligentium.

Qualitates, necessarię in electionibus, quas debent habere vel qui actiue, vel qui passiuè, ad eas concurrunt, vt est legitimitas natalium, de qua dicam *infra* cap. 9. & alia quę & in prædictis insinuata sunt, & in dicendis notabimus. Quia tamen, in diffinitione nostra, excluduntur à suffragio, in ele-

ctione Abbatis ferendo, aliqui, subiungam breuiter, quo iure, ea exclusio fit. Et primò excluditur Excommunicatus, *cap. illa 39. de elect.* explicatur verò de maiori excommunicatione, nam minor non impedit. Secundò, Irregularis, si constet. *ex cap. is qui § is vero. de sent. ex commun. in 6.* Tertio, Suspendus & interdictus; *per cap. c. inter eod. tit.* suspensio autem debet esse non verbaliter imposita, sed scripto, vt habeat rationem & effectum censurę. Quarto, Infamis, *ex cap. infames 3. quæst. 7. & 6. quæst. 1.* At infamia iuris, per dispensationem, infamia facti, per triennale emendationem aboletur. Quintò, Non professus, & etiam Conuersus laicus: *ex cap. ex eo § in Ecclesijs, de elect. in 6.* Sextò, Non-constitutus in sacro Ordine, *ex Clemēt. vt ij qui, de atate & qualit. & ex Concilio Trid. sess. 22. de reform. cap. 4.* Licet Concilium, non comprehendere monasteria Regularium, ex Passarelo & declaratione Cardinalium, adducat Sanchez, *tomo 1. Consil. lib. 2. cap. 1. dub. 55.* & alii: tamen ex Clementina citata, contendit, cum omnium expositione, comprehendendi. Alię conditiones adiectę, vt tale tē-

pus

CAPIT. V.

21

pus habitus, & conuentualitatis, & similes, dispositio est Capituli Generalis, & ab ipso tantum dispensabilis; quia in materia electionis, coarctata est potestas Generalis, inter nostros.

in nostris diffinitionibus præscriptus, & eis consultis, à nostris ritè tenendus. Et quatum ad eorum, atque Generalis, aliorumque officiorum Capitularium electionem, quatenus debeat, in conscientia, præferri dignior, insinuabo infra cap. 10. num. 15.

XV.

De alijs electionibus remissive.

¶ De ipsorum autem Abbatum electione, vide aliquid infra cap. 18. num. 1. vt rectè obseruetur modus,

Potestas Capituli Generalis in Regulam, & Constitutiones & ad eas faciendas.

CAP. VI.

I.

Præsuppositio ad rem.

Præsuppono facultatem condendi leges, statuta aut diffinitiones, quam habet Capitulum Generale, solum exerceri per Diffinitorium, constans ex diffinitoribus, Præsidente Generali Reformatore, & non aliter; sed hoc modo, independenter ab alio consensu Congregationis. Quod totum fundatum est *supr. cap. 3. à num. 5. vsque 12.* & adde pro nostra Congregatione, sic semper intellectum, sic praxi mandatum, & inductum consuetudine, quæ est optima legum & priuilegiorum interpres, & quæ

potest, etiam contra ius posituum, conferre potestatem. *Cap. cum dilectus cap. cum tanto, cap. irrefragabili, & excessus de officio ordin. Nauar. to. 1. Consil. lib. 1. de maior. & obed. conf. 1. D. Thom. 1. 2. quest. 97. art. 3. ibi. Lorca de Leg. disp. 29. memb. 1. Azor. tomo 1. lib. 5. & communiter alij.*

¶ Præterea quanta sit ea potestas, versauit difficultatem citatus Villalba *dub. 5.* quæ tota est in explicandis verbis Eugenij IV. in duobus priuilegijs 7. & 8. quæ in maiorem notitiam formaliter subiungo. Nam in

II.

Verba priuilegiarum.

7:

TRACT. MONAST.

7. num. 14. ait: *Saluis ipsius Ordinis Cisterciensis Regulae substantialibus, quaecumque circa Regulam & Observantiam praedictam occurrentia, ambiguitates & obscuritates & dubia, declarandi interpretandi & dispensandi. Statimque prolequendo adiungit: Statuta quoque & diffinitiones dicti Ordinis interpretandi, corrigendi mutandi, variandi, tollendi, reuocandi, nec non noua statuta edendi faciendi, &c. plenam & liberam, auctoritate Apostolica, habeant facultatem, &c.* Ex privilegio 8. n. 7. sic iterat: *statuendi, ordinandi, instituendi, destituendi, emendandi, corrigendi, Statuta quoque & ordinationes dicti Ordinis, saluis tamen illius substantialibus, casandi, reuocandi, interpretandi, ac alia de nouo edendi &c. plenam & liberam ac omnimodam, auctoritate Apostolica, habeant facultatem, &c.* His adde ad rem, Sixtum IV. tom. 1. priu. 91. ubi concedens facultatem dispensandi in edendis canonicis, adiungit, *quia esus vel non esus carniuum, non est de substantialibus Regulae.* In quibus praedictus author, distinguendo per, *substantialia Regulae, & per substantialia Ordinis,* suo modo, mihi plenè difficultatè nō vi-

detur expedire, quæ amplius premenda est.

¶ Ad quod notandum est, duo praefata privilegia Eugen. IV. praeter alia quaedam eiusdem, eodem prorsus die, mente, & anno fuisse expedita, quorum valor nutaret, si pugnancia continerent, vt monui *sup. c. 3. n. 11.* & ita ad concordiam reducenda sunt omnino. Deinde, quod in priori privilegio, distinctè loquitur de facultate circa Regulam, & circa diffinitiones seu statuta: Et circa Regulam, solum extenditur concessio, ad declarandum, interpretandum, & dispensandum: circa diffinitiones verò, etiam ad reuocandum, mutandum, & de nouo edendum, de quo tantum fit mentio in altero privilegio. In utroque vero adijcitur, exceptio, in illo; *Saluis ipsius Ordinis Regulae substantialibus,* in hoc autem; *Saluis dicti Ordinis substantialibus.*

¶ Præterea notandum est, de facto, non dari, sub Religioso statu, Religionem; quæ non sit in peculiari & determinata specie, sub approbatione propriae Regulae aut instituti. Vnde in qualibet Religione seu Ordine, distinguere possumus illius substantialia, quæ non

III.
Not. 1.

IV.
Not. 2.

co.

eadem gradu substantialitatis gaudent. Primò, tria vota essentialia statui Religioso, quæ omni Regulæ & omni Ordini substantialia sunt, & ad ea reduci possunt vota addita, respectu aliquarum Religionum, vt de cibus quadragesimalibus Minimorù, & de missionib⁹ Iesuitarum, &c. quæ tamen ab indispensabilitate trium votorum deficiunt. Secùdò, Dicuntur substantialia alicuius Regulæ vel Ordinis, quæ in tali Regula aut instituto statuuntur sub mortali ex vi illius; aut quæ licet nõ ita obligent, talia sunt, vt ad finem talis Religionis pertineant, qui sine eis subsistere generaliter non possit. Tertio, Posthæc aliæ Observantia, & ceremoniæ regulares, computantur inter accidentalialia; cum tamen hæc minor, suã in Religione substantialiam habere soleant, saltem simul sumpta, vt eorum collectiua mutatio, tali Religionij substantialis sit.

¶ Hæc ferè distinctione, tamen ad pauciora mēbra reducã inuenio, apud Emanuel. Rod. to. 1. q. 26. art. 1. & eam versat & admittit Suarez, to. 4. de Relig. tra. 8. lib. 2. c. 12. à num. 25. & ex parte etiam Seruatius Lairuelz Præmonst. in Optica expla-

natione Reg. S. Augustini c. 4. Qui, sicut & alij, eam firmat verbis Concilij Tridentio. sess. 25. de Regul. cap. 1. Nam cum præmittat. *Vt Obedientiæ, paupertatis, & castitatis ac si quæ alicuius Regulæ & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum respectu essentia, nec non ad communem vitam, victu, & vestitum cõseruanda, pertinẽtia fideliter obseruēt, &c.* Suprà omnia ista videtur cadere, quod inferius subiungit; scilicet, *cum compertum sit, ab eis (nempe Prælati) non posse ea quæ ad substantialiam Regularis vitæ pertinent relaxari, &c.* Tametsi non omnia illa equari posse communis debet esse sententia; & prædictus Suarez alijsque fatentur, & sic nec propriè substantialiter cuncta illa Regularis vitæ contineat.

¶ Deinde notandum est, omnia supradicta, vt substantialia numerata, in ipsa Regula includi, vnde malè aptatur distinctio illius authoris, vt substantialia Regulæ sint tria vota; & substantialia Ordinis sint cætera, quæ enumerat, in ordine ad finem vitæ contēplatiuæ lectionem, Oratione, chorù, abstinentiã, ieiunia, solitudinem, &c. Quia hæc sunt etiam Regulæ,

VI.

Not. 3.

V.

Roboratur nota
tab. ille.

TRACT. MONAST.

la, per quam specialiter cō-
 stituitur talis Ordo substan-
 tialiter & essentialiter; ergo
 Substantialia Regulæ, &
 Ordinis nō condistinguan-
 tur, sed sunt idem. Quod
 ego ita cenſeo in vtroque
 privilegio, quorum vnus &
 idem debet eſſe ſenſus. Sic
 Concilium vbi ſup. pro eo-
 dem poſuit, *alicuius Regulæ
 & Ordinis*. Nec aliud ſonant
 verba; *ſaluſ Cisterciensis Or-
 dinis Regula ſubſtantialibus*,
 quā illa; *ſaluſ Cisterciensis
 Ordinis ſubſtantialibus*. Nam
 Subſtantialia Cisterciensia
 in ipſa Regula S. Benedic-
 ti ſunt, cuius Ordo eſt, & ita
 ſunt ſimul Regulæ & Ordinis,
 abſque aliqua ſeparatione.

VII.

Not. 4.

¶ Adhæc etiam notari
 debet, ſtatuta in Regula
 contenta, & quæ extra Re-
 gulam adijciuntur ab eadem
 Religionem, vt ſunt quas nos
 diſſinitiones Capituli voca-
 mus, pari paſſu currere in
 ſubſtantia, & obligatione.
 In ſubſtantia; quia etiam
 per diſſinitiones poſſunt
 ordinari & de facto ordinā-
 tur, quæ *ſup. num. 5.* ſecundo,
 & tertio loco, numerata
 ſunt ſubſtantialia ſpecialis
 Religionis: in obligatione
 verò, quia ſicut Regulæ ac-
 ceſſit approbatio Apoſto-
 lica, ita & diſſinitionibus

ſepè adhibetur. Quæ autho-
 ritas idem operatur vtro-
 bique, vt aduertit Suarez
*tom. 4. de Rel. tract. 8. lib. 1. ca.
 2. nu. 5.* Et licet ipſe ſentiat,
 ſolum ea, quæ v.g. ex Regu-
 la S. Benedic- ti inferra ſunt
 in Iure, non poſſe abrogari,
 in conſulto Pontifice, aut
 mutari: tamen & de infer-
 tis in Iure, videndum eſt, an
 in ea vi inferantur; & currit
 de diſſinitionibus ſimiliter,
 ſi approbata & confirmata
 ſunt, cum clauſula decreti
 irritantis, vt dicam, *Cap. 7.
 num. 10. & in hoc, infra num.
 14. & ſeqq.*

¶ Nūc ergo hiſ prenota-
 tis *Aſſero*, Capitulo Gene-
 rali in ſuis diſſinitionibus,
 condendis, facultatem om-
 nino negatam eſſe circa tria
 vota, extra quæ, nullū aliud
 habet votū noſtra Religio
 (vt probaui in *Notis ad Re-
 gulam §. 7. introd*) & ſunt ei
 in diſpenſabilia. De cætero:
 Primò, circa Regulam, ha-
 bet facultatem diſpenſandi
 tantum, in ſubſtantialibus
 quæ aliunde quā ex Regu-
 la non obligant, in acciden-
 talibus etiam aliquatenus
 abrogandi, non collectiue
 ſed diuiſim: ſemper cum ra-
 tionabili cauſa. Secundò,
 quoad diſſinitiones, liberè
 facere & factas abrogare
 poterit valide, non tamen

VIII.

Aſſertum.

ſi

poterit validè, non tamen si à Pontifice, modo supradicto, sint confirmata. Tertio, circa librum Vsum, & ceremonias, habet facultatem, vt infra in probatione exprinam.

IX.

Probatur
quoad in-
dispensa-
bilitatem
ig votis.

¶ Ex probatione partium, melius ista eucescèt. Præsuppositio igitur de indispensabilitate trium votorum, est communiter recepta & indubitata, respectu Capituli, & in ordine status Religiosi, & cõstabit infra nu. 12. & is sensus est privilegiorum illorum, illis verbis, *salvis substantialibus* siue Regula, siue Ordinis. Quod euidenter cõuincitur ex Sixti IV. Privilegio adducto *sup.n.2.* vbi esum carniū declarat, non esse de substantialibus Regule; & dispensationem largè permittit. Et ad hominem probatur. Nam ea verba *substantialibus Regula*, quæ sunt in priu. 7. & *substantialibus Ordinis*, quæ sunt in priu. 8. vel sunt idem, vel diuersum. Si hoc, ergo nec Sixti IV. declaratio quidpiam valet, nec dispensatio conceditur in priu. 7. à quâ excipiuntur substantialia. Si est idem, etiam idem debet operari exceptio *substantialium Ordinis*, in priu. 8. quod operatur exceptio, *substan-*

tialium Regula, in priu. 7. sed in privilegio 8. exceptio illa non ponitur nisi respectu definitionum seu statutorum; ergo denegaretur omnis facultas faciendi, aut reuocandi quascumque definitiones, illarum rerum, quas ipse tamquam substantialia Ordinis memorat. Quod est contra ipsius Villalba resolutionem. Idèd, quæ primò & per se substantialia sunt, & Regula & Ordinis, & intelliguntur excepta, sunt quæ antonomasticè dicuntur substantialia, in quavis Religione (vt dixi num. 6. & 7.) scilicet vota talis status.

¶ Deinde prima pars asserti, quoad Regulam probatur, de substantialibus ibi explicatis, scilicet secclis votis. Quia absoluta potestas dispensandi, quæ quantum iure communi competit Præatis Regularibus, maxime ijs qui per exemptionem à iurisdictione Episcoporum, successere in eorum potestatem ordinariam respectu subditorum, solum in tribus votis dispensandis limitata est: ergo illis exclusis in cæteris poterunt dispensare. Igitur melius id poterit Capitulum, ma-

X.

Pars asserti
probatur.

TRACT. MONAST.

maiores imo & supremam intra ordinem potestatem habens. Eo tamen discrimine quod Prælati tantum transeunter dispensat, Capitulum vero permanentiter & etiam per modum statuti, aut decreti, vel definitionis. Secunda illa consequentia probatur: Quia ea sola exceptio trium votorum, fit in dispensando, per iura & per concilium, sed privilegia ad minus concedere debent, quod commune ius non negat; ergo per privilegia prædicta totum id concessum intelligitur Capitulo generali, ex vi suæ supremæ potestatis & muneris, dum expressè non limitent.

XI.

Maiores
propositio
nis proba-
tio.

¶ Consequentia huius syllogismi est bona, & Minor est nota in iure, & certa apud omnes, ut probabo infra *cap. 7. nu. 8.* Maior verò sic probatur. Primò, *ex c. cū ad monasterium. de statu Monach.* illis verbis: *Non estimet Abbas quòd super habenda proprietate, possit cum aliquo Monacho dispensare.* Vbi cū ea quæ ad vota pertinent, excipiat, sequitur id admittere in alijs, ex noto iure, quod exceptio firmat regulam in contrariū, *c. Quoniam de coniugio leprosorū & l. Nam quod §. sin. ff. de Penu leg. & c.* Secūdo, Colligitur ex Con-

cil. T. id. citato *sup. num. 6.* Dixit enim solum, non posse à Superioribus & Capitulis relaxari, quæ, *ad substantiam vitæ regularis* pertinet, tãquam, ijs exceptis, præsupponat in alijs bene posse; sed vitæ regularis (quæ est status religiosi substantia,) ut sic solum sunt tria vota signanter ab omnibus expressa; ergo ea sola signanter ab omnimoda relaxatione, hoc est dispensatione excipiuntur. Nam relaxatio prolixa & vitiosa, semper etiam in minimis ex clussa manet, sub propria & proportionata obligatione Tertiò, Probatur auctoritate plurium ita tenentium. *Eman. som. l. q. 26. art. 1. Bartholo. à S. Fausto, in Thesaur. Religios. lib. 6. q. 129. Uterq; ex D. Bernardo lib. de Præcepto & disp. D. Thom. 2. 2. q. 47. ar. 3. Slyvester verb. dispensatio q. 14. Soto lib. 1. de iust. & iure q. 7. ar. 3. Card. Turrecremata in Regul. 5. Bened. tract. 139. & c.*

¶ Præterea probatur eadē pars, quoad alia quæ ceremonialia & accidentalia Regulæ reputantur, inter eius regulares observantias. Quia in eis utpotem minoribus, maior amobilitas est ex sua natura, & expressa voluntate legislatoris.

XII.

Pars eadē
asserti
alias probatur.

De

Deinde quia ipse legislator in Regula, plura permittit arbitrio Prælati, respectu sui monasterij, quod pro tota Religione poterit Capitulum. Præterea quia plura ceremonialia Regulæ continentur in libro V suum, de cuius dispensationis facultate patet *infra* n. 20. Rursum plura sunt in Regula, quasi conditionaliter accipienda, iuxta regiones varias; attentis temporibus, inspectis moribus gentium, ut quæ de hospitalitate disponit, & alia, in quibus omnibus maiorem mutationem exerceri posse, quam quæ alias per dispensationem, quæ solum ad tempus vel ex parte relaxat legem, apparer.

XIII.

Obstantiæ
quædam
adduntur.

¶ At videtur ob stare, maior perpetuitas Regulæ, quam contrahit ex iure communi, quod mouit ad oppositum, Antoninum Florent. 3. p. sum. tit. 16. c. 1. §. 4. c. l. o. Andr. Item quod Regula Apostolica auctoritate confirmata, indiget eadem, ut aliquid mutetur, quæ est ratio Azorij *to. 1. lib. 13. c. 11. q. 14.* Sed ad utrumque ferè indicata est solutio, *sup. n. 8.* cum idem operetur Apostolica auctoritas adiecta Regulæ, & adiecta definitionibus, & adiecta in iure vel extra iu-

ris corpus, si eadem vi aut modo adijciatur. Et licet in Regula nostra, alia consideratio sit, quantum ad abrogationem aut dispensationem ex natura rei, ut dicam statim *num. 16. cum seqq.* resoluendo iuxta illam, hanc obstantiam de confirmatione Regulæ per Pontificem; sed in spectis verbis solum in forma communi videtur confirmatio ut notau, in *introd. ad Notas literales § 8. num. 16.* & constat ex ipsis Gregorij & Zachariæ confirmationibus, quas ad verbum adducit Episcopus Vrgell. in *Comment. Regula.*

¶ Quod verò attinet ad insertionem in iure, est certum totam Regulam non esse insertam in eo modo, tãquam ius & cõstitutio eius. Nam in *ca. Permissam 18. quest. 2.* vbi de ea fit n. 6. titio, solum est præsuppositiua loquutio, obiter & narrative facta. Partem aliquam Regulæ, insertam esse iuri, constat ex *cap. cum ad monasterium. De statu Monach. & alijs.* Sicut & partem iuris insertam Regulæ, ut est, *cap. 1. de celeb. Miss* ex quo desumptum est *cap. 16. Regula,* ut ibi notau & *ad cap. 12. num. 4.* & quoad priora, aduertit id etiam Suarez, *to. 4. de Relig. cap. 1. num. 5. tract.*

XIV

Quid de
insertis in
iure

TRACT. MONAST.

tract. 8. lib. 1. & cum eo, talia abrogari, in consilio Pontifice, sentio non posse: sicut de alijs diffinitionibus Ordinis confirmatis, modo illo irritate abrogationem; quas in hoc pares esse censeo, cum alijs constitutionibus Pontificis ab eo, Motu proprio, factis, & ita de illis non procedit cōcilio nec probatio.

XV.
Obiectio
& confirmatio:

¶ Sed adhuc de alijs obiectis: Quia siue approbatio sit in forma communi, siue insertio in iure non per modum iuris, quomocumque, Regula est lex superioris, Capitulum autem est inferius, ergo eam abrogare non potest. Et confirmatur. Quia, minus est dispensatio, quam abrogatio, aut talis mutatio; sed ad illam facultas habetur ex privilegijs impetratis; ergo sine illis non potest extendi ad abrogationem, circa contenta in Regula de quibus loquimur.

XVI
Doctrina
ad rem notaada.

¶ Non parum difficultatis continet obiectio, ut explicetur magis doctrina. Nam Confirmatio Papa adiecta diffinitioni, quam Capitulum facit, & quod potest legem facere, aduenit ei accidentaliter; non ut constituat diffinitionem in esse & ratione legis, sed ad ma-

iorum auctoritatem, relinquendo illam in ratione legis inferioris; & ita ab ipso inferiori qui fuit legislator reuocabilis, nisi aliud exprimat Papa, aut Superior confirmans, declarando quod contrarium sit irritum, ut dicebamus *sup. n. 8. & 14.* & tradidit Bonacina cum alijs, *ro. 2. disp. 1. de leg. q. 2. punt. 1. n. 10.* Alio modo confirmatio est essentialis, quando ordinatio non erat facta à potente condere legem; tunc enim à confirmatore habet esse legis, & ratione illius, remanet in esse legis Superioris, (exempli gratia) Papæ confirmantis, & indispensabilis sine eius auctoritate. Et hoc pacto habet obiectio vim. Quia Regula, ut facta à B. Benedicto fuit à non habente potestatem condendi legem, ut in *introd. ad Notas. Reg. §. 4. n. 9. & c.* expendi: per approbationem verò Superioris, maxime Papæ, essentialiter facta est lex illius. Atque hinc sumit robur obiectio, ut facultas Capituli circa Regulam reducenda sit, tamquam si circa legem Superioris disponat.

¶ Sed stando in his, dictam partem asserti subistere censeo, Primo, ex communi

XVII.
Obiectioni sit satis.

muni doctrina, quòd in le-
 uibus, præsumitur data fa-
 cultas dispensandi, in lege
 Superioris. Secundò, ex eo
 quod abrogatio accidenti-
 alium, aut ceremonialium
 Regula, non omnium, sed ali-
 quorù, vt declaratur in Af-
 ferto, quædam Regula dispê-
 satio est, licet aliquatenus
 abrogatio sit, respectu sin-
 gularis ceremoniæ aut ob-
 seruantiæ. Tertiò; Quia in
 hoc, adest voluntas ipsius
 Superioris, scilicet Papæ,
 qui in confirmatione, non
 immutat voluntatē. autho-
 ris Regule, sed in omnibus
 se ei accommodat, vt quod
 ipse S. Benedictus vel per-
 missiue, vel cōditionaliter
 vel cōmissum arbitrio Præ-
 lati relinquit, ex ipsa volū-
 tate Confirmantis sit pariter.
 Ex quibus etiam res-
 pondetur ad Confirmatio-
 nem, concessa maiori, & ad
 minore; Hanc abrogationē
 secundum quid, non excee-
 dere limites dispensationis;
 & si excedit non constare
 solum priuilegijs illis, sed
 ex ipsa Regula condition-
 aliter & permissiue ea
 disponente. Pro quo & in-
 frà Cap. 7. n. 10.

Et Confir-
mationi.

XVIII:
2. Pars af-
fert. pro-
batur.

¶ Et procedendo ad se-
cundam partē Afferti, faci-
lè probatur ex dictis. Quia
quoad statuta & diffinitio-

nes, id expressè continent
 duo priuilegia adducta *sup.*
n. 2. & facta exceptione in
 asserto posita, & explicata
 desuper, de confirmatis à
 Papa, nulla dubitatio esse
 potest, cum ceteris prano-
 tatis. Quibus & in sequen-
 tibus accedet amplior pro-
 batio & lux.

¶ Tertia verò pars, de
 libro Vsuum seu caremo-
 niarum nostræ Religionis.
 Probatur ex eodem Eugenio
 IV. tom. 2. priu. 10. uum.
 21. qui quoniam nonnulla ibi-
 dem ceremonialia descripta,
 modernis temporibus non cō-
 gruunt, & c. facultatem ea
 mutandi, autoritate Apo-
 stolica concedit Capitulo
 Generali, ad amputandam
 omnem dubitationē, & scrup-
 ulositatis materiam, qui
 esse solet effectus horum
 priuilegiorum, sine quibus
 internum ea licent.
 Habet etiam Capitulum
 facultatem, declarandi dubia,
 circa Officiū diuinū,
 & ordinandi illud, adden-
 do, & mutādo, in Regulis,
 & in Calendario, ex
 Leone X. iuxta nostrum
 Compendium priuilegi,
 verbo, Officiū Diuinum,
 §. 3. Quod ad facultatem
 antecedentem reduci vide-
 tur. Et de officio diuino,
 in communi, & particulari,

XIX
3. Pars
probatur;

TRACT. MONAST.

dixi plura, contra I. Car-
muelum, in *in Notis litera-
libus ad Regulam*, in fine in
Lacina addita illis, per to-

tam, quæ non solum no-
stris, sed cunctis reor pro-
deret Religiosis.

*Amplius de prædicta Capituli Gene-
ralis eiusdem Diffinitorij potestate.*

C A P. VII.

I.
Iurisdic-
tio
Regularium
non de iure
Divino.

In hac materia, dubium
licet sit, apud aliquos de
potestate Prælatorum Re-
gularium, an sit de iure Di-
vino, an de Ecclesiastico
tantum, non semper hoc
ultimum solidum & sequen-
dum visum est, cum con-
stet Prælaturam sancti Re-
ligiosi ut sic, saluari, & de
facto extitisse, solum cum
potestate Dominativa, or-
ta ex Professione Religio-
sa & voto, absque alia iu-
risdictione spirituali, ut
notum est in Abbatibus
non Clericis, antiquorum
Monachorum, & in alijs
qui subiecti Episcopis, ab
illorum iurisdictione de-
pendebant, ut latius in meis
Notis ad Reg. §. 4. introduct.
& *alibi*. Nisi vellint dicere,
Prælaturam propriam &
ordinariam regularem, ex-
titisse apud Episcopos, &
per exemptionem transla-
tam fuisse ad ipsos Prælatos
exemptos, quod ad sum-

um assequitur, authori-
tas & ratio, quibus videtur
Ascanius Tamburinius, *ro.*
2. de iure Abbat. disp. quas.
3. quibus satisfactum cre-
do, per ea quæ in contra-
rium adducit Suarez, *ro. 4.*
de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 1.
num. 7. ne quod, vel in E-
piscopis, suo certo modo
est intelligendum, & in Ab-
batibus aut Prælatibus Re-
gularibus, longè minus
subsistit, eodem modo di-
catur haud solidè.

¶ Ea autem translatio
aut exemptio, non efficit
Prælaturam Regularem ef-
fere de iure Divino imme-
diato, quod antea non ha-
bebat. Potius illa ordina-
ria iurisdic-
tio Episco-
porum in Regulares, ablata
ab illis, simul cum domi-
nativa, quam etiã in prin-
cipio exercebant: redacta
est ad suum principium
scilicet Pontificem; & re-
tenta in solidum apud se-
dem

II.
Explicatur

dem Apostolicam, à qua depēdet & dimanat, in substantia & modo, omnis iurisdictionis Religionum. Nam & quam defendimus habere, ex iure communi, ad ipsum Pontificem condentem ius, reducenda est; & quando ex vi erectionis Apostolicæ; dicimus habere Religionem, absque alio privilegio, potestatem iuris communis, id media Pontificis autoritate fit, cui integrum est eam relinquere in terminis iuris communis, aut limitare & ordinare aliter. Quod facit per specialia privilegia, quibus standum est, & quibus medijs communicat & constituit iurisdictionem ordinariam (quam conferre, est proprium Pōtificis) Prælati regularibus, eamque appellatā quasi Episcopalem, propter similitudinem subrogationis, in amplitudine respectiva ad subditos regulares, & illorum regimini, deficientibus Episcopis, necessaria; non verò propter independentiā, aut immediationem cum Christo Domino, à quo immediate collata est Pontifici, & ab eo suis modis ad alios deriuata, Et inde nobis, pro Capitulo, & alijs Superioribus Religionis,

pēsanda. Nā & Episcopos non immediate à Christo, sed ab eius Vicario Papa habere iurisdictionem, docet Bellar. *to. 1. de Sum. Pōt. l. 4. c. 22. cum seqq.* quæ sequitur Regin. *l. 1. c. 3. & alij*, vt Suar. *to. 4. de Relig. lib. 2. c. 12. n. 6.* se ipsum citans.

¶ Ea igitur, in nostro Capitulo Generali, per eius Diffinitoriū, modo dicto, exercēda potestas, per privilegia præfata erectionis, & institutionis, iuxta ius cōsideranda est, nisi in quo vel limitanda, vel amplianda constiterit, per Apostolicā autoritatē, in privilegijs, c. 1. insinuatīs contentā. Quam in eo supremam esse, respectu totius Cōgregationis, omnes agnoscūt, & inde Mag. Llam. *1. p. Metho. c. 5. §. 5.* dixit Capitulū vicem haberi Sūmi Pontificis, in omnibus attinentibus ad bonū regimē Ordinis. Non enim est limitabilis ab alio, nec nisi ad illum est appellatio: ipsum verò & limitat inferiora, & ad ipsum earum terminatur appellatio; vt constat ex usu omnium Religionū, & inter nos expressit Clem. VIII. *tom. 3. prin. 30.* & videbimus gradatim in sequentibus.

¶ Vt autem, pro dicen-

D 2 dis,

III!

Privilegijs
maximè ad
tēperanda,

IV:

TRACT. MONAST.

**Dubitatio
duplex.**

dis, amplius constet: quasdam dubitationes expediã. Et imprimis, citatus P. Marcus à Villalba excitauit duas *dub. 6. & 7. vnã ex eo quod olim, in nostro Collegio Complutensi, Capitulũ Generale indulserat, studiorũ causa, vesci carnibus (quod postea sublatum fuit.) Alteram, ex eo quod nunc etiam fit, scilicet, cœnare conuentum, certis diebus solẽnibus Festiuitatũ etiã si incidãt diebus Mercurii ac Veneris, hoc est quartis & sextis Feriis, tempore ieiuniorũ Regularium, à Pentecoste vsque ad Idus Septem. in Reg. o. 41. statuto. Ad vtrũque responder, virtute priuilegiorũ Eugẽ. IV. que adduxi *cap. preced. n. 2.* potuisse id facere, quia non est in totũ obrogare, sed dispensare in parte, ob rationabilẽ causam. Quam resolutionẽ in genere verã, & vsu receptam & ego accepto, sed in specie patitur difficultates, quas declaro.*

**V.
Vrgetur
dubitatio
prior.**

¶ Nam circa priorem dubitationem, de esu carniũ, post priuilegia illa Eugen. IV. extat priuilegiũ Sixti IV. *vbi supra citatum,* quod anno 1475. expeditũ, concedit *Capitulo Generali Cisterciẽsi, & eo cessante Abbatũ Cistercij facultatẽ dispensandi, secundũ discretiõis*

arbitriũ, & conscientie iudiciũ, per se vel per alios, licentiamq; dandi, quibuscumque ordinis personis, quancumq; & quotiescumque videbitur, quod carnibus etiam extra monasteriorum septa, & alijs quibuscumque locis, vesci possint. Quo indulto per extensionẽ Sixti V. to. 3. priu. 15. factã an. 1586. gaudet nostra Obseruatia. Et nihilo minus post Sixt. 4. an. 1498. ab Alexan. VI. to. 2. priu. 16. impetrauit indultum edendi carnes, ter in hebdomada, quod ex Capitulo Cistercij iam obtinuerat. Ac tandem à Iulio II. tom. 3. priu. 3. vt ter in hebdomada & semel in die in refectorijs monasteriorum carnes comedi possent. Circa secundam verò dubitationem, extat to. 2. priu. 19. n. 6. indultum Eugenii IV. ad cœnandum quibusdam Festis solẽnibus ibi explicatis, in incidentibus, ab Idibus Septembris, vsque ad Quadragesimam, de quibus non erat maior difficultas, quã de alijs à Pentecoste vsque ad Idus Septembris. Quorsũ igitur tot hęc priuilegia, impetrata à nostra Congregatione, si per illa priuilegia Eugenii, habebat potestatem tali vel esu carnis, vel ieiuniorũ dispensatione, circa Regulam?

**Vrgetur
Posterior.**

VI.
Explicatio
prioris.

¶ Nihilominus potestas prædicta nostri Capituli, inconcussa manet, super ista. Et quantum ad primum, lauit authorem illum, ratio propterquam, Observantia, ad esum carniū, non potuit vti illis privilegijs Eugenij IV. imò nec Martini V. qui vt vidimus *cap. 1. num. 3.* communicauit concessa & concedenda Ordini Cisterciensi. Ratio autem cōtinetur in privilegio citato Alexandri VI. scilicet Observantiam nostram in principio, se adstrinxisse ad abstinentiam carniū, secundum Regulam S. Benedicti, non solum *per statuta & ordinationes Apostolicas*, & ipsam Regulam quæ, vt apparet ex Bulla Benedicti XII. præcesserant, vt habetur *ca. 1. priu. 58.* sed insuper, *Reformator & Abbates nec non Monachi & Religiosi Observantia Regularis, in Capitulo Prouinciali dictæ Observantia celebrato, pro se suisq; Successoribus, renuntiarunt unicuique gratiæ & dispensationi contra hoc (scilicet esum carniū) per sedem Apostolicam vel per Abbatem Cistercij, & Capitulum Generale concessæ.* Quibus præmissis, Alexander VI. concedit, quod carniū vesci valeant, absque conscientie

Esus carniū
negatus in
principio
Observantia.

scrupulo, iuxta ordinationem Capituli & Abbatis Cistercij, quam virtute litterarum Apostolicarum, vti quæ Sixti IV. relati, factam referunt, scilicet ter in hebdomada. Quam & generaliter retinemus, restrictam, vt intelligatur semel in die, in Observantia nostra.

¶ Hinc ergo constat, his extantibus, resolutionem illius authoris, non posse applicari priori dubitationi, ante concessionem prædictam Alexandri VI. tum propter renuntiationem privilegiorū, quoad illam partem. Tum propter instituta aut constitutiones Apostolicas contrarias, quæ siue ab ipsa Sede statutæ fuissent, siue per diffinitionem Capituli Observantiæ, adiecta (vt solet) Apostolica confirmatione essentiali & nõ communi, utroque modo inhibebatur vsus privilegiorum, & facultas eorum; quæ aliàs seclusis his, extabat. Atque nunc, illis ablatis, etiã si per extensionem Sixti V. qui præcessit Alexandrum VI. non fuerit gaudium illa Observantia privilegio illo Sixti IV. at per extensionem Grego. XIV. quæ superuenit omnibus, Communicatio etiam ex

VII.

Prioris dubitationis
resolutio.

TRACT. MONAST.

illis sit nostro Capitulo, in hac materia, ultra generalem facultatem dispensandi aliorum priuilegiiorum.

VIII.

Posterioris
resolutio.

¶ Circa secundam dubitationem, non obstat illa impetratio priuilegij, quominus ex illis 7. & 8. adductis Eugenij IV. stet facultas Capituli, ad dispensandum in ieiuniis illis, vt cum iustore illo consentio. Nam interdum peti & concedi, quod etiam ex iure communi facere quis potest, est textus expressus, in *Cap. quia in causis de Procuratoribus*. Et euenit ita peti, vel ob aliquod dubiam de potestate & valore; vel ob aliquos scrupulose opinantes; vel etiam ob ignorantiam iurium & priuilegiiorum, vt alias notauit Llamas. *1. p. sum. c. 5.*

Priuilegia
interdum
superflua.

§ 5. Plures enim ex nostris etiam nostra nescimus, & multiplicamus sine necessitate diplomata; quorum, quanto faciliora expediri, Abreuiatori aut officiali, ex adaucto luero non displicebit iteratio. Sed profunt plerumque ad maiorem firmitatem, ad maiorem expressionem in materia speciali, ad scrupulos sedandos, & alios effectus quos refert Syluest. *verb.*

Priuilegium, num. 4. & Suarez tom. de Legibus lib. 8. c. 1. à n. 6. & alij. & ultra ius commune, semper intelligitur, iuxta capacitatem, aliquid operari, vt habetur expresse Cap. in his 30. de Priuileg. & apud Syluest. ubi sup. num. 13. & Felinū, aliosq; Quæ sæpè, vt in præfenti, proderunt notari.

¶ Dabitur autē, circa eandem potestatem Capituli Generalis. Primò: An possit reuocare proprias definitiones, à Sede Apostolica confirmatas. Secundo: An dispensare in eis possit. Tertio: An limitare possit inferioribus, quæ illis per priuilegia cōceduntur. Quarto: An etiam illa quæ iure communi competunt eisdem. Quinto: Quāto tempore durat mādātū, Capituli auctoritate factū, aut decretum ab eo, seu (quod idē est) eius Diffinitōrio editū. Sexto: Ad quos se efficacia eius extendat?

¶ Primum ex dictis *cap. præced.* explicatū est. Nam si accidentalis confirmatio sit, aut modo cōmuni, manet vt propria lex diffinitōrii, & sic tamquam à proprio legislatore seu equali reuocari potest; secus si essentialis sit cōfirmatio, aut cū clausula irritatōe seu prohibente

IX.

Quinca-
plex dobi
bitatio pro
ponitur.

X.

Resoluitur
1. & 2.

hibente reuocationē. Quo casu intrat secundum an possit dispensare? & hoc explicandū est iuxta dicta citato cap. n. 18. de inferiore respectu legis Superioris. In quo Mag. Lorca in 1.2. sect. de Legibus disput. 26. nullam admittit dispensationē, sed solum episcopiam, reiiciens casus à Caetano admissos, vt ab inferiori dispensetur; quos tamen etiam sub nomine dispensationis admittūt alij, Azor. to. 1. lib. 5. q. 7. Bonacina, cū alijs quos citat, to. 2. disp. 1. de Leg. q. 2. punt. 1. vt in rebus leuibus, & sub leui culpa obligantibus: vel in his quæ frequenter occurrunt: vel in casu grauis necessitatis aut vtilitatis subito aduenientis ita vt adiri nō possit Superior. At cum verē à pluribus admittantur, & vsus id probet, pluribus etiam exemplis, negari id non debet Capitulo Generali, in casu de quo loquimur; licet abstinendum sit à nomine dispensationis, in quantum significat aliquam potestatem, quam inferior in Superiorem habere non potest; & in re intelligatur esse casus episcopiam, in quo rationabiliter presumitur, legem cessare, ex voluntate

legislatoris. Quæ, cū ex vsu & sensu prudentiū, constat; perinde est, ac si ipse Superior facultatem dispensandi præteret. Quo pacto accipienda sunt, quæ dicto c. preced. in simili dicebamus.

¶ Tertiū de limitatione priuilegiorū, inferioribus concessorū; dicimus posse eā fieri, à Capitulo Generali, loquēdo de priuilegijs facultatiuis, & gratiosis, nō de alijs, quæ per modū constitutionis aut præcepti, aliquid faciendū vel non faciendū præscribunt. Ad asserendū de alijs, faciūt omnia quæ dixi c. 1. n. 12. 13. & 14. de conditione adiectæ priuilegio extēnsionis, & in super ita tenet Mirand. to. 2. Man. q. 19. ar. 5. & 6. & q. 43. ar. 4. & Suar. to. 4. in 3. p. disp. 26. sect. 1. n. 11. & extēdit etiam ad quemcumque prælatū, aliās non coarctatū aliunde. Et to. contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 7. n. 12. & 25. & c. 13. n. 7. tradidit doctrinam, vt quamquam priuilegium Apostolicum sit datum in fauorem, v. g. Abbatū, aut aliorum subditorum Ordinis, eo pacto intelligitur datum, vt simul habeat secum inbitam moderationē ab ipso Pontifice concessam supremis

XI.

Resolutio

3.

TRACT. MONAST.

potestatis ordinis, pro-
ue illius augmento & con-
seruationi, iustis de causis.
vissum fuerit expedire. Et
confirmabitur ex sequen-
ti dubio Atque praxis &
Declaratoria aliarum Con-
gregationum, idem do-
cent.

XII.

Licet non
contra ra-
mè præter
ius potest
Capitula.

¶ Ad quartum enim
dubium, respodeo licet
Capitulum Generale con-
tra ius aut sacros Cano-
nes, aliquid præcipientes,
aut prohibètes. possit iue,
nihil possit statuere; bene
tamè præter ius, & limita-
re similiter quæ facultatiue
& indulgendo concedit.
Primum constat ex infi-
nuatis *sup. cap. 5. num. 9.* &
ex dictis *cap. 6. num. 15. cum
seqq.* Quæ omnia tuat iux-
ta *Cap. Quod super ius, de Ma-
iorit. & obed. & cap. insti-
tutionis & cap. amputato, &
alia 25. quest. 2.* & ita in cõ-
trarium nihil operantur
nostra priuilegia Eugenij
IV. vt diffinitorium possit
edere constitutiones pos-
sitiuè cõtrarias Iuri, quod
negatur expressè & reti-
netur in alijs priuilegijs
excipientibus, *Canonico Iu-
ri obuiantia, &c.* Quare quæ
non contrariantur positi-
uè, sed tantùm sunt præter
ius, negatiuè se habens ad
ea, potest Capitulum no-

strum statuere validè, ex
vi illorum priuilegiorum.
Quorum similem clausu-
lam concessione ex Paulo
III. pro sua Religione ad-
ducit Suarez, *tom. 4. de Re-
lig tract. 10. lib. 1. cap. 2. &
nu. 3.* & ratione & exem-
plis manifestis (neo iudi-
cio) id probat contra Na-
uarrum, inconsequenter
aliud sentientem.

¶ Refrat illud, quod di-
rectè perquiritur, scilicet
etiam in ijs, quæ iure com-
muni disponuntur tantùm
facultatiuè, non obstrin-
gendo sed indulgendo,
posse Capitulum, similiter
ea limitare inferioribus,
quibus concessa facultas
erat. Hoc in primis pro-
batur à simili, vt de priui-
legijs dixi *num. 11.* atque
paritas currit; cum ab eã-
dem autoritate ius &
priuilegium prodeant; &
similis sit materia, vbi non
inducit Pontifex neces-
sitate agendi. Deinde pro-
batur autoritate & ex-
emplis. Nam sic; cùm *ex cap.
fin. de Pœnit. & remission.*
liceat Prælati eligere cõ-
fessorem; si tamen limitee
Ordinis constitutio, vt
non eligant intra mona-
sterium, nisi de Religiosis
illius, tenentur ad limita-
tionem seruandam, vt cen-

XIII.

Retoluitur
4'

Potestas
limitandi
privilegia
& ius ta-
liter.

set Suarez, *tom. 4. in 3 part. disp. 27 sect. 2. num. 9.* & Reginaldus, *lib. 2. sect. 2. num. 38.* Sic, cum secundum iura, penes Prælatum sit potestas dandi aliquid, aut concedendi licentiam ad expendendum, posse limitari quantitatem, statuto Religionis aut Superioris Prælati auctoritate, affirmat Thomas Sanchez *in summ. lib. 7. cap. 19. num. 42.* Sic, pro Prælatis suæ Religionis, adducit plures limitationes similes Miranda, *tom. 2. Manu q. 19. art. 6.* & pro omnibus, id posse Capitulum, tener, *ibid. art. 5.*

XIV.
Probatur
amplius.

¶ Ex quibus alijsque, tamquam ex cõmuni consensu, potest confici ratio huius facultatis penes Capitulum Generale; non quia consuetudine quasi iurisdictionem & superioritatem acquirat, in Apostolica privilegia, & canonica sive Sanctiones, apage vt sic existimes; sed quia ex ipso vltu & praxi adeo manifestis, arguitur contentus ipsius. Sedis Apostolicæ permissentis ista sic, in maiorem perfectionem & obseruantiam, restringendi aut limitandi. Quod desiderium & intentionem non repugnandi, in indultis predi-

ctis imbibitam, intelligi in eis etiam communi iuri infertis, sicut de alijs, dictum est *num. 11. sup.* & eodem modo manifestatur, dum toties, & ad proprias constitutiones Religionis atcedunt, & ad omnimodam reformationem hortatur. Vt pro Regularibus *sess. 25. in ipso limine impensè impellit Concilium Trid.* Quæ tamen potestas limitandi, modo dicto, quæ iuris aut privilegii sunt, præter Capitulum Generale, non est facile ultra extendenda sine expressiori fundamento Pontificis.

¶ Restat quantum de duratione & vi eorû, quæ à Capitulo Generali fiut, auctoritate & potestate hætenus explicata, dicere. In quo nihil est peculiare ex privilegio, sed ex communi doctrina desumendû est. Et ita distinguendi sunt modi procedendi. Nã si per modum statuti seu diffinitionis disponit, durat semper, quamdiu, vel per aliud Generale Capitulum non reuocatur, vel per desuetudinem (vt alia leges) eius vis extinguitur, de quo Syluest. *verb. Mandatum 3. & verb. Delegatus quest. 15. & alijs.* Alia ordinationes, quæ à ratione diffi-

XV.
Relouitur

TRACT. MONAST.

diffinitionis deficient, & vulgò vocamus *Memorial*, solent per triennium vltique ad sequens Capitulum durare, sicut prædictus author asserit, de his, quæ ipse Acta appellari, apud suum Capitulum dicit, *verbo. Constitutio*. Si sit decretum aliquod peculiare, quod gratiam, exemptionem, licentiam, aut aliquod indultum favorabile contineat, dum à sequentibus Capitulis non abrogatur semper durat, vt habetur ex *Cap. super gratiam. de offic. deleg. in 6. & cap. Si cui. de Præbend. in 6. & cum alijs* Reginaldus *lib. 1. num. 95. & latius Sanchez libro 8. de Matrim. disp. 28. nu. 1. & 48. & c.* Si verò aliquid ordinet aut prohibeat, ad gubernium, vel limitationem actionum pertinens, nisi aliud exprimat solum per triennium durabit. Nam & in vi statuti & diffinitionis, inter nostros, non amplius durat, nisi sequenti Capitulo confirmetur, aut tamquam confirmatam diffinitionem habendam esse præcipiatur, sine quo non adquirit perpetuitatem iuxta peculiarem dispositionem nostræ Observantiæ. Denique si per modum

pœnitentiæ, aut sententiæ iuridicæ prolata sit, iuxta tenorem suum durationem habebit, nec relaxabile erit per alium inferiorem, inuito seu non cedente eodem Capitulo; aut alio simili, aut Superiore auctoritate Apostolica, quod notum est ex communi doctrina.

¶ Denique sextum, de sphaera efficaciæ potestatis Capituli Generalis, ea designata est, eo ipso quod constituta est suprema, intra Congregationem vt sup. n. 3. & ita nihil fugit eius superioritatem, ipsæque personæ constituentes Diffinitorium, quæ habent illam collectivè, pariter subduntur diuisim, etiam Generalis qui diffinitorio præest. Argumèto eorum, quæ de statutis factis in Synodo Prouinciali, per Archiepiscopum & suffraganeos celebrata; quibus etiã ipse Archiepiscopus obligatur: adducit Bonacina cū alijs, *tom. 2. disp. 1. de Legibus, quæst. 2. punt. 1. propos. 3. & in terminis de Regularibus totam rem perstrinxit* Suarez, *tom. 4. de Religione. lib. 2. cap. 8. & num. 8.* iuribus citatis, & alij. Et quamquam inter nos, electus Generalis ex-

XVI.

Resoluitur

6^a

pres.

presèdè faciat Professione seu promissionem obedientie Capitulo Generali, sicut Abbates electi, Generali, & Capitulo; etiã seclusis his, stat subiectio & obligatio obediendi, nõ solum ratione iurisdictionis, qua potitur Capitulum desuper omnes, sed etiã ex potestate dominatiua per

votum professionis cuiuslibet Religiosi, que ad omnem superioritatem talis Religionis, aut Congregationis transcendit, vsque ad Papam; cuius voti, ita talis professio, solum expressior reiteratio est. Quod tetigi, in *Notis ad Regul. §. 7. introd. à num. 7.* & alias dicam.

*Generalis Capituli extraordinarij,
Modus & Potestas, & de Capitulis
intermedijs.*

CAP. VIII.

I. **C**VM hucusque dicta procedant, de Capitulo Generali ordinario; aliquid de extraordinario subiungo. Et hodie, iam in nostra Congregatione, nullus extat casus, in quo cogendum sit, ex toto Capitulationum numero, præterquam pro depositione criminali. Reformatoris Generalis, vt constituitur à Iulio III. *tom. 3. priu. 2.* & in diffinitionibus refertur. Qui casus nec hucusque visus, nec in modo, quo disponitur, ferè nunquam vidèdus. Pro electione vero vacantis Generalatus, intra triennium, quæ per

totum Capitulum Generale fiebat; ex noua concessione Pauli V. *to. 3. priu. 40.* reductum est ad solos Diffinitores, & Visitatores, & Generales emeritos, simul cum Abbate Montis-fion, qui præsidet electioni, & conuocat ad eam prout in diffinitionibus continetur, & dixi *sup. c. 2. n. 8.*

¶ In hoc omni contentiosè altercatum fuit, utrùm electio illa extraordinaria, in quacumque parte trienij cõtingerit vacatio Generalis, deberet esse sub nomine & ratione Generalis Reformatoris, an vero Præsidentis; & an in

II.

D. bij
cuiusdã
deccisio.

ca

TRACT. MONAST.

ea haberent suffragium Generales emeriti. Et sanè teni, illud de Præsidente, quod cautum erat à Julio II. vbi sup. derogatum fuisse per Clementem VIII. tom 3 priu. 36. & 37. num. 1. & ita in tali electione extraordinaria Generalis, semper habere votum Generales emeritos cum alijs designatis à Paulo V. Atque conformiter ad hæc, licet authoritatiue diremit Urbanus VIII. cui facta narratione, & remissa Regularium Congregationi, respondit in hæc verba: *Sacra Congregatio Illustriss. D. D. Cardin. super negotijs Regularium Præpositorum. Illustriss. D. Cardinali Ribarota referente, super difficultate in modo electionis Reformatoris Generalis, Congregationis S. Bernardi Hispania, quoties eum intra triënum vacare contigerit, Constitutione felicitis record. Pauli Papa V. per quam statuitur huiusmodi electionem faciendam esse, per solos Electores in ea assignatos, absque totius Capituli conuocatione, sub nomine Reformatoris, seruandam esse declarauit, & ita derogatum fuisse prioribus Constitutionibus tam Iuly III. quàm Clementis VIII. in quantum electionem*

huiusmodi, sub Præsidis nomine, aut per alios Electores fieri mandat, quoad reliqua in suo robore permansuris: Romæ die 2. Aprilis 1625. Octauius Cardin. Bandinus. Antonius Episcopus Cassertanus Secretarius.

¶ Deinde quoad potestatem huius Capituli extraordinarij, sub distinctione videtur sciendum. Si enim sit illud quod ex omni Obseruantia, ad depositionem Reformatoris contingat Congregari, tunc & per vota omnium etiam electio Reformatoris succedentis in locum depositi, facienda est, sine restrictione eligentium, quæ facta est, solum ob excusandum Capitulum Generale: at eo semel aliàs cōgregato, ad illud, prout ordinario modo fit, pertinebit electio, & omnis alia potestas Capituli Generalis ordinarij explicata. Nō verò sic, quando pro sola electione extraordinaria pauca illæ personæ conueniunt, quia & verè Capitulum Generale non est, potius enim intenditur omisio pleni Capituli Generalis, & hoc diminutum & coarctatum ad illas certas personas, concedunt haberi pro sufficienti & legitimo sicut

III.

Capituli
extraordi-
narij po-
testas.

sicut illud, sed limitādo, ad electionem prædictam. Quare præter eam, solum habebit potestatem similem Capitulis intermedijs, quorū & nomē proprius participat, & idē tribunal Diffinitorij cū Generali cōtinet.

IV.

Capitula Intermedia quid possint.

¶ Igitur Capitula intermedia, quolibet anno semel, in tēpore & monasterijs per Diffinitores nominandis, habenda esse ordinariē disponit, pro nostra Observatiā, Jul. III. to. 3. priu. 2. & in eis, cognoscunt super aggravijs, per Abbatē Reformatorē, & Visitatores faciēdis, & c. Insuper ex Clem. VIII. to. 3. pri. 37. n. 14. dispēsatio in choro, vel in Observatijs Ordinis, nisi pro tēpore actualis officij, vel studij, vel ægritudinis, non potest fieri ab Abbatibus in suis monasterijs, imò nec ab ipso Generali Reformatore, sed si aliās dispēsandū est, pertineat ad Patres Diffinitores Capituli Generalis, vel ad Capitulum quod intra trienniū celebratur. Deinde dispēsatio in illa legitimitate ad officia, quā ex privilegio aliās potest facere Generalis, redducta est à Greg. XIV. modo dicto sup. c. 3. n. 12. & si quæ sūt aliā adstricta potestati & authoritati taliū Capitulorū. Nam cætera, quæ etiam

si non possint fieri, nisi à Diffinitoribus simul cum Generali, queunt tamē fieri extra Capitulū, nec exigitur fieri ab eo, sub eo nomine & celebritate; certum est, melius fieri posse, à talibus Capitulis, quæ ab ipso Diffinitorio, ex præscripto Ordinis celebrātur.

¶ Quare, excepta ordinaria facultate, cōdendi leges aut Diffinitiones, & per eas limitandī aut moderandi, quæ indulgēt & facultatiuē, ex iure, aut privilegij, habēt subditi, modo explicato sup. c. 7. an. 11. quæ ad Capitulum Generalis excellētiā, per se pertinet. Et exceptis prohibitionibus quæ expressē posuerit Capitulum Generale in suis decretis diffinitionibus aut mandatis, ad reliqua se eodem modo extendit Capitulum intermedij potestas, quod immediatē subordinatur, in nostra Congregatione, superiori illi Capitulo, siue Provinciale, siue Generale vocetur, quod quantū ad nos idem est, ut declarauimus sup. cap. 3.

¶ Sed difficultas est, an illa potestas & ius resideāt, in qualibet conuocatione, & cetero voluntario Generalis & Diffinitorū, ita ut eo solam habeatur rāquam Ca-

pitulum

V.

Declaratur cū exceptione.

VI.

Difficultas in hoc resoluatur.

TRACT. MONAST.

pitulū intermediū, ad ritē faciendū ea, quę ei, vt tali, demānata & cōcessa sūt? Ad quod respōdeo; vđ minus necessariū esse quod per diffinitionem, aliquo modo statuatur, vt eam rationem & authoritatem sortiatur; alioqui eos catus incertos & casuales, solū ea posse expedire, quę seclusa Capitulari solemnitate, ab eis possent fieri; prout sunt plura, quę licebant Generali, & Consiliarijs olim, quorū munus in diffinitores translatum etiam est, à Paulo V. *to. 3. priu. 38.* in reliquis authoritatē legitimam non habere. Quā doctrinam tenet, in casuposito, *sup. cap. 3. num. 12.* & nuper insinuatō, de dispensatione illegitimatorum, vt nequeat fieri nisi in Capitulo, ordinis authoritate habēte rationē Capituli intermediij *Miran. to. 2. Manu. q. 2. ar. 3.* & eādē nos tenemus circa licentiā graduandī Magistrōs, vt sit à Capitulo Generali & non aliās, ex decreto diffinitorij & confirmatione Pauli V. vt vidimus *sup. cap. 4. num. 2.* & tenenda est pari formiter in alijs, alioqui de factu iuris dictionis & potestatis, acta nulla erunt, & sine effectu, vt in prædictis &

similibus; in alijs ad minus venient annullanda.

¶ Scrupulus tamen ex his videtur ingeri, ex adducto priuilegio Iulij III. vbi ordinatur haberi Capitulum intermedium, singulis annis. Contra quod videtur. Primò, Capitulum illud extraordinarię electionis Generalis, nam si contingat adijci, ad duo illa capitula intermedia, quę durante triennio habentur, excedit numerus. Secundò, ex Clemen. VIII. *vt sup. num. 4.* dispensationes à choro statuantur dādo per Capitulum, quod *intra triennium celebratur;* ex quo videtur cōtrahi numerus, loquēs in singulari!

¶ Sed dicendum est, Iulium III. eo priuilegio, reuera, solū inter aliās diffinitiones, cōfirmare eam, de Capitulo singulis annis, in quo congregentur Consiliarii (qui hodie iā transire in diffinitores) exprimendo, quod cognoscant, de agrauis Generalis & Visitatorum, & cætera, quę ad corrigendum vel deponendum Generalem pertinent, prout indicauimus *num. 1.* In quo & fundatur alia diffinitio, de Visitatoribus, sex aut septē monasteriorum, quibus deman-

VII.

Adhuc
scrupuli
duo.

VIII.

Vt eximā-
tur, de
Strina.

da-

datur, circa finem triennij, ex officio, informatio excessuum Generalis, & Visitatorum Generalium. Quorum in præfenti, maior notitia, haud multum interest. Itaque ibi, solùm statuitur ordinaria celebratio illorum Capitulorum; nõ verò tollitur quod possit statui celebratio aliqua extraordinaria, cui à Capitulo saltem Generali, conferatur talis ratio auctoritas & potestas; sicque vitè constitutum; possit obire non solùm ea, quæ ex diffinitione Ordinis ei committuntur; sed etiam quæ, ex Apostolica constitutione, Capitulis intermedijs, commissa fuerint.

IX.

Eximuntur.

¶ Unde ad primum cõstat, illud Capitulum extraordinarium, non solùm per Ordinis diffinitionem, sed etiam per ipsum Paulum V. in citato præluigio habere rationem, & nomẽ Capituli, & intermedium esse. Ad secundum dicimus etiam Clementem VIII. illo Motu proprio, non intendisse alterationem Capitulorum intermediorum prout in Observantia habebantur, sed solùm alligare facultatem concedendi illas exemptiones aut immunitates, auctoritati

Capitulorum Generalis aut intermedijs, non taxando numerum, sed præscribendo modum. Quas exemptiones aliter fieri nõ posse cenfeo, neque Capitulum id committere Abbatibus aut Generali, quos expressè excludit Pontifex. Nec est verisimile, voluisse delegari à Diffinitoribus id, quod ipse expressè committere noluit, reddereturque frustatoria eius inhibitio.

¶ Pro omnibus autem his Capitulis, & etiam Capitulo Generali, disquiri potest, ad quem pertineat proponere ea, quæ in diffinitorio tractanda & decernenda sunt. Aliquando enim animaduerti aliquem Generalem, ita sibi arrogantem hanc Prouintiam, vt pro suo libito, vellet stare propositione rerum, & ei soli cõpetere. Quod si id tantùm intelligatur, vt tamquam Præsidi & principaliori; eius sit primariè loqui, & materias inducere, ne quispiam de diffinitorio, inordinatè & tumultuariè, ad tractationem profiliat, æquanimiter patiar: si verò vt, voluntate tantùm sua, intercludatur propositio aut tractatio, omni rei, nec aliud valeat

X.

Curus sit in Capitulo aliquid proponere?

TRACT. MONAST.

leat in Capitulo agi; ferendum non videtur, sed sua utendum moderatione, vt non sit schisma in confes-
su, sed omnes idem sapiāt, & officij obligationem, at-
que Pontificis & Religio-
nis intentionem adim-
pleant.

XI.

Resoluitur

¶ In hoc si ab exemplo sumenda est ratio, Casum excitat Diana 1. p. tract. 3. de Comitijs, resol. 9. An Procuratores, & alij intrantes in Parlamento, debeant proponere aliquid, licet ab illo, qui Caput est Parla-
menti non proponatur. Ad quod respondet affirmatiuē, & citat Mofesius in Summ. to. 1. tract. 6. ca. 16. num. 119. Deinde in nostra Congregatione inter alia officia que eliguntur in Capitulo Generali, vnum est Promotoris, cui iuxta præscriptam definitionis cap. 6. num. 8. incumbit proponere Diffinitorio negotia, & petitiones, sine limitatione ad nutum Generalis. Similiter Cap. 5. num. 2. Procuratoribus Capitularibus vnique pro suo districto, iubetur etiam pœnis indistis, negotia & petitiones fideliter deferre Diffinitorio proponendas & expediēdas, quod etiam relictate Generali, ex mu-

neris obligatione tenetur facere. Quæ omnia probat nullum habere ius Generalem, ad impediendam propositionem negotiorum, aut faciendā pro sua vultate tantū, in omnib.

¶ Hanc autem libertatem asserendam esse, non solum pro Capitulo Generali, sed ad instar eius, pro alijs, etiam si Promotor non eligatur, nec Procuratores illi adsint, concedendum est; siue fiat propositio aut presentatio petitionum per Secretariū Capituli, vel per aliquem Diffinitorii. Suaderque paritas rationis. Nam ad omnium negotia tractanda instituantur huiusmodi Capitula, in maiorem reformationem vitæ monasticæ, iustitiæque & charitatis obseruationē; & ita nemini intercluditur locus aut per se, præcedente licentia, aut per suam petitionem, eā generaliter per diffinitionem concessā. Quo pacto etiam ipsis diffinitoribus presentibus, si propria negotia habeant, sua petitione poterunt proponere, aut proponenda alteri exhibere, sine repulsa Generalis; licet tunc tãquam pars & non Iudex, abesse debeat dum alij iudicium

XII.

Ampliatur.

iudicium faciunt. Alias vero petitiones quæ ad instantiã partium fiunt, partibus non petentibus in forma debita, non pertinet ad eorum officium; quod cum iudicis sit, commutaretur in Procuratoris, quomodo iusta à Generalis repulsa fieret.

XIII.

Et explicator obligatio.

¶ Solù est diuersa ratio, de rebus quæ ipsi Religioni aut Congregationi incumbunt, ex obligatione iustitiæ, siue satisfaciendi aliquid debitum tertio, siue adhibendi remediũ alicui ingruenti malo, deniq; ex causa ad quã ex officio & munere tenetur diffinitoriũ: Tunc enim siue Generalis dissimulet, siue renuat, non solũ Diffinitor poterit proponere, sed in conscientia tenetur, quantũ, vt exoneret eam, urget obligatio, seruata modestia; sed post habita

placiditate Generalis, qui Deo preferendus non est. Hoc autẽ manifestè probatur: Quia hæc obligatio iustitiæ, quæ ex officio resultat, non residet tantum in Generali, aut Præside Capituli, vel tribunalis diffinitorij; sed in omnibus illius Concollegis, quibus integratur, propria & decisiva autoritate, qua gaudet, in suis suffragijs diffinitores, vt cõstans est in nostra Religione & de alijs traddunt Mirand. to. 2. Man. q. 12. ar. 7. & Tambur. to. 3. de iur. Ab. disp. 1. quas. 2. & cõmuniter ex Bart. Nauar. & lijs, Tho. Sanch. lib. 5. summ. c. 4. n. 65. Igitur quilibet, pro sua parte, incumbit in eo officium implere: & negotium, etiam detrestate Generali (si fortè ita contingat absque sufficienti ratione) toti confessui insinuare.

*Potestas Capitulorum, ad legitimandum
& ad priuandum officijs & ad re-
partitiones.*

CAP. IX.

I.

Legitima-
tio per
professionem.

Vtramque potestatem coniungo, quia conuenit eisdem Capitalis, Generali & intermedijs, quæ talem habuerint rationem & auctoritatem legitimã,

vt declaratum est cap. præced. In quo circa legitimatione, omisã, quæ per professionem in Religione, datur dispensatio defectus nataliũ, ad ordines suscipien-

E dos,

dos, ex iure in *cap. 1. de filijs presbit.* qui defectus etiam non impedit monacharū, si alias merita suffragētur; de aliis officiis agendū est; & videndū primū ad quānam ex iure, indigeant legitimitatem habere, aut legitimatione donari, si qui ad ea sunt promouendi.

II.

Ad quæ re-
quiatur le-
gitimitas?

¶ In quo suppono, dignitates, personatus, & beneficia curam animarum habentia, non admittre illegitimos ex *c. fin. de filijs presbit.* Distinctionem verò Dignitatis & Personatus, post Azor. *to. 2. lib. 5. acurate* discuit Filioc. *to. 3. tract. 41. c. 1. à n. 22.* & ex eis colligo, egere illegitimos dispensatione Apostolica, in nostro ordine & alijs, ad officiū cū cura animarum si vt parochi exercent eam; aut si aliqua ordinaria iurisdictione gaudeāt. Ita nomine dignitatis, quæ est præ eminentia in Ecclesia, cum iurisdictione, cōprehendantur, Generalis, Abbas, Diffinitor, Visitator Generalis, Prior conuentualis qui vacante monasterio, gerit vices ordinarij Prælati, & Pro abbas qui tali casu præficeretur, item Commissarius Generalis Reformatoris, relictus in eius absentia, in qua Superior Ordinariorum efficitur. Quæ omnia tuetur Syluest. *per.*

Prælat. *n. 2. & 3.* & admittit Mirā. *to 2. Man 9 2 ar. 3.* & Hiero. Rod in *Compend qq. Reg. Resol. 52. à n. 40. & alij.*

¶ Præterea nomine Personatus, ad quæ non requiritur iurisdictione, sed honorificum in Ecclesia gradum habere, & præminentiam ferendi suffragium, aliisque honores, videtur comprehendendi, Procuratores Capitulares, prout in simili admittit Miranda, item Magistri & Prædicatores Capitulares, ac Secretarius Capituli, & hac etiam ratione, in *Observantia nostra prior de Palazuelos.* At verò nomine habentium beneficium cum curā animarum, intelligitur etiam de Manualibus, vt in nostra *Observantia* funguntur omnia, quibus præficiuntur Religiosi, vt parochi, dummodo principalem & ordinariam curam exercent. Nam qui solum ex delegatione administrent, vicem parochi gerentes, non indigent legitimitate. Sicut nec Confessores Monialium, Magistri novitiorum, & similes, Et tales censeo nostros Præsidentes de Azebeiro, Penamaiore, & Franquera, qui solum iurisdictione delegata vtuntur vt tales, nisi simul parochi instituantur.

III.

Adhuc alia

¶ Nunc ergo ex prædictis,

IV.

Explicator
requisita
dispensatio
in generali
Abb. &c.

Quis, quoad nostram Observantiam, ad Generalatum & Abbatiam, necessaria est in illegitimis Apostolica dispensatio, quia nouiter Clemens VIII. *to. 3. priu. 37. n. 3.* & 5. statuit necessariam legitimitatem, derogando omnia priuilegia. Et ita que habebat Congregatio nostra, Eugenij IV. *to. 2. pri. 9.* & 10. vt Reformatore dispensaret ad Abbacias, & quæcumque alia, cessarunt, & similiter quod ad Generalatum concesserat Clemens VII. *ibid. priu. 25.* Atque ex eisdem priuilegijs solum restat facultas dispensandi illegitimos, ad Prioratum; & licet cætera officia, videantur inclusa in maioribus, que poterant dispensari, ex illis priuilegijs, que solum quantum ad Generalatum & Abbatiam sunt derogata; nihilominus, non est id ita solidum in dispensationibus, & ijs que à iure exorbitant, vt cum pluribus tenet Sanch. *lib. 8. de Matr. disp. 1. n. 32.* Ideo ex alijs priuilegijs aliorum Ordinum, quibus per Extensionem gaudemus, supplenda est facultas dispensandi cum illegitimis, ad omnia alia officia; & talia adducuntur in nostro Compendio *verb. Dispensatio §. 13. 14. & 15.* & post Emanuel, & alios, à Miranda, *vbi supra.* Quibus

vt poterit Observantia; per sua Capitula, ad que redduxit has dispensationes Gregorius XIV. vt notatum est iam in superioribus, & ita seruandum.

¶ Tamè ab hoc excipit dispensationem illegitimitatis ad Abbatiam, in fæminis monialibus, quibus necessariam esse iuxta *Glos. in c. indēnitatib^o de elec. in 6. tenet* plures, quos refert & sequitur Thom. Sanch. *lib. 5. sum. c. 5. n. 19.* Quibus adde Barthol. à S. Fausto, *in Thesau. Rel. lib. 5. q. 321. & Suar. to. 4. de Rel. tr. 8. l. 2. c. 6. n. 14.* Quam tamen dispensationem, ex prædictis priuilegijs, potest præstare Generalis solus, sine ea restrictione ad Capitulum, vt tenet citatus Sanch. & Miranda, *tra. de Sacris Monial. q. 6. ar. 3. de quibus etiã infra.*

¶ Circa potestatem priuandam; quantum ad Generalè, non est potestas nisi in Capitulo Generali, & per omnem officiorum Priuationem Congregationem plenè conuocatam, suffragantibus, duabus tertijs partibus ex Eugen. IV. *tom. 2. priu. 11.* & Iul. III. *to. 3. pri. 2.* Abbates verò possunt priuari, solum in Capitulo Generali aut intermedijs, ex Eugen. IV. *to. 2. pri. 8. n. 10.* idè quoad Visitatores generales, ex eodem Eugenio *ibid. pri. 14. n. 7.* idem quoad Diffinitores, ex diffinitione

V.
Exceptio
de Abbatia
lis.

VI.

TRACT. MONAST.

Ordinis c. 17. n. 6. & ex paritate dignitatis cum aliis supradictis, ipsi tamen priuari nō possunt, nisi in casibus in diffinitionibus expressis, ex eadē diffinitione, & ex Eugenio dicto *priu. 8. n. 20.* Se itamē (quod notandum est) Eugenius ibi, solum loquitur de priuationibus, quas possunt facere Patres Abbates, qui habuerint monasteria filialia, aut sibi peculiariter subiecta, cum visitauerint ea; non de aliis. Alias prædicta limitatio, pugnet cū privilegio altero eiusdem Eugen. *to. 2. priu. 11. n. 4.* aut potius per illud, cū sit posterius, abrogata esset; cum concedat Capitulo nostro Generali, *vt liberè & licite, pro solo suo nutu, quemlibet Abbatē possit, à regimine, & Abbatiali dignitate absolvere.* Quæ non satis perspecta fuisse Fr. Marco à Villalba, *dub. 11. circa hanc materiam, apparet.*

Notatio ad rem.

VII.

Capitulū Generale libere priuat.

¶ Ex quib⁹, & ex eo quod privilegiū Clem. IV. *to. 1. priu. 41.* ex quo ferè omnes casus priuationis Abbatū desumptæ sunt, nostram Observantiā immediatè nō constringit; sed solum ad eam pertineat, per cōmunicatiōē, vt docuit. *1. n. 2. & 12. cum seqq.* tota illa limitatio habet vim, respec-

tu Capitulorum intermediorum, quæ inferiora sunt Capitulo Generali, à quo per suam diffinitionē provenit, & per quā nō ligatur alterū Capitulū generale, quin per alias causas, possit priuare Abbates, etiā nō expressas in diffinitione. Tamē non ita liberè, vt videntur sonare illa verba *privilegij 11.* Quæ libertas stat in hoc, quod Capitulū generale, à nullo intra ordinē coarctari aut limitari possit; de cætero, illud *pro suo nutu* intelligendū est de rationabili, & iustā causā habente, absque coactione ad has vel illas, siue scriptas siue non. Alias Prælatos, etiam Regulares, in sua dignitate aut officio constitutos, nō deponendos, *nisi pro manifesta & rationabili causa,* decrevit Conci. Lateranēse *in cap. Monachi de statu Monach.* & ibi Panorm. *nu. 1. & in cap. cum ad monasterium. eod. tit. n. 20.*

¶ Igitur excepto Capitulo Generali, restricta est potestas, tūm ne fiat priuatio ab alio inferiori nisi intermedijs Capitulis; & in eis, non nisi ob causas expressas in diffinitione, atq; hoc vltimū, no ex diffinitione Clementis IV. sed ex obligatione quam habent ex iure, aut quā, præter ius, habent.

VIII.

Non ita intermedium.

habent ex diffinitione Capituli Generalis, quod de facto habet aliquas impositas, & poterit imponere in alijs rebus eamdem priuationis pœnã. Quare de his erunt cõsulendę diffinitiones, alias verò quę conformiter ad ius, vel antiqua privilegia, exprimit nostra diffinitio, cursum indicabo, vnde etiã firmentur & stabiliantur.

IX.

Causę
priuationis
Abbatum
tam
numerantur,
& vnde.

¶ Prima igitur priuationis causa ponitur: *Hæresis* aut *schisma*: *Hæresis*, ex cap. *Ad abolendã*, de *heret. schilma*, non exprimitur à *Clem. IV.* fortè quia ferè semper cū *hæresi* coniungitur, habetque sub proprio nomine depositionis pœnam, iuxta cap. *Quia diligentia* 5. de *elect.* Secunda, *Simonia manifesta*; ex cap. *de hoc autem*, & cap. *insinuatum*, de *Simonia*. Atque de *Simonia Confidentia*, iuxta Bullas *Pij IV.* & *V.* apud *Nauarr. cap. 23. n. 100.* Tertia causa, *Fornicatio aut immunditia carnalis*: Sub hoc nomine immunditię carnalis, exprimit eam *Clem. IV.* sub nomine verò fornicationis, intelligitur omnis illicitus concubitus, atque illorũ membrorũ non legitimus vsus, iuxta *c. Meretrices*, 2. q. 4. & quãuis nõ om-

nes illius species, plectatur ea pœna, in iure; sed in *Prælato Regulari*, sola incontinentia sufficit ad depositionem, ait *Abbas Panorm. ad c. Monachi. de statu Mon. n. 6. & pro aliqua eius specie, imponitur in Conc. Trid. sess. 25. de Refor. c. 24. & in bulla Pij 5. apud Nauarr. c. 27. nu. 249.* Quarta causa est *dilapidatio*, bonorũ monasterii, quę enormis sit: ex *c. Apostolicos*, 12. q. 2. & *c. fin. de Accusat.* & *Panorm. ad c. 2. & c. fin. de statu Monach.* Quinta, *Furtũ*: Quod patratũ armorũ violentia, aut in itineribus, vltimo supplicio animaduertitur, ex *l. Capitaliũ*, §. *Grassatores*, & §. *Famosos*, ff. de *Pœnis*; aliã arbitraria pœnã. Sed in Religioso, semper sibi proprietatem annectit, & cū alijs pœnis, priuationẽ etiã confirmat, à Religione positam, *Concil. Trid. sess. 25. de Regul. c. 2.* Sexta, est *Homicidiũ*, cui tantummodo expressè posito à *Clem. IV.* diffinitio nostra addit etiã, *mẽbri mutilationẽ*, ex *c. sicut dignum*, §. *vlt. de homicid. c. in quibusdã de Pœnis. c. Cleric. Ne clerici vel Mon.* Atq; pro fornicatione, aut periurio, aut furto, aut homicidio, est textus in *c. Presbit. 81. dist. Septima*, est periuriũ manifestũ, &

TRACT. MONAST.

hoc ex præallegato cap. & ex Glossa in cap. *Quareclā. de iureiur. O Staua, Maleficiū. seu Veneficiū dixeris*; Pro quo Clem. IV. habet graue sacrilegiū. & in hoc, pro cōmisso & patrato cum Moniali, pœna dicta iniūgitur ex c. *si quis Episcopus* 27. q. 1. & pro blasphemio, c. *si quis per capillum* 22. q. 1. quorum primum fornicationi, secundum hæresi annectandum videtur, vt supra, ceterum de Maleficio, iuxta Cap. *Nō obseruetis* 26. quæst. 7. & l. *Nullus. l. Nemo. l. Culpa. Cod. de Maleficiis & Matem. Nona, est Conspiratio, contra Generalem Reformatorem, aut contra difinitiones & libertates nostræ Obseruantia. Quæ semper intelligitur de iniuriosa & in malum, contra dignitatē Generalis, & contra immunitatem Obseruantia, iuxta allegata à Syluestro, verb. *Confraternitas* num. 4. & iuxta decretale n. Nicolai III. in cap. *Constitutionem*, §. ceterum de verborum significat. in 6. Decima cautā est, *Falsificatio* literarum Apostolicarum, aut Cardinalis, aut Principis, aut Episcopi, aut Reformatoris Generalis, aut Capituli. Suppressit difinitio nomen *Abbatum*, quod habet Cle-*

mens IV. in illa serie, & loco illius substituit, prædictum Capitulum Generale, & Reformatorem, & cōformiter ea ad C. *Si Episcopus*. 50. dist. & cap. *tam literis, de testibus*. Denique vndecima, *impetratio* literarum contra nostram obseruantia Cōgregationem; aut vsus earum, quas, cōtra eam, impetrauerit alter. Quam etiam à Clementis IV. priuilegio citato acceptam, statuit difinitio; & iam ante, statutum erat id pro Ordine Cisterciensi, ab Eugenio III. eiusdem Ordinis primo Pontifice tom. 1. priu. 3. num. 6. sed hodie pro nostra Congregatione proprius, alte stabilitum, non solum sub priuationis pœna, dum hic inter causas priuationis numeratur; sed seorsum Cap. 1. *difinitionum* num. 13. & in super cap. 46. num. 1. adiecta pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, & reseruata absolutio- ne Capitulo Generali. De quo iam partim dictum erat supra cap. 1. num. 14.

¶ An verò Capitula intermedia, quæat pœnā priuationis extēdere, ad alios casus, nō expressos in difinitione? resoluendum est secundum communem do-

X.
Excludunt
tu. alia.

tri,

Arinam huius quæstionis, cuius negatiuam partem. cum Caietano, Nauarro; Alphonso de Castro, & ex Iure Canonico & Ciuili, tradidit Miranda, *tract. de Sacris Monial. quæst. 2. art. 10. concl. 1.* & Abbas in *Clement. cupientes, de Pænis, & alij.* Imò etiam si casus sint grauiores, quàm qui exprimuntur, non extendi, resoluit cum alijs Diana 1. *p. tr. 4. Resol. 23.* Et licet in nostris diffinitionibus nouioribus à Capitulo confirmatis, omissa sit illa particula, *por estas y no por otras*, tamen dum specialiter & nominatim numerat causas priuationis, intelligitur restrictiua ad alias non nominatas, per notum & repetitum dictum, quod exceptio firmat Regulam in contrarium, & ita cum eisdem censeo.

XI.

Ad contributiones imponendas potestas.

¶ Circa contributiones à monasterijs faciendas, in subsidium obligationum & indigentiarum Congregationis, potestatem in ea esse, penes Capitulum Generale, ex ipsa natura Corporis, in quo & caput membris prouidere, & membra capiti, in bonum corporis subseruire debent, manifestum uiderur; si rectè, si

iustè, si debita proportio-nesiant. In quod ipsa unitas & conseruatio corporis conspirare debent, argumentatione facta ab Apostolo 1. *Cor. 15.* Tamen in hoc, propter ipsius iuris quasi naturalis dubia, & abusus uitandos, sæpius de hoc à Pontificibus oportuit prouideri, & eorum autoritate uti, tum ad imponenda onera, tum ut imposita soluerentur. Et hoc ultimum, satis impensè constitutum, constat ex Benedicto XII. & Innocentio VIII. pro Gisterciensibus, *to. 1. priu. 58. & 117.* in quo se omnino refert, ad illud Benedicti. Sed hoc (pro nostra Congregatione saltem) iam ab Eugenio IV. reuocatum, neutrumque illi directum. Quare inde morem, & necessitatem huius potestatis solum elicimus: obligationem uerò constringentem aliunde, ut subiungo.

¶ Sunt enim pro nostra Obseruantia, quædam priuilegia, ut possint imponi repartitiones, seu contributiones, aut aliæ applicationes bonorum; quædam quæ continent & expriment ipsa onera, modum, & applicationem. De prioribus est Eugenij IV. *tom.*

XII.

Bullæ Obseruantie ad illud.

TRACT. MONAST.

2. *priu. 8. num. 31.* quod: *Praefes & Diffinitores in Capitulo suo* (loquitur de Prouinciali tunc, quod nūc vocamus Generale) *antiquas monasteriorum contributiones, liberè taxare possint ac etiam moderari.* Atque eiusdem *Eugenij. priu. 11. n. 7.* Quod *Abbas Reformator, cum consilio dicti Capituli Prouincialis, libros & alia ornamenta Ecclesiastica, & bona mobilia vnus monasterij Observantia, alteri assignare, nec non etiam redditus & proventus monasterij non ita indigentis, alteri magis indigenti applicare, valeant, non tamè perpetuo sed ad tēpora, pensatis monasteriorum qualitatibus, circumstantijs, superfluitatibus & indigentijs ad tempus, &c.* Aliud pro Collegijs, vide infra cap. 27. n. 5. vbi de studijs.

XIII.

Aliae bullae ad idem.

¶ De posterioribus priuilegijs, est vnum Iulij III. *to. 3. priu. 2.* per quod applicantur Monasterio de *Palazuelos* 600. ducati annuatim perfoluendi à certis monasterijs, quae tamen summa ad mille excreuit, additis 400. contra monasterium *Vrsaria.* ad alios ceterum, quos ex priore sorte, designata in priuilegio, soluebat. Quae adiectio non solum, ob pingues illius celeberrimae Domus proventus

facta est, sed insuper (vt fertur) propter recōpensationē quādam magnae summae pecuniarum, quas olim in beneficium dicti monasterij insumpserat Congregatio. Aliud priuilegiū est Urbani VIII. anno 1628. quod incipit *in supremo,* &c per quod imponuntur monasterio *S. Claudij* Auriensis diocesis, quatuor millia ducatorum, & monasterio de *Melon,* Tudensis diocesis, tria millia. Vt ex tota summa annuatim perfoluendā emantur redditus, aut immobilia bona, quorū proventus, certa iam taxa, in priuilegio expressa, applicentur Collegijs studiorū, *Salmanticensi & Complutensi,* & monasterijs de *Palazuelos,* & *Matritensi* quae potissimum expensis Congregationis, sustentantur. Atque insuper, pro cōmunitibus sumptibus, & obligationibus Congregationis, vt sic, certi annui redditus & proventus instituantur. Atque inde procedatur, ad supplendam inopiā aliquorum monasteriorū vt nullum (si fieri possit) in Congregatione sit, quod saltem viginti monachos non sustentet, quibus Regularis observatio nostrae professionis, debitè sustentari & exerceri valeat. Eo-

quae

que pacto status monasteriorum, & ipsius Congregationis, competenter constitutus, & in eo facilius conservandus remaneret: & sensim, dum per prædictam formam, onera & impositiones minuebantur, decreverunt hinc, quidquid inde crecebat, ab omni onere & contributione cessaretur. Quæ si prout sunt disposita, poneretur, nihil poterat melius, nihil opportunius excogitari. At desideratur executio, & nescio qualiter aliquatenus prætermissa, cum propter ingentem & manifestam utilitatem, tum propter urgentem obligationem, quam generaliter subiungo *inf. n. 16.*

Nota

XIV.

Explicatio
priorum
bullarum.

¶ Igitur circa priora illa privilegia, licet Capitulo videatur adstricta, cum de Capitulis intermedijs nulla erat institutio; tamen ad eam etiam derivata est, eadem potestas, ita ut non solum exerceatur in ipsis Capitulis Generalibus, sed extra ea, soluta congregatione Capitularium, remanentibus tamen Generali Reformatore & Difinitoribus, ut ab eis ordinentur contributiones & imponantur, nec petit aliud diffinitio tam antiqua anni 1584. quam recentior anni 1637. quod autoritate Capituli Generalis stabilitum, & vetustissima consuetudine firmatum iam sufficere certum est. Nam & eam non sine fundamentum rationabili introductionem, credendum est: & a consuetudine plurimum & plerumque adiuvanda & stabilienda potestas & facultas est, ut notant auctores; alias multa etiam firmissima & rationabilia corruerent. De quo latius egi in *Notis Reg. S. Bened. in Lacina illis addita Segm. 11. & 17. & c.* Modum autem in ipsis contributionibus tenendum, verba ipsa Eugenii, supra allata ostendunt; & ipsa lex iustitiam dicitur, quam, in conscientia tenentur prædicti Reformatores, & Difinitores, & eam præ oculis & coram Deo debent habere, & omni æquitate & moderate custodire, utpote ubi præiudicium tertii versatur, in quo quidquid iustitiam dicitur, dictum esto.

¶ Circa posteriora verò privilegia, in quibus certa & expressa applicatio Apostolica, atque gentis peculiaribus rationibus & causis, facta est, duo mihi certa sunt. Vnum est cessantibus causis, illicitum esse & iniustum, perseverare gravamina monasteriorum, quibus ob eas imposita sunt, neque posse monasterium aut partem, in cuius fauorem sunt imposita, ea iuste percipere; cum sine ratione & causa, neque a superioribus

XV.

Explicatio
posteriorum.

¶ Circa posteriora verò privilegia, in quibus certa & expressa applicatio Apostolica, atque gentis peculiaribus rationibus & causis, facta est, duo mihi certa sunt. Vnum est cessantibus causis, illicitum esse & iniustum, perseverare gravamina monasteriorum, quibus ob eas imposita sunt, neque posse monasterium aut partem, in cuius fauorem sunt imposita, ea iuste percipere; cum sine ratione & causa, neque a superioribus

perceptio.

TRACT. MONAST.

periore possent imponi, reclamante dominio cuiusque monasterij in proprijs bonis; maximè vbi nulla particularis persona dominus est, sed administrator communitalis. Quæ iuxta communem doctrinam materiæ iudicanda sunt, nec ego diuersos scrupulos excito, quàm qui ex ipsius rei natura oriuntur, & quos ingerit iustitiæ ratio.

XVI.

Eadem & notanna.

¶ Alterum certum est, ea sic determinatè applicata in aliquem effectum, Apostolica autoritate, nulatenus ab alia inferiore potestate posse ad alios diuersos transferri: Quod v. g. in ea dispositione Urbani VII. (& idem est proportionaliter in similibus) plura conuincunt. Primò, ex supradicta ratione; quia cessaret aut tolleretur è medio causa applicationis, quæ sine tali causa cessaret, Secundò, Quia dispositio, licet ad petitionem Congregationis, sed cum confirmatione Apostolica essentiali, & clausula irritante, vt prorsus transeat in legem

Superioris, indispensabilè ab inferiore, iuxta dicta *sup. c. 6. n. 16. & 17.* Tertiò, Quia, eo precisè modo acceptata est à Congregatione, & admissa ab ipsis monasterijs, quæ in bonis suis afficiuntur iniuria notabili, in temporalibus & spiritualibus, quibus in cultu diuino & obseruatiâ Regulari fraudantur, quod onus conscientiæ, maximè premit Superiores, per quos stat. De quo *Bona. ro. 1. de Officio diuin. disp. 2. post Nauarr. de Hor. Canon. & alij.* Quartò, Quia, in tam pingui applicatione, certò inuoluitur trãsmutatio legatorum, & testamètorum Principum, aut aliorum fidelium, fundantium aut dotantium Religiosa illa monasteria, ad cultum diuinum sustinendum, verè Regularem vitam agendã, & alia opera charitatis præstanda; quorum voluntatum commutatio, nulli inferiori Papæ licet, vt constat, ex *Clement. Quia contingit. de Relig. domibus, & Concil. Trident. sess. 22. de ref. cap. 6.*



*Generalis nostra Observantia, Nomen,
Electio, Dignitas, & Ordinaria po-
testas, in genere.*

CAP. X.

I. **P**ost Capitula, quorum
potestas collectionem
exigit personarum, ad per-
sonas singulares procedi-
mus: inter quas primatum
tenet ipse supremus no-
stræ Congregationis Præ-
latus, de cuius Nomine
mouit questionem P. Mar-
cus á Villalba *dub. 2.* quia
varium fuisse constat. Cæ-
terum in questione de No-
mine, non multum est im-
morandum. Constat á Mar-
tino V. *tom. 2. priu. 1. num.*
10. permissam fuisse nomé-
claturam, voluntati Vene-
randi P. Magistri Martini
de Vargas, qui motor fuit
huius reformationis, &
quem, Eugenius IV. *priu. 14.*
*grandium virtutum me-
ritis insignem, & de Aposto-
lica benemeritum Sede,* pos-
thumâ laude decorat. Vn-
de in principio, Prior, di-
ctus, donec per Eugenium
IV. *tom. 2. priu. 6. num. 14.*
accessit titulus *Abbatis,*
Prælati. Ante quem etiam
Reformator Generalis, ap-

pellatur eodem priuil. &
priu. 5. eiusdem Eugenj.
Inde postea etiam *Abbas*
*Reformator, & Abbas Gene-
ralis,* & absolutè *Generalis,*
nuncupatur in privilegijs.
Licet solùm r. spectiue sit
Generalis, scilicet huius
Congregationis tantum;
& quatenus in electione,
& confirmatione, & autho-
ritatis exercicio, á nullo
alio Superiori dependet:
sed ipse Supremus Ordina-
rius Prælatus est, Sûmo
Pontifice semper excepto,
á quo solus & ordinarius
Superior totius Congre-
gationis constituitur.

¶ Contra quod, nihil
obstat, quod *tom. 2. priu. 14.*
ad annum 1446. mortuo
Martino de Vargas, iubet
Eugenius Vocari *Visitato-
rem,* nam vt aduertit cita-
tus P. Villalba, namquam
vsu receptum fuit, aut si
aliquo tēpore admissum,
cuius vestigium exhibet
priuilegium Reginæ Eli-
zabeth, excussum in *3. tom.*
priu.

II.

Solidatur
idem.

TRACT. MONAST.

privil. fol. 189. tamen parum durasse; cum semel renovatis privilegijs per Nicolaum V. anno 1450. & iterum per Calixtum III. anno 1455. in *pristinum statum restituitis*, nulla eius nominis memoria superfit. Variationem autem hanc titularum non esse novam, vicina exēpla nos docent. Sic enim, Prælatus illius Regij cœnobij S. Benedicti Vallisoletani, Capituli suæ Congregationis, Prior in principio appellatus est, ut ex privilegio citato Martini V. constat, donec per Alexandrum VI. titulus Abbatialis ei concessus est; & inde etiam *Generalis* suæ Congregationis compellatus est, quamdiu Abbatia illa & Generalatus cohæseret: & hodie ea connexionione iuridicè solutâ, solus Abbatialis titulus Prælato remansit, cum honore Capituli, & celebratione Capituli, & nomenclatione Congregationis ab eius monasterio; Generalatu liberè per alios diuagante. Quoad nos itaque, nomen Generalis, ea proportionē & modo, accipiendum est, quibus in simili, *cap. 3. num. 1. & 2.* dictū est.

III.

¶ Electio igitur Generalis Ordinaria, fit in Capitu-

lo Generali actiue à tota Congregatione, & est vltima omnium, quæ ordinariè fiunt in Capitulo, vocemque passiuam ad Generalatum, habent omnes Monachi totius nostræ Observantia; iuxta Clementem VIII. *to. 3. priv. 37. n. 3.* absque limitatione ad præsentem, dum habeat condiciones quas requirit diffinitio, *Cap. 1. nu. 24.* ubi eas nostri, sibi peculiare prospectas habent, neque eas transcribere mihi opus est alijs, ubi aliàs opus non exigit. Extraordinaria electio insinuata est, *sup. c. 8. n. 1.* & generaliter modus electionum Capitularium, *cap. 5. n. 1.* legitimitas necessaria, si abest, non nisi à Papa est dispensabilis, *sup. c. 9. n. 4.* Eligitur simul in Abbatem monasterij B. Mariæ de Palazuelos, de quo & confirmatione *sup. c. 5. num. 12.* Vnde & Abbas, & Generalis Reformator est. Præminentias dignitatis Abbatialis, quæ omnibus Abbatibus communes sunt, notabimus infra *ca. 12. cum seqq.* dum de illis agemus. Nunc de illo, ut *Generali*, & supremo, agendum est, quoad iurisdictionem & potestatem.

Eius electio & qualitates.

¶ In quo, licet Generalis

IV.

lis

Ratio Ge-
neralis vt
fit.

lis noster (sicut & aliarum Religionum) specialis sit, & determinati ordinis, & Congregationis, tamen certum est ei conuenire, quæ in genere, ex natura talis officij, communiter competunt alijs similibus, in Generalatu & Superioritate Prælatis; ea enim est & ratio generis, vt in speciebus inueniatur cum differentijs adiunctis, & eo modo resolvunt doctrinã authores icq;e expresse pro nostra Obseruantia statuit Clemens VIII. to. 3. priu. 31. posse scilicet Reformatore Generalé. *omnia & singula, quæ alij Superiores & Ordinarij Prælati facere & exercere possunt.* Quod in nostra & in qualibet Religione, cum suis propriis differentiis, ampliandis aut restringentibus, prout ex priuilegijs, & constitutionibus debita facultate factis, constiterit, intelligendum est; neque aliter derogandum communi & recepto iuri talis Prælati, quam per ipsa priuilegia & statuta derogetur aut limitetur.

IV.

Exponitur
in nostro
hac con-
clusionem.

¶ Dico ergo Primò, Generalem nostræ Obseruantia, esse Prælatum principalem totius huius Reformationis & Obseruan-

tiæ Ordinarium, vnicum, & immediatum omnibus monasterijs & monasteriorum personis; ita vt omnis talis eorum subiectio, cui libet alteri extra Obseruantiam, remoueatur, & ipse solus Ordinarius vniuersalis sit. Secundò: Habet tamen, intra propriam Congregationem supra se Superiorem potestatem, certis temporibus, per legitima Capitula exercendam. Tertio: Et continet etiam sub se alios Prælatos, Abbates scilicet locales, immediatos & ordinarios suorum monasteriorum: taliter vt, ex genere & natura rei, quod potest Abbas respectu sui monasterij, eodẽ modo possit Generalis respectu totius Prouincia seu Congregationis, eadem immediatione ordinaria & superiori. Quæ sigillatim explicationem & probationem accipiẽt; & subsequẽtur limitationes, quas habet, aut pati potest hæc ampla &, ex genere, concedenda potestas, & iurisdictione, tam Dominatiua, quam spiritualis & Ecclesiastica, in temporalibus & spiritualibus.

¶ Prima pars conclusionis probatur, ex priuilegijs Eugenii IV. pro no-

VI.

1. Pars pro
batur.

TRACT. MONAST.

nostra Cōgregatione to. 2. priu. 4. num. 6. & priu. 6. numer. 8. & plenius priu. 7. num. 4. & 5. vbi motu proprio & ex certa scientia, procedit. Item Iulij II. priu. 17. num. 4. Tandem Clementis VIII. tom. 3. priu. 19. num. 6. & priu. 3. in quibus continetur prædicta potestas Ordinarij vniuersalis, vt talis vnici, & immediati, omnibus monasterijs, & eorum numeratis sigillatim personis, quæ frustra specificarētur, nisi ad eas immediata hæc iurisdicōio & superioritas perueniret. Quodque tota structura horum priuilegiorum, versetur in constituenda perfecta, & propria principalis Ordinarij ratione, ostēdunt functiones etiā, quas exprimit, vt *per illum visitentur*, vt cōstat ex *cap. si Episcopus*, & *cap. cum Episcopus. de officio ordin. in 6.* idque tam per se, quam per alium, cui committat, *Et per illum corrigantur*, quod consequēs est & patet, ex *cārrefragabili; eodem tit. in decret.* Deinde quod per ipsum instituantur & destituantur, pertinet ad Prælaturas, & per ordinariā iurisdicōionē, in eis, institutendas personas, ex *ca. Nouit. de ijs quæ fiunt à Præ-*

lato, sine & c. Quod vero vnicum ordinarium talem cōstituant, monstrant verba: *Quod soli Reformatōri subsint & c.* & quod nulli alteri ordinario vel Superiori seculari, aut Regulari Prælato. & c. vbi Episcopum quæque excludit, & Abbatem aut Capitulum Cistercii, quæ insuper ad hoc expressè nominantur à Clemēte VIII. citato. in quibus omnibus, non solū cōsiderādo verba, sed voluntatē, vt docet *c. in his. de verb. signif.* & sumendo intelligentiam dictorum, ex causis dicēdi, iuxta *e. intelligētia. eod. tit.* ex ipsis priuilegiis ordinis, & motiuis, talē esse Pontificum mentem & intentionem constat.

¶ Secunda pars etiam **VII.** probatur ex dictis supra, de ^{2. Pars pro} Capitulis, *c. 6 cum seqq.* Nā ^{batur.} talia capitula, ita statuuntur in priuilegiis, cū ea superioritate, & in iure, & in Concil. Trident. & in excoicōio & cōsuetudine. Vnde desumēdus est sensus illorū verborū Eugen. IV. *cit. priu. 7.* vbi loquēdo de monasterijs, & personis, & rebus illorū dicit, *quod nullatenus subsint Præsidenti & Dissinitoribus Capituli Provincialis, seu cuiuscumque Capituli & c. sed soli Abbati Re-*
for-

formatori, pleno iure, qui plenariam habeat desuper potestatem, &c. solū enim intendit cōstituere hęc, vniuersalis Pręlati, vnicā & Ordinariā potestatē, quę vt sic in Generali semper residet, & a cuius ratione talis Ordinarii Pręlati, recedunt alię superioritates, quę tantum suis cercis temporibus, & locis, in collectione personarū statuti tribunalis Capitularis, exurgunt; ū cuius, pro eo tēpore obtēta & exercita superiore potestate, quę etiā ordinaria est, Generalis, alias ex suo genere, semper in eo existit talis Superior. Neque quę sūt subordinatę potestates, etiā si omnes sint ordinarię, & permanentes, auferūt illā rationē; ne dū quę ad tempus cōstituūtur exercēda.

VIII.

3. Pars probatur.

¶ Vnde & tertia pars explicatur, vt cōstet, per hęc immediationē ordinariam Generalis, in omnes subditos obseruantię, non tolli, quin quilibet Abbas, aut Pręlat⁹ localis, particularis monasteriū, etiā sit illius ordinarius immediatus, vt iā oblata occasione, circa Regulam S. Benedicti in meis *Notis literal. ar. 7. introd. n. 11. tradidi.* Atq; in hoc cōcors est omniū Religionū (quod scīā) exemplū vt constat ex

Suarez, Sanchez, Emanuelle, Miranda, Alcanio Tamburinio, & aliis, quorum aliquos ibidem num. 8. citant, in quibus Pręlat⁹ localis immediatus, Ordinarius est suo monasterio & Prouincialis est immediatus toti Prouincię, & Generalis toti Ordini cōplectenti Prouincias; quorum subordinatio statim ordinaria iurisdictione immediata, quę in Pręlato locali, pertingit tantum ad subditos sui monasterij; in Prouinciali, ad omnes subditos monasteriorum Prouincię, &c. illum igitur ingestam scrupulum aliquibus, propter id, quod expressit Eugenius IV. *ro. 2. priu. 7. nu. 6.* & Iulius II. idē confirmans. *priu. 17. n. 4. vt quodlibet monasterium de Obseruantia, per Abbatē triennem immediate regatur,* ex mi loco citato, & breuiter hęc. Quia ibi, nihil de immediatione nouum constituit, quod in omnibus Abbatibus, vt pote Pręlati⁹ immediatis suorum monasteriorum præsupponitur & inuenitur; sed nouitas est; circa esse *triennem* Abbatem, quod nouiter constitutum in nostra Obseruantia exprimendum erat.

¶ Sunt:

TRACT. MONAST.

IX.
Obiectio
de profes-
sione sol-
uatur.

¶ Sunt qui velint, aliū-
de ingerere dubitationē,
huic potestati Generalis,
ex forma professionis no-
stræ, in qua Obedientia di-
citur promitti Abbati præ-
senti & successoribus: quasi
ibi sistant professio religio-
sa, & ex voto obedientiæ,
non transeat ad alios Supe-
riores. Sed ad hoc etiam
fatisfeci *citato ar. 7. introd.*
num. 10. Quia id sanè est
ignorare vim professionis,
in qua etsi determinatè
promittatur Abbati obe-
dientia, at Abbas tunc so-
lùm requiritur (quæcum-
que sit forma profes-
sionis) vt fiat in eius præsentia
tamquam acceptantis in
nomine Religionis, & ha-
bentis potestatem incor-
porandi profitentem, in
ordine aut Cõgregatione;
ad quam, in quocumque
legitimo, Superiore impe-
rantem, tendit votum Deo
factum. Neque expressio
aut suppressio nominis
Prælati, quidpiam dero-
gat, de professionis & obe-
dientiæ latitudine, in statu
Religioso; in quo si religio
habeat v. g. Priorem aut
Guardianum, & insuper
Prouincialem & Genera-
lem, & suis temporibus
Capitula, & super omnia
Pontificem Summum, qui

etiam Religiosi statūs in
quantum talis, omnibus
est superior; ad eos omnes,
sua subordinatione serua-
ta, transit obedientiæ vo-
tum ex professione. Atque
idem prorsus dicendum est,
in nostro casu, sine aliqua
differentia, Quod etiam au-
thoribus, & autoritate
D. Bernardi stabiliui loco
citato, & adde insuper ad
hæc Thom. Sanchez *lib. 5.*
summ. cap. 4. n. 71. Suarez
tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 15.
num. 7. Gifilerium *tract. de*
iudice Regul. cap. 9. num. 7.
Hieronymū Rodr. in Cõ-
pendio Emanuelis *Resol.*
68. n. 7. Miranda *tom. 2. Ma-*
nual q. 7. art. 1 & q. 16. ar. 6.
& in terminis Monasticæ
& Benedictinæ Congrega-
tionis, pro omnibus, Alca-
nius Tamburinius, *to. 1. de*
iure Abb. disp. 3. quas. 3. to.
3. disp. 21. quas. 10. & alii
palsim, vt Lessius, *de iust.*
lib. 2. cap. 41. dub. 7. nec vllus
contra.

¶ Quia verò omnes au-
thores affirmant, iurisdic-
tionem Generalis (quod
& suo modo, de Abbatibus
dicetur) esse quasi Episco-
palem, & inde etiam aliqui
extendunt, aliqui limitant
potestatem; vt occurratur
difficultatibus compen-
diōsius, quo pacto id se

X!

Inceptio
ex emptio-
nis Regu-
larium.

ha-

habeat, breuiter indicandum est. Nam in principio, ante tempora Magni Gregorij Papæ I. sine differentia, Religiosos subiectos fuisse Episcopis Ordinarijs, in confesso est. Post modum verò, ab ipso Gregorio inchoatam fuisse exemptionem, limitando iurisdictionem & potestatem Episcoporum, quoad aliqua, & quoad aliquos. Quia neque omnes simul Religiosi exempti fuerunt, neque pariter in omnibus rebus; quod ex ipsa diuersitate indultorum & priuilegiorum, apertè constat; vt latè & accuratè, adducit, pro omnibus ferè Religionibus, sigillatim, *to. 3. de iure Abbat. disp. 5. quæst. 11.* Ascanius Tamburinius. Donec in totum videtur perfecta, tempore Innocentij VIII. atque priuilegia omnium Regularium, quoad hoc, rata & confirmata sunt per Concilium Trident. *sess. 25. de Regul. cap. 20.* illud autem tempus inter Gregor. I. & Innocent. VIII. varietatem habuisse, in exemptionis modo, conuincunt decretales Gregorij IX. in *cap. nimis iniqua. & cap. nimis praua, de excessibus Pralat.* & alia apud Authores communiter.

¶ Id autem in Cisterciensi Ordine constans est: eique citatus Ascanius, *Ibid. num. 18.* exemptionem tribuit datam ab Alexandro III. anno 1161. atque tenorem priuilegij, extare apud Renatum Choppin. *de Sacra Politia forensi tit. 3. n. 5.* Addens etiam cum Erasmo Cochier. in *tract. de iurisdict. Ordin. in exempt. p. 1. q. 17. num. 1.* Cisterciensem Ordinem, iure communi, habere, vt nisi facta mentione Ordinis, rescriptum, impetrari non possit, *ext. cum Ordinem de Rescriptis.* & aliis. Tamen plenum & amplum in totum exemptionis priuilegium, habemus ex Innocentio VIII. *to. 1. pri. 108.* & ante eum, non satis mihi cõstat, integram & totalè exemptionem habuisse, sed ex parte; vt notare est ex Eugen. III. *eod. to. priu. 3.* & Alexandro III. Lucio III. & Honorio III. *priu. 6. 7. & 11.* Cuius Honorij decretalis, pro Cisterciensibus, de modo professionis, quam Abbates deberent facere Episcopis, extat in *Cap. Ne Dei, de Simonia.* Quam etiam exprimit Urbanus III. *priu. 8.* atque pro obedientia Episcopis tunc debita, declamat D. Bernardus *epist.*

XI.

Quando
Cisterciensium,

TRACT. MONAST.

72. ad Henricum Senonens. circa finem. Hodie autem solum superest ea subiectio, quam, in certis casibus exprimit Concilium Trid. qui á citato Alcanio ubi sup. & passim ab authoribus enumerantur, & tetigi sup. cap. 1. num. 7.

XII.

Succesio in iurisdictione quasi Episcopali.

¶ Hinc ergo, per Innocent. III. in Concil. Lateranensi, ca. fin. de Relig. domib. referuata, ad Sedem Apostolicam, approbatione Regulae & status Religiosorum; & per alios Pontifices, ablata ordinaria subiectione Regularium, ab Episcopis; & penes Papam remansit suprema superioritas totius status Religiosi, quoad sic exemptos: & exemptis celsit, relictaque est tota iurisdictione & potestas, quas habebant Episcopi. Et precipue mansit in superioribus ordinarijs Generalibus, atque inde in alijs subordinatis Prelatis: non quidem iure diuino, sed iure Pontificio, & voluntate Papae, & ex privilegij exemptionis, ex cuius vi consequenter, illa quasi Episcopalis potestas remanet, erga subditos Religiosos, ad instar eius, quam in eos antea exercebatur: eaque non solum diminuta & limitata, qualis iam per Sedem Apostolicam

erat restricta quoad plura suis temporibus; sed integra & consolidata in Superiori Ordinario regulari, & per peculiaria privilegia, ordinata & stabilita. Quibus conclusis, tota communi iure Episcoporum erat, ut c. cum dilectus de Relig. dom. & alijs iuribus, & tenet Sylu. verb. excommunicatio. n. 55. & Ledesma 2. p. Sum. tract. 10. cap. 7. paulo post principium prout ad praesens extat, circa aliqua monasteria monialium, quae plene subduntur Ordinario, & docet Suarez, to. 3. de Relig. lib. 6. c. 1. n. 3. & 10. 4. li. 2. c. 1. n. 11. & c.

¶ Ex quibus constat, quod quando aliqui limitant potestatem Episcoporum, in Religiosos, quos ab eorum obedientia, in alijs quibus casibus maxime pertinentibus ad monasticam disciplinam, liberos pronuntiant; verum affirmant, loquentes de tempore quod per Pontificem, ex parte, quoad talia vel talia eximebantur, ut constat ex allegatis iuribus & privilegij sup. nu. 10. & 11. Quod quidem, & tunc ex parte, & nunc in totum rite fit. Nam cum Episcopus, qui erat immediatus ordinarius monachorum sit subordinatus Papae, in quo tantum

XIII.

Dispellitur difficultas in re.

quã Superiori, vtraque iurisdictione & potestas residet, ex natura sua, prius & principalius; stãte illius mã dato & decreto de tali exẽptione partiali, antepõnendum erat Pontificis præceptum, & cessabat obligatio respectu Episcopi Ordinarii inferioris. Quod nõ tollit, quo minus ex natura & genere suo, potestas Episcopi in Religiosos esset ordinaria, absoluta & integra, & vt talis translata ad Generalem, aut Prælatum, subrogatum loco eius autoritate Pontificis, & cum omni dependẽtia ab eo, a quo in proposito etiam Episcopi omninõ dependebant.

XIV.
Casus res-
soluitur.

¶ Imõ & hinc efficaciter resoluitur casus, respectu potestatis nostri Generalis, an concurrẽte præcepto eius, & præcepto Abbatis, circa eamdem rẽ, monachus subditus teneatur potius obedire Abbati (quod nõnulli somniant) quam Generali? Est enim citra dubiũ, Generalis mandatum esse præferendũ; nisi aliud cõsuet ab aliquo Superiore, cui subordinetur Generalis, ritẽ limitatam aut impediatã eius potestatem, ita Barthol. a S. Fausto, Cisterciensis author, in Thesaurò Relig. lib. 6. q. 58. & 145. Tho-

mas Sanch. cum D. Thomæ lib. 6. sum. c. 1. n. 10. & lib. 7. c. 17. n. 30. citat. Nauarr. Tãburin. Benedicti. Vallubrosanus, in terminis, expresso casu, to. 3. de iure Abb. disp. 21. quas. 10. Cum Hostiensi, Syluest. Toletò, Reginaldo & iuribus allatis, Neque in hoc videtur esse quæstio, nisi tantũ certificari, de legitima limitatione. Nam & in absolute a cõsuetudinibus laicis ab Abbate, quã potest facere Generalis, vtpote Superior, adducitur ab ipso citato Tambur. to. 2. disp. 14. q. 7. & confirmatur infra c. 13. n. 1. & 2. ex proprijs.

¶ Quod verò in eligendo Generali, sit obligatio præferendi digniorem, sub mortali etiam secluso iuramento, tractauit in Notis Regule ad cap. 65. a n. 14. vt circa Abbates in finuo infra c. 18. nu. 1. & idem statui de alijs officijs Capitularibus. Quæ inde peti poterunt, ne repetẽdo alibi dicta, prolixior euadat Tractatus iste. Cognita autem & perspetta ea haberi, omnino præderit, operatoris, in re adeo seria & tanti ponderis, qualis est recta electio eorum, a quibus totum talis Reipublicæ & communitatum dependet momentum,

XV.

De digniore eligendo
re eligendo
remissio.

TRACT. MONAST.

Potestatis Generalis Reformatoris latitudo, & etiam limitatio, in præcipiendo.

C A P. XI.

I. **E**xposita in genere potestate Generalis, Ordinaria & immediata, cam specialius explicare oportet; vt præsius eius termini circumscribantur. Et Primò. Quantum ad tempus: quocumque tempore, gaudet sua ordinaria potestate, ad præcipiendum aliquid, non solum dum visitat monasteria, sed extra visitationem. Hoc arguit ipsa natura iurisdictionis ordinariæ, simul cum Dominatiua potestate, iam *preced. cap. dicta.* Atque hoc, sicut Abbati respectu sui monasterij, ita Generali respectu totius propriæ Religionis, concedendum esse, docet cum Syluestro & alijs, Thomas Sanchez *lib. 6. summ. cap. 2. num. 37.* & admittunt omnes Religiones. Nec est audiendus, in hoc, Mag. Llamas in sua *Methodo 1. parte cap. 5. §. 5.* qui ad forum externum, & via visitationis, & ad instar Metropo-

litani, voluit singularis, reducere hanc Generalis potestatem, sine fundamento, sine teste, obiter dictum, & profus respuendum, & tamquam indictum reputandum; prout, expressè respuit Suarez, *tom. 4. de Religio. libro 2. cap. 15. numer. 3.*

¶ De tempore durationis mandatorum Generalis, cum ipse solus, per modum statuti aut diffinitionis, præcipere non possit, reseruata ea facultate, per privilegia & iura, Capitulis, vt visum est *sup. cap. 6.* mandata eius durant, ex natura sua, per tempus sui officij, aut antea si ante finitum officium, morte, vel alio casu, amotus fuerit. Solum ea quæ visitando, relinquit mandata, ex auctoritate etiam diffinitionis Capituli generalis, durant ultra triennium, vsque ad aliam ordinariam visitationem sequentis Generalis; qui ta-

II.

Quomodo daret mandatum eis.

men.

men, in ea, habet omnem potestatem, sicut quisque successor eiusdem dignitatis, in mandata antecessoris. Quæ est nota doctrina Azorii *romo 5. lib. 5. cap. 15.* & aliorum qui de legibus agunt.

III.

Ad quid se extendat.

¶ Secundò: quantum ad materiam: habet Generalis potestatem, tam in spiritualibus quam in temporalibus, tam ex iurisdictione à Pontifice collata, quam ex vi voti professionis. Totumque constat ex dictis, & privilegia exprimentur, per verba, in *spiritualibus & temporalibus potestate iure.* Et dum, *omnimodam obedientiam*, dicunt. Et ita pro communi Prælatorum potestate, tradunt auctores, quos citat & sequitur Ludovicus Miranda *ro. 1. Manual. q. 1. per totum*, & alii, sine vestigio, aut mentione redducendi ad forum externum ista; vt *supra. nu. 1.* Llamas perperam, & ex infra dicendis, de absolute, dispensatione &c. manifestum est. Et quoad temporalia, eâ gaudet præ eminentia Generalis, vt auctorizet, approbet, & confirmet, quoscumque contractus, in perpetuum, vel ad tempus, in alienationibus honorum, cuiuscum-

que monasterii, Congregationis nostræ, auctoritate Apostolica concessa illi, ab Eugen. IV. *tom. 2. pri. 7. n. 16.* Atque de superioribus verbis, in *spiritualibus &c. vide infra cap. 15. nu. 8.* non nihil ad propositum.

¶ Tertio, quantum ad personas; dicendum est, nullam totius Observantia vtriusque sexus excludi, cum in privilegijs exprimentur *Abbatess, Priores, Subpriors, monachi, personæ Religiosæ, res & bona, præsentia, & futura, &c.* Quæ nec otiosè ponuntur in literis Apostolicis; nec est ratio excipiendi, nisi ex voluntate Papæ; cui inter alios casus; quos reservatos solius Pontificis auctoritati enumerat Sylvester, *verb. casus, quintus est, ex c. frater 16. q. 1.* scilicet eximere Episcopos, vt Archiepiscopis non subsint; & idem ait esse, de quibuscumque Religiosis, vel Clericis, qui sunt in aliqua diocesi vt non subsint iurisdictioni diocesani, Cû autè Generalis se habeat, prout in hac paritate & casus similitudine, respectu Abbatû & monasteriorû sui Ordinis, aut tâquâ Archiepiscopus respectu Episcoporû, aut tâquâ Episcopus respectu clericorû,

IV.

Ad quas personas?

TRACT. MONAST.

& constituatur quasi territorium & diocesis ipsius, ex congregationis exemptione ab Episcopo, cuius loco est ordinarius; sequitur, soli Pontifici referatum esse, aliquem vel Monachum, vel monasterium eximere, aut constituere aliquo modo exemptum à Generali; Contra quod, nec Capitulum quod inferius est Papa, possit.

V.

Explicatio
canonis ci-
sati.

¶ Atque hoc est, quod directè & propriè, probat ille citatus textus & author, ex cuius fundamento, Bartholomeus à S. Fausto in *Thesauro Relig. lib. 6. quæst. 146.* & Miranda tom. 2. *Manual. q. 6. art. 6.* dicunt, non posse Generalem eximere Religiosum, ab obedientia sui Prælati seu Abbatis. In quo casu nec paritas est eadem; neque praxis & consuetudo, ut ibidem, in fine, fatetur Miranda. Nam casus textus illius expressè solum procedit, de subiectione, ad quam, iure communi, tenetur Episcopus respectu sui Archiepiscopi, aut diocesanus respectu, sui Episcopi; quod nullus inferior Papæ, à quo ius commune constituitur, abrogare potest, & quod præcisè inter reseruatæ Pontifici, memo-

rat, ex eodem iure & alijs, Tamburinius tom. 2. *disp. 14. quæst. 15. n. 10.* Insuper, & ea exemptione (ut constat in Religiosis ab Episcopi iurisdictione subtractis) fit translatio, quasi de vna sphaera iurisdictionis ad aliam, collocando exemptos extra illam, & constituendos eos immediatos Papæ; quod ibi reseruat. At verò Generalis, eximens Religiosum alicuius monasterij, ab obedientia Prælati illius, est, vel per mutationem Religiosi, ab illo monasterio ad aliud, vel per legitimam designationem alterius Prælati, & conuentualitatis; quo pacto, desinit esse subditus vnus, & sub eadem sphaera subiectionis & obedientiæ, transit ad alium; & sub immutato obedientiæ modo; qui frequentissimus est, in omni Religione; & in nostra, respectu Capituli generalis, vel intermedij, est libera ea mutatio; respectu vero Generalis, est limitata certis modis, ad eos iuramento etiam adstricti; & respectu Visitatorum, solum iuridico processu & certa conditione exequenda, ut in Constitutionibus nostris late continetur & prædicatur.

¶ Que

VI.
Aptatur
doctrinae
traditae.

¶ Quae tamen non præ-
indicant casui resolutio
cap. preced. num. 14. quan-
do concurrunt præceptum
Generalis, & Abbatis, res-
pectu sui monachi, aut
(quod idem est) præceptum
Capituli, & præceptum
Generalis, respectu alicuius
Abbatis, ut utrobique,
modo declarato, præferen-
dum sit, quod est Superio-
ris. Nam sicut stante aliquo
præcepto Papæ, licet per
illud subditus Episcopi,
videatur aliquatenus ab il-
lius subiectione liberari; id
tamen non est subditum
exemptum facere, sed suam
superioritatem custodire
& exercere: ita similiter
est in illo casu, & aliter ex-
erceri non potest, nisi cum
effectu inhibitionis infe-
rioris prælati.

VII.
Limitatio
potestatis
Generalis.

¶ Ut indicemus iam li-
mitationes, quas potestas
Generalis Reformatoris
nostri patitur, recolenda
sunt, quæ de potestate Ca-
pituli generalis, dicta sunt,
Cap. 6. & maxime cap. 7. nu.
11. cum seqq. de limitatione
privilegiorum & iurium,
quæ omnia sua proportio-
ne applicanda sunt, iuxta
Superioritatem illius Ca-
pituli, respectu Reforma-
toris. Quod etiam habent
subinde Capitula inrer-

media, non per diffinitio-
nis modum, sed alicuius
decreti particularis, quod
etiam fiat interuentu Ge-
neralis, & eo præsentis; se-
cus si sit per modum sen-
tentiarum; super visitationes
monasteriorum, ab ipso
Generali iuridicè factas;
nam, absente eo, diffinito-
res sententiant, confirman-
tes, moderantes, vel reuo-
cantes, quæ ab illo confe-
cta sunt. Sicut etiam de vi-
sitationibus, confectis à
Visitatoribus Generalibus,
qui abesse debent à Diffi-
nitorio decernente circa
eas; sed in istis, ipse etiam
Generalis cum Diffinito-
ribus, iudex est. Quæ
omnia ex diffinitionibus
nostris, & conformiter
ad privilegia & iura, con-
stant.

¶ Quæ propter Gene-
ralis Regula sit: Omnem
limitationem constitutam
per diffinitiones legiti-
mas, quæ Capituli genera-
lis autoritate fiunt, esse
legitimam restrictionem
potestatis Generalis Reforma-
toris: quas mihi non o-
pus est hic specificare. Sed
generaliter etiam aduerte-
re, Generalem Reforma-
torem habere potestatem
dispensandi in diffinitio-
nibus, licet enim & ipse

VIII.
Regula
generalis
de eo.

TRACT. MONAST.

obligetur sicut alij, vt constat ex dictis supra, & communi doctrina, quam adducit Magister Lorca, 1. 2. *sect. de Legibus disp. 25. membro 3.* & Bonacina tom. 2. *disp. de Legib. quest. 1. punct. 6. num. 22.* tamen remanet cum facultate dispensandi, tum ex doctrina ipsius in simili, ibidem *quest. 2. punct. 1. num. 14.* quando non reservatur: tum quia diffinitio nostra ita expressè concedit; & ipsa exceptio sæpè adiecta, in aliquibus diffinitionibus, subiungentibus (in tali diffinitione non licere Generali dispensatione) probat licere in alijs, & firmat Regulam in contrarium. Atque per illam exceptionem, quoad excepta, carere potestate propriam Generalem, inaneque esse dispensationem si eam præsumat, certum est, ex communi sententia & doctrina, cum prædicto autore & alijs.

IX.
Duo notanda.

¶ Duo tamen advertenda sunt, unum; posse Generalem præcipere, quæ potest legitimè dispensare, & vt validè dispenseret, etiam cum facultate prædicta, requirere iustam causam, vt cum alijs Thomas Sanchez *lib. 6. summ.*

cap. 3. num. 8. Alterum est: Quod limitatio illa quæ apponitur, vt non liceat Generali dispensare, etiam si ijs verbis non exprimitur, intelligatur in esse omnibus diffinitionibus, in quibus lex aut diffinitio, directè non fertur in subditos, sed in ipsum Generalem, quatenus præscribit terminos & modum, quo debeat procedere, contineatque propriam obligationem. In ea enim, tanquam in casu proprio, imbibita est prohibitio dispensandi, perinde ac si exceptio apponeretur. Vt cum alijs notat Citatus Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disput. 5. num. 3. & 4. in fine.* Cum enim ibi, materia sit propria potestatis Generalis, & tota substantia legis; prohibitioque aut limitatio illius, superflua esset clausula de non dispensando, quam secum habet lex ipsa per se reservativa, etiam alias generaliter dispensatione concessa. De quo etiam videas *infra cap. 15. numero 8.*

¶ Ultra iurisdictionem & potestatem Generalis, in præcipiendo, ei etiam suo gradu superioritatis, competunt alia facultates,

in.

X.

In alijs materijs absolutio-
nis, dispensationis, & alio-
rum iurium & indulto-
rum: quæ quia ad Abba-
tes aliosque pertinent, si-
mul instituetur tractatio
in sequentibus, signando
quæ singularia eius sint,
ideo nunc, solum de limi-
tibus temporis, quibus
continetur officij dura-
tio; dico esse triennem
tantum, ex Eugenio IV.
tom. 2. priuil. 6. num. 14. &
priuil. 14. num. 14. Et Iulio
III. tomo 3. priuil. 2. Et Cle-
mente VIII. priuil. 37. num.
5. 3. & 9. in quo de Gene-
rali statuitur quod *ultra
triennium confirmari nõ possit.*
Atque de Abbatibus simi-
liter cauetur, adeo alte-
fundatum, vt ostendit pri-
uilegiũ. 11. to. 2. ex Eugenio
IV. quod oppositũ, directè
vel indirectè, publice vel
occultè, tentare, incur-
rat excommunicationem,
& inhabilitatem officio-
rum, & priuationem vocis
actiue & passiuæ, reserua-
ta absolute censuræ
& pœnæ Capitulo pro-
uinciali, hoc est Genera-
li Capitulo nostro. Cuius
Constitutionis vigo-
rem perseverare cenfeo,
non enim apparet vnde
cessauerit, & dum Genera-
li accessit Abbatialis di-

gnitas, etiam ex eo ca-
pitate, hæc notandã restri-
ctione & pœna affici vider-
tur, tentare idem in Gene-
ralato.

¶ De utrâque autem
dignitate prouidenda, sæ-
pè venit in mentem, om-
nimoda obliuio & altum
silentium *professionis fidei*,
quam requisitam à Con-
cilio Tridentino, *session.*
24. de Reformat. cap. 11. in
prouisis de beneficijs eu-
ram habentibus, ad quos
uis Regulares extendit
Pius IV. anno 1564. in
constitutione quæ incipit,
iniunctum nobis, &c. & ne-
cessariam inde tenent non
pauci, quos refert Asca-
nius Tamburinius *tomo 1.*
disput. 8. quesit. 3. à num. 1.
Sed opportunè occurrit
ipse, ex Hieronymo à
Sorb. Sigismundo à Bo-
non. & Thoma Sanchez
lib. 2. summ. cap. 5. num. 3.
adiuncta etiam respon-
sione Sacræ Congregatio-
nis, eam professionem
fidei, quoad Regulares
non esse in vsu; & ad eam
non teneri, vbi illa con-
stitutio Pij IV. non est
vsu recepta, cuius in no-
stra Religione imò & alijs
(quod sciam) non solùm
vsus sed neque ferè notitia
est, & ita omnis obligatio

XI.

Professio
fidei qua-
tenus obli-
get.

Duratio
Generalis
tus.

Nota.

ab 2.

TRACT. MONAST.

abest, eamque consuetudine abolitam, cum Capucino, tenet Sanchez *vbi supra*, & Ledesma 2. p. *summ. tract. 1. ca. 4. col. 1.* quidquid frustra tueatur obligationem Flavius Cherubin. *in Compendio Bull. Pij IV. 89. Schol. 2.* Neque obstat, alicubi eam consuetudinem vigere, & obligare, prout in Cisterciensi Congregatione Aragoniæ & Navarriæ, vbi nuper, ad Abbatiam Oliuæ, per Catholicum nostrum Regem promotus, dum confirmarer in dignitate, expertus sum; sua enim cuique patrocinator consuetudo, nec se inuicem impediunt consuetudines, in diuersis locis.

XII.

Quorundam circa potestatem Generalis sententia perpenditur.

¶ Denique pro dictis, de Ordinaria & immediata potestate Generalis nostræ Observantiæ, nullatenus mouere debet nostros quædam M. S. quæ circumferuntur aliquorum, & præcipuè Magistrorum, & peritiâ & nomine in ipsa Congregatione, insignium Fratris scilicet Gregorij Sanz, & Alphonſi Perez, quos honoris & benevolentiæ causa nomino, & quorum de hac re opuscula vidi. Et licet priorem, in fundamentis & acolutia discursus, meo qualiquali iudicio,

vt minus sapiens, præferam; vterque tamen ferè in eum dem scopum collinat, quatenus, vt limitent potestatem Generalis, laborant, in auferenda aut deneganda iurisdictione Ordinaria & immediata, ne sit eo modo, quo in omnibus alijs Religionibus & Congregationibus, etiam Benedictinis, & (quod idem est) Cisterciensibus, saltem ex genere & natura sua, iure & priuilegijs, & praxi, constituta est: ita vt nostræ Observantiæ Generalis, sit quasi vnica omnium exceptio; quæ singularitas, vel sola, suspectam posset efficere resolutionem. Cum tamen in effectu & re non multum discrepemus, nam quod ipsi, per derogationem propriæ ordinariæ & immediatæ iurisdictionis & superioritatis, difficillimè contendunt nec assequuntur: ego per limitationes ritè factas, vtrò concedo & statuo, absque detrimento generalis, & fundatæ doctrinæ: nec aliqua illata vi, iuribus & priuilegijs, & cum communi omnium discurrendi modo. Hoc autem, nec vergit in subditorum dispedium; nec deficit à propria, & ex natura dignitatis, debita

su.

superioritate; statque solidius & manifestius principium, ex quo occurrentium casuum decisio habeatur, cognita communi discurrendi ratione; Nam & ex opposito, deducuntur ad angustias deueniendi in sensum Mag. Llamas, quem supra cap. II. num. I. reieci- mus, & ab omnibus exhibetur, & quem nec ipsi palam scribere ausi sunt (crederem) nec sentite.

XIII.

De Vicario Generali Arag. & c.

¶ Atque ut vicinioribus & ferè domesticis ad rem utamur exemplis: eandem ordinariam & immediatam à me explicatam & generaliter ab omnibus receptam iurisdictionem, exercet Reuerendissimus Pater Vicarius Generalis Congregationis Cisterciensis in regnis Aragoniæ, Cataloniæ & Valentiæ per Paulum V. erectæ, & per Urbanum VIII. cum aggregatione etiam Navarra nuper confirmatæ. Qui Vicarius solum differt à nostræ Observantiæ Generali, in eo quod Vicarius prædictus, se habet tãquã Provincialis, qui subest adhuc, pleniore iure, Generali Cistercij, eiusue Capitulo, & patitur omnes limitationes, quas expriment præfati Pontifices, &

quas talis superioritas Generalis, iure ordinario, secum adducit, respectu inferiorum. Quorum tamen subordinatio nihil tollit, quominus talis Vicarius, Ordinarius & immediatus Prælatus sit, toti suæ Provinciæ & Congregationi, in prædictis partibus erectæ, tam in capite quam in membris, id est; tam in Prælatis localibus, quam in subditis, nisi vbi à Superiore alia potestate ritè limitetur. Atque eo pacto procedunt dictorum Pontificum bullæ, quas alias citamus infra c. 16. n. 11. & eo pacto praxis est, tam per se, quã per delegatum quemque Commissarium, tam intra Visitationem, quam extra, cum casus & negotium requirit, & iuxta proprias constitutiones in forma bullarum factas.

¶ In qua forma nec est, nec debet esse aliqua tergiversatio parenth. Estque communis & Regularis in hoc via ista, quã, cù monasticis alijsque Religionibus tenet, hæc reces & per illustris Congregatio. Que (præter aliquos Monialium conuentus) decem & septem Abbatialibus eximisque (natori ex parte) auctoritatis monasterijs Virorum

XIV

Aliquid de ipsa Congregatione

con-

TRACT. MONAST.

cōstat, Aragoniæ quinque, Catalonia quatuor, Valentia cum Maiorica tribus, Nauarra quinque. Quorū scilicet Nauarrensiū, in præcedentia, siue Committorum Regni, siue Capitulum Congregationis, primario, nempe Oliuensi, hodie tandem, dum hæc olim elaborata euidimus, præsidemus: ad præfinitum tamē nouiter in hac Congregatione quadriennij tempus, sed ad præsentationem, seu nominationem liberā Hispaniæ Regis Catholici solius, & absque alterius cōsensu, aut interuētū aliquo, prout, ante vnionem & incorporationem Rex ipse solebat. Quod ius sibi retinuit illæsum, & etiam à prædictis Paulo V. & Urbano VIII. expressè cautum; & donec ipsi Catholici Maiestati, aliud, pro sua dignatione, & rei conuenientia, videbitur, obseruatur omnino.

XV. ¶ Caterū ius illud præcedentiæ, huius nostri Monasterij Oliuensis, quātūm ad Cōmitia generalia Regni Nauarra, sine contentione esse, experti sumus, de facto, hoc anno 1646. in quo Pampilonę personaliter affuit Rex noster, Philippus Castellæ IIII. & Nauarra

Non nihil de Oliua,

VI. simul, & dilectissimus sibi vnicusque filius, Princeps noster (Sed heu! communi omnium dolore, immatura citò morte Cæsaraugustæ præripiendus) Carolus Baithasar. Quibus diuersis diebus, scilicet vigesima sexta, & vigesima septima Maij, iuramentum, ex obligatione & more, sollemnissime, in Maiori Cathedralis Ecclesiæ Basilicæ, præfatoris, præsentē Regni, eius nomine, ex nota præminentia Abbatis Oliuæ præalijs Cisterciensibus, adscicimus nos, vnus ex tribus, ad illud munus concurrētibus. Episcopo videlicet Pampilonensi, ac Nauarra Ordinis S. Iohannis magno Priore. Quāquam verò ad præcedentiam Capitulum Congregationis, non sine contentione est. Sed quam nunc semel iudicialiter, in fauorem Oliuæ, diremit, auctoritas Diffinitorij Capitulum priuatū celebrantis, Cæsaraugustæ hoc anno 1645. mense Iunio.

¶ Attamen leuo manū, ab his & alijs, quæ profectui possem, tūm nouissime huius Cisterciensis Aragoniæ, &c. Congregationis, tūm maximè huius (hodie nostri) Monasterij Oliuensis:

XVI
Eius cloniam breviter.

fis; cui á D. Garzia Ranimirez (qui ad annum 1134 in Nauarra, cepit regnare) vere & proprie in solidumque fundato , vtriusque Sancij, filii scilicet & nepotis illius, accessit non solum secunda magnifici tēpii, cum clastro Monachali Regia amplificatio & fabrica , sed etiam possessionum pinguis dotationis, á primò Fundatore D. Garzia factę confirmatio & augmentum. Prout etiam præstiterunt successores Reges Nauarre, maxime Catolus secundus, qui tribus priuilegijs ab anno 1351. vsque 1353. expeditis, prædictorū antecessorum suorum foundationem & dotationem, palam agnoscens eo. prætextu, eas vt. proprias fouet & ornat. Nec defuit in idem Apostolica Romane Sedis. authoritas Eugenii III. eadē, propriis *Oliuę* & aliarum possessionum nominibus, confirmantis, & indulta plura cōcedentis, sicut post eum. Alexander III. Clemens III. & Innocentius IV. fecerūt. Ex quibus omnibus prælibatis, atq; illibatis alijs, quantū huic Oliuensi Cœnobio, etiam Regii monasterij de Marzilla, filia-

tione, & plantatione oliuifecundo, quantum inquam acrescat honoris, quantum authoritatis accedat, non expendo, cum potissimum eius ornamentum considerem, non ex cartophilacij instrumentis, vt superius de promptum, sed experimento, sed exercitio probatum; videlicet: Quod Religiosa & consuetę monasticę conuersationis oppidō tenax: Quod continuā & abundante elemosynarum largitione, tam quā pinguis Oliuę misericordię, profusus. Quod Chori grauitati, adiecta perpetuo Mariano officio intonatione, ei ex antiquo more, speciali, sedulō instās: Quod de clausura fœminis interdicta, etiā cū Carthusia decertans; &c. Cuius Monasterij, aliorūq; huiusce Cōgregationis, iura peculiaria tractare, statuta exorbitat mei assumpti metas. Quas hęc digestiuncula transiisse, occasione accepta confirmandi, meam, de ordinaria Generalis iurisdictione, sententiam, communis beneuolentię affectus, & specialis officii erga propriū monasterium amor, veniā dignus, induxit...

TRACT. MONAST.

Praeeminentia Abbatum nostrae Obseruantiae.

C A P. XII.

I.
Obseruatio.

Quidquid Abbatibus competit, ratione suae dignitatis, similiter dictum intelligitur de nostro Generali, qui etiam Abbas est, eam differentia, ut quod Abbati cuiilibet licet legitime in suo monasterio, Generali licet, in omnibus totius Congregationis, iuxta explicatam eius ordinariam potestatem *cap. 6. & seqq.* & titulum Pontificum in privilegijs, & iuxta limitationes inlinuatas.

II.
De visitatione parochiarum.

¶ Et Primò: circa exemptionem, aut immunitatem propriarum Parochiarum, quibus saecularium imminet cura, ut ab Episcopo non visiteatur; ea praeminentia est certa, in duplici casu, expresso a Concilio Trid. sess. 25. de Regul. c. 11. Vno, respectu Generalis per illa verba: *exceptis monasterijs istis, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita ordinum, sedem ordinariam principalem habent.* Altero, respectu Abbatum habentium, in parochiis, iurisdictionem Episcopalem,

& temporalem in parochos & parochianos. Qua iurisdictione Episcopali gaudere plures Abbates, constat: idque quam plenissime, in aliquibus verè insignibus cenobijs, Congregationis S. Benedicti Vallisoletanæ: partius autem, in nostra D. Bernardi Obseruantia, & in minori numero: singulariter verò, in Nauarra, in vno Fiteriensi Cenobio, cum authoritatis exercitio & repræsentatione præcipuis. Quorum & aliorum monasteriorum similitum iura, eisdem reseruat. Quoad alios verò Abbates, disidiū est, tum ex dispositione verborum Concilii, si copulanda sint illæ distinctiones, *Abbates Generales, an distinguenda, ut seorsum Abbates, tamquam distincti à Generalibus, eximantur, ut cõteudit Llamas 1. p. meth. c. 5. §. 16. tum ex possessione & litis pædicia, quæ iura sua cuique relinquim⁹.* De Generali aduertimus, *sedem ordinariam & principalem* intelligi, nõ solū ipsum monasteriū,

v.g.

v.g. de Palazuelos, sed eius etiam membra grangialisque, in quibus ad instar aliorum Abbatum locallium, ordinariam & immediatam iurisdictionem habet; ipsique inferiores, solum delegatâ ab eo vtuntur. Quo pacto comprehenduntur, non solum Grangiarum parochiales S. Andree & Muedre, sed etiam tres Præfidentiarum, de quibus *sup. c. 2. n. 5.* Et fauent in hoc aliqua declarationes Cardinalium; estque legitimum, nisi aliâs aut negligentia illorum, aut ordinariorum sollicitudine imminuât sit, hoc ius: quod tamen integrum pro Generali, quoad prædictas Grangias hodie persèuerat.

III.

De præminentijs in genere.

¶ Secundo, generaliter nostris Abbatibus cõpetere, omnes præminentias ex iure vel priuilegio cõcessas Abbatibus, etiâ perpetuis & benedictis, habetur ex Eugen. *IIII. to. 2. pri. 6. n. 4.* & alijs eiusdem, & ex Iulio *II. pri. 19. n. 7.* & specialius quæcumque cõcessa Abbatibus Cistercij & quatuor Coabbatibus ex Greg. *XIV.* & Innocent. *VIII.* vt dictû est, *sup. c. 1. n. 3.* Priuilegiû verò Innocentij, ex quo potiora sumuntur, habetur *to. 1. pri. 118.* per totum, & ex his &

alijs, specialia referemus.

¶ Igitur circa pontificalia, possunt; mitra, annulo, & alijs Pontificalibus insignijs vti, nec nõ in monasterijs & Prioratibus illis subiectis, ac parochialibus, & alijs Ecclesijs ad eos pertinentibus, quamuis eis pleno iure non subsint. benedictione solemnè, post missarû vesperarû & matutarû solènia elargiri dùm modo in benedictione huiusmodi, aliquis Antistes, vel Apostolica Sedis Legatus, præsens non foret, ita Innocen. *VIII.* priuilegio citato, & alijs; ad iunctis etiam Sixto V. & Clement. *VIII. to. 3. pri. 16. & 28.* & partim ex iure, c. *Abbatibus, de priuileg. in 6. & c. vt Apostolicè, eod. tit. ex eo* que constat, mitrâ ad Pontificalia pertinere, & ea in prædictis non restringi. Nâ baculus precisè & Pileus Abbatialis sunt. Amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, planeta Sacerdotalia sunt. Crux pectoralis, chirothecæ, Mitra, Annulus, Tunicella, Dalmatica, Caligæ, Sandalia; Gremiale, Pontificalia sunt. Quorum omnium, inter nostros, nullus vltus, nisi sacra solemniter peragendo, de cætero enim Abbates nostri in habitu nihil differunt, nec in aliò gestamine, à monachis alijs

IV.

Specialiter de Pontificalibus.

In

TRACT. MONAST.

V.
Benedictio
nis limita-
tio.

¶ In quibus notari potest, illam limitationem benedictionis solemnis, *dummodo*, &c. quam adhibet Innocentius, utpote urbanam & rationabilem, sine contentione; seruandam esse; licet per Sixtum IV. concessa sit Abbati S. Mariz Pacis Romæ, Congregat. Canonic. Regular. Lateran. etiam presentibus illis, & sublato, *Cap. Abbat. de priuil.* ut ad verbum adducit Ascanius Tamburinius *tom. 1. disp. 21. quæst. 59. num. 4.* Item non obitante illa limitatione; in *monasterijs & Prioratibus sibi subiectis*, &c. posse etiam in alienis Prælatorum exemptorum, de eorum licentia & permissu, aut si ab eis ad talia Pontificalia inuidentur. Quod & praxis in vfu tenet, & docet Lopus *alligat. 19.* cum Mandosio, consentitque Flauius Cherubinus, in *Compend. Bull. Urbani IV. Constit. 6. Schol. 2.* & etiam de Ordinibus celebrandis, eo pacto, tenet Thomas Sanchez, *tom. 2. Consl. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 13* & nonissimè citatus Ascanius, *vbi sup. quæst. 3. num. 5.* citato eodem Lapo Philipp. Franco.

VI.

¶ Deinde circa ordines, possunt, conferre, pri-

mam tonsuram, & ordines minores, ex eodem Innocent VIII. & Sixto V. & Clemente VIII. supracitatis *num. 4.* inserto etiam decreto Congregationis Cardin. Concilij Trident. pro nostra Observantia, ut ipsum Concilium *sess. 23. cap. 10. de Reformat.* his assentire constat, quod iam Pater Villalba *dub. 15.* constare probauerat, ex Eugenio IV. *tom. 2. priu. 6.* adiuncto communi iure. Id autem restringitur, ut sit, *subditis suis Regularibus tantum*, & iuxta Innocentium *intra suam monasteria.* Hoc autem intelligendum est, non ob stare, quo minus in locis Ordinarij diocesani de licentia eius fiat, quod non amplius requiritur à Concilio, pro alienis Episcopis *(sess. 6. de Reformat. cap. 5. vel etiam in locis exemptorum Prælatorum, de licentia eorum, ut dictum est, nō preced.* quod perinde est; & tenet ibi citatus Sanchez; & fauet paritas rationis; habet enim se Prælati seu Abbas exemptus, in suo monasterio, sicut Ordinarius in suo territorio; & ad stipulatur, his præfatus Ascanius *vbi sup. quæst. 4.*

De ordinibus conferendis.

¶ Sed in illa restrictione, *de suis subditis Regularibus,*

VII.

Limitatio
de Noui-
tius.

laribus, se offerre an Abbas possit primam consuram, seu Clericalem illum quasi caracterem conferre nouitijs? Concedit enim Iulius II. tom. 3. priu. 19. n. 9. prohibet verò nostra diffinitio, limitando potestatem ad professos; cum tamen in antiquioribus diffinitionibus, ad nouitios expressè extenderetur, quas reuocatas esse per nouam diffinitionem videtur, & ei standum est. Tum quia per non usum, cum sæpius occurreret ratio vtendi, cessasse videtur illud priuilegiũ. Tũ quia ipsa exclusio nouitiorũ, ab hac potestate ordinandi, renuntiatio quædam est priuilegii, à potente eam facere, nempe Capitulo generali. Tũ quia maxima disceptatio est de ea facultate, quam latè versat Thom. Sanch. lib. 6. summ. c. 10. à n. 18. & to. 2. Consil. c. 1. dub. 19. & Suarez, to. 4. de Relig. lib. 2. cap. 29. n. 12. & 13. Suarez quidem fretus maximè dicto nostro priuilegio, quod in eo non subsistere, certius est: sicut & Sanchez fun. Jás facultatè, pro Abbatibus benedictis perpetuis, in eo quod iura aut iuri iam inserta nõ sunt reuocabilia, per verba generalia Concilii Tridentin.

citati, tametsi reuocentur priuilegia, vt etiam teneat Henriquez lib. 10. cap. 23. n. in marginali litera, & alij, intersuntque in hoc alij authores & autoritates, à quibus, (sicut in alijs diffinitaribus) abstineo, etiam si latius discussionem elaborasem, postquam ad Compendium duxi reducere huic quem ampliorem paraueram Tractatum. Itaque post Concilium cessasse illud priuilegiũ, quoad nouitios censeo; & ita inuenio cum pluribus sensisse Ascan. 10. 2. de iure Abb. disp. 2. ques. 10. n. 3. & confirmatur ex eo, quod nouitius non est subditus, nisi secundum quid, vbi simpliciter, erat opus.

¶ Ad præminentias Abbatum, singulariter & sine exemplo, pertinebat illa Innocent. VIII. citato priuilegio ritè conferendi ordines diaconatus & subdiaconatus. Quod quantum ad Abbatem Cistercii, concedit pro omnib⁹ Ordinis monachis, quantum ad quatuor primos Co-abbates, pro suorum monachis. Et quamquã ipsos, eo indulto vfos fuisse, impensè assermet noster Chrylost. Henriquez, in Menologio Cisterc. 1. die Ianuary & Hieron. Llamas

VIII.
De Diaconato & subdiaconatu.

TRACT. MONAST.

4. par. sum. cap. 3. §. 6. tamen in nostra Hispana Congregatione, quæ solum per extensionem Greg. XIV. eo indulto, poterat gaudere, nūquam usus illius fuit. Et licet non dubitem, talem facultatem à Pontifice potuisse communicari, cum de facto concessa sit à tanto Pontifice, quem, *virtutis & omnium disciplinarum specimen* appellat Platina, nec erroris in re tanta in simulandus esset; tamen ut apud nos, non obtineat valorem facit: Primò, quia in generali privilegio extensionis, non videtur in iudicis adeo magna omnibus fieri incognita, & Episcopis inuisa, quam verisimiliter Papa in specie, hoc tempore, non concederet, argumento, c. 2. de Penit. & remission. 6. Secundò, quia non coherere, cum decretis Concilii Trid. & ab eorū ordinationem in Sacris, nulli præter Episcopum adscribi, derogatis privilegijs, tenent aliqui auctores, ut Emanuel. c. 1. q. 18. art. 4. Suarez tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 9. num. 24. & alij, unde cessat communicatio, exclusæ expressè, iuxta dicta sup. c. 1. n. 6. 7. & 8. Tertiò, quia etiam si concessa sit per non-admissionem in-

ter potestates Abbatum, in ipsis diffinitionibus ubi ea materia exprimitur, & per non vltimam perpetuum, videtur renuntiatum esse in hac parte privilegio, determinato animo non utendi. Quid sit in Gallia, ubi specialiter & nominatim facta est concessio, si fortè viget & usus, & aliunde Concilium Tridentinum non est receptum (ut aiunt) in pluribus. Nam de existentia privilegij, mirum est dubitasse aliquos; aut ex ignorantia privilegij, denegasse possibilitatem indulgi. Quod fatius persequi non est opus, & supradictis rationibus utitur, in simili, Suarez, tom. 4. de Relig. cap. 29. q. 10. n. 8.

¶ Subintrabant hæc, de materia ordinum, aliqua dubia, quæ citati Suarez & Alcanio tractant. An Abbates possint conferre primam tonsuram & minores Ordines, non subditis, si à suis ordinarijs per speciales dimissorias committantur. Et An si de facto alienos, & non commissos eo modo Ordinent, licet illicite sit factum, Ordines valida sint. Et alia similia, quæ & quia communiter

IX.

Dublex
dubium,

inter ab alijs tractantur, & inter nostros nunquam in facti contingentia, occurrunt, quantum vel propria vel aliorum memoria suggerit, ideo tamquam parum seruitura pratero. Quoad primum tamen, affirmatiuam resolutionem, optime prosequutus. A scilicet citatus 2. tom. disput. 2. quæst. 7. eam tandem dubiam reliquit, propter decessionem Rotæ factam die 27. Aprilis anno 1592. de ordine Clementis VIII. iustam disputari & decidi, & resoluta est pars negatiua, ita vt post Concilium Trident. sess. 23. cap. 10. ad solos subditos restrictum sit. Tamen vt ex resolutione constar, ipsa solùm procedit respectu Clericorum secularium; vt tales, nec cum dimissorijs specialibus, ordinari possint ab Abbatibus; non verò respectu monachorum aut regularium, in quibus non obesse videtur ea decisio, si tales habeant literas speciales suorum Prælatorum, & specialem assensum Episcopi loci; vt cum Authoribus & Cardinalium declarationibus, resoluit prædictus author; de cætero autem discussione indiget decisio.

¶ Ad secundum dicendum est, validè conferri eo casu, sed illicitè; atque ordinantem incurtere penam suspensionis, contentam in sess. 6. de Refor. c. 7. l. & similiter ordinatum, qui non reordinari, sed dispensari indigebit. Et ita sentio cum citatis à prædicto Alcanio vbi sup. quæst. 8. & 9. Quibus adde Thom. Sanchez 2. tom. 2. Consil. lib. 7. cap. 1. dub. 19. Et quos ipse (vt solet) latè citat num. 17. & 18. & idem tenet Suarez, tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 29. quæst. 8. vbi quasi regradat aut corrigit, numer. 22. quod in contrarium dixisse videbatur, antea quæst. 3. num. 8. quod ne ex priori loco decipiaris, aduerto.

¶ Præterea circa dimissorias monachorum ordinandorum, possunt Abbates suis subditis eas concedere, & ad quemcumque Catholicum Episcopum. Primum ad eam notam est, ex Concil. Trident. c. 10. citato sess. 23. vbi solùm pro Clericis secularibus loquitur prohibitio; vt mixtè sit Filiucii tract. 9. c. 15. id negare. Tolerabilius in Henriquez qui licet idem fecerit lib. 10. ordin. cap. 23. num. 4. sed reuertit, in vltima pagina

X!

Resoluitur

Resoluitur

2.

XI.

De dimissorijs.

TRACT. MONAST.

summa, tametsi privilegio
 motus. Melius Sanchez qui
 etiam non visa retractatio-
 ne Henriquez, tuetur præ-
 dictam facultatem, *tom. 2.*
Consil. lib. 7. c. 1. dub. 20. num.
44. & denique pro nostra
 Congregatione ad id expe-
 dita est Bulla Clemēt. VIII.
tom. 3. priu. 17. in qua inse-
 ritur declaratio Cardinalium
 Concilij, & iussa ad-
 mitti ab Episcopis, indictis
 pœnis, adiecto, quod ab E-
 piscopis, qui ordines contule-
 rit, examinentur quoad doctri-
 nam. In quo declarantur
 pariter & alia verba Con-
 cilij. *ad. sess. c. 8.* dicentis: *nisi*
eius probitas ac morēs; ordi-
narij sui testimonio, commen-
dentur. Vt pro Religiosis,
 hoc testimonium, penes
 Prælatum Regularem sit: ad
 Episcopum verò solum li-
 teraturæ idoneitatis exami-
 nanda pertineat. Et rursum
 de dimissorijs & ordinibus
 conferendis idē Clem. VIII
vbi sup. priu. 28. iuxta Con-
 ciliū, præfatam faculta-
 tem stabilivit.

XII.

De optio-
 ne Episco-
 pi

Secundum vero, de
 optione cuiuscumque E-
 piscopi, etiam non diœce-
 sani, pluribus privilegijs
 continetur. In nostris a
 Leone X. *tom. 1. priu. 201.* &
 pro Congregatione S. Iu-
 stinae & Eremitis de Socie-

tate, *tom. 1. Bullarij. ex Eu-*
genio IV. Constitut. 9. & 12.
 & apud Rodericum *tom. 3.*
q. 24. art. 1. ex Clemente IV.
 & Alexandro IV. & c. Sed
 obest ex Clemente VIII.
priu. 17. citato, qui loquen-
 do de dimissorijs, dixit cō-
 cedendas ad Episcopum diœ-
 cesanum, qui si abfuerit, ad
 quemcūque. Attamē quoad
 nos ex eodem Clemente
 habemus privilegium 28.
 vbi ea restrictio non est,
 dum solum ait, à quibus suis
 locorum ordinarijs, ordinari
 posse. Non tamen videtur
 inde ablata clare illa restri-
 ctio, maximē extante decre-
 to eiusdem Clement. VIII.
 expedito anho 1596. & po-
 steriore prædictis privile-
 gijs, vt refertur ab Alcanio
 Tamburin, *tom. 2. disput. 2.*
ques. 18. num. 1. eandem li-
 mitationem pro omnibus
 Regularibus ponens, *si diœ-*
cesanus abfuerit, vel non es-
set habiturus ordines, vel
Sedes Episcopi vacaret. Ni-
 hilominus tamen absolu-
 tam facultatem, sine restri-
 ctione, semper observa-
 tam, & expressam in dif-
 finitionibus nostris, etiam
 nouiter editis vidi, & iux-
 ta eas in usu prædicari sine
 villo remorsu, neque Præla-
 torum dirigentiū subditos
 monachos, ad Episcopos
 alienæ

alienę diocesis, neque Episcoporum talium; & ita deferimus huic inueteratę periam fermę 50. annos dū hæc anno 1645. scribimus, consuetudini, in non receptis præfatis limitationibus Clementis VIII. & continuata, à tempore Leonis X. cuius fuit nostra concessio per 170. annos, & amplius. Eius tamen ibidem indultum, de minori ætate ordinandorum, per Concil. sess. 23. de ref. c. 12. celsauit. Aliud de omnibus ordinibus, vnis temporibus conferendis, obsoleuit.

XIII.

De benedictionibus

¶ Circa benedictiones, & consecrationes, possunt Abbates nostri, *benedicere pallas altaris, & quacumque alia vestimenta ac ornamenta Ecclesiastica, corporalibus & aliculisque ad reponendam sacram Eucharistiam, ac imaginibus quibuslibet comprehensis, tam de dicto oraine (scilicet Cisterciensib) quam si aliunde deferantur.* Partim ex Julio II. 10. 1. priu. 19. n. 8. sed plenè ex Innoc. VIII. 10. 1. priu. 118. vbi nihil excipitur, de his rebus benedicendis, & expressè extēditur ad omnia prædicta vndecumque sint, quod tenet vsus & praxis nostra.

XIV.

¶ Possunt ex eodem privilegio, *calices consecrare, tã*

de ipso ordine quã aliunde de la De cons
ros, & altaria de nouo cõstru- *eratiõib;*
ta seu translata, restaurata, bus.
ac mutata in quibuslibet or-
dinis locis, Chrismate sacro,
prius ab aliquo Catholico An-
ustite accepto, consecrare. De
hac facultate Stephanus Fa-
gundez, *tract. de s. præcep.*
Eccl. Præcepto 1. lib. 3. c. 21. n.
14. ait, nescire quod vnquã
Calicis aręque cõsecratio,
cõmissa fuerit à Papa *Sacer-*
dotibus simplicibus, nisi so-
lis à Societate Iesu, pro In-
dię partibus, & nõ alijs Re-
ligiosis. In quo si (prout in-
sinuat) loquitur de Sacer-
dotibus, vt ab Episcopis
distinguntur, est ignorãtia
priuilegij Innoc. VIII. rela-
ti, pro Cisterciensibus, quod
nec esse vnicum statim con-
stabit, & Societatē in eo nõ
esse sine socijs, Atq; nostrę
Congregationi conuenit,
per expressam cõmunica-
tionem illius, & generalem
omnium aliorum, ex Greg.
XIV. vt sup. c. 1. dictum est,
Cõsecrationibus dictis, ad-
de Campanarũ; vt num. seq.

XV.

Amplius
de cisdem

¶ Sed quia ibi quantum
ad altaria, videtur iolũ age-
re de fixis, addendũ est, etiã
posse cõsecrare portatilia,
aras scilicet lapideas, tã pro-
proprias, quã aliunde adue-
ctas. Hanc autem non esse
ampliationē priuilegij, sed

TRACT. MONAST.

Intelligentiam, suadet paritas cōsecrationis altaris fixi, cū portatili; quę in nullo differt, nisi forte in appositione reliquiarum, aut omīssa, aut certe alia ceremonia minus solemnī, subrogata, in ara portatili. Etiam suadet paritas Calicū, quos & aliunde delatos cōcedit cōsecrari; nec est differentia in aris; de quibus non dixisse idem, non fuit defectus, aut restrictio cōcelsionis, sed quia agens de altaribus fixis, non aptabatur appositē dicere, *etiam si aliunde deferrentur*. Quare sine differentia, ut de calicibus, id vsus & consuetudo obtinet, & videtur supponere Emanuel Rodericus *to. 1. quæst. 18 ar. 2.* & notatum est in nostro paruo Pontificali ad vsam Obseruantiz; quod ex Romano excerptum, transcribi aptari & cudi fecit Capitulum Generale, studio R. P. Mag. Angeli Manrique emeriti in Obseruantia Generalis, & in academia Salmantina, Cathedre Theologiz Primarij, hodie Episcopi Pacēsis. Atque hæc & similia, etiam posse præscribi & adquiri consuetudine, quę potest dare priuilegium, nedum interpretari modum eis, tenet Suarez, *to. 4. de*

Relig. lib. 2. c. 30. n. 4. & 8. sed pluribus citatis Tambur. *to. 1. disp. 19 q. 2.* insuper eundē vsū pernibet idē Tambur. *to. 1. disp. 13. quæst. 12. & 13.* tam de altaribus portatilibus, quam de Campanis, ut eas etiam vndecumque allatas cōsecrent. Abbates habentes vsum Pontificalium. Vnde & in nostro peculiari Pontificali, etiam ponitur Campanarum cōsecratio; qua & aliquando vsus sum, in casu, dum Abbatiam Sacrorum menium, tenerem. Cōsecrationem verò lapidum seu altarum portatiliū, quam dixi nō esse vnicam *n. 14.* pro omnibus locis suis, habet Congregatio Sãctę Iustinz seu Casinensis ex Pio IV. *to. 2. Bulvarij magni, consil. 97.* & de Campis ex alia bulla *Urban. 11.* & Pauli III. apud citatum Alcan. & Choppin. *in Monast. lib. 1. tit. 1. n. 18.*

¶ Possunt præterea Abbates nostri, ex eodem priuilegio Innocent. VIII. *Ecclēsijs & monasteria Ordinis; dummodo, ex homicidio illa polluta non forent, reconciliare, aqua prius per aliquem Chotolicū Anstitem, ut moris est, benedicta obtenta.* Hoc requisitum aquę benedictę ab Episcopo, est neccessariam, in reconcilia-
tione

XVI
De Ecclesijs recon-
ciliandis.

sione Ecclesiæ consecratæ; non verò in reconcilia-
 tione Ecclesiæ solum benedi-
 ctæ; ad quam reconciliandâ
 simplex Sacerdos sufficit,
 cum aqua ab eo factata.
 Consecrare verò Ecclesias
 solus Episcopus potest, ne
 que ad id video privilegium
 pro Abbatibus. Benedicere
 autem eas, & cœmeteria,
 & capitula, & oratoria, vel
 ex Iulio II. pro Minimis,
 vel ex Leone X. pro Mino-
 ribus adducit Tamburin.
 to. 1. disp. 23. quas. 9. quibus,
 virtute extensionis, gaude-
 bunt. Cuius tamen benedi-
 ctionis formam, in nostro
 Cœromoniali Pontificali,
 non video positam, sed so-
 lum reconciliationis Eccle-
 siæ polatæ; in qua desidera-
 tur requisitum aquæ, ab E-
 piscopo consecratæ, à quo
 non absoluunt privilegia,
 nisi ob distantiam Episco-
 pi ultra duas dietas, hoc
 est 14. leucas Hispanas, vt
 apud citatum Tambur. vbi
 up. quas. 10. & Hieron. Ro-
 drig. in Compend. qq. Re-
 gul. Resolut. 13. num. 5. &
 quos citat, apud Henric.
 to. 2. lib. 13 c. 51. §. Pollutio.
 Vtiq; benedictio Ecclesiæ,
 prout a consecratione quæ
 varijs vnctionibus fit, di-
 stinguatur, erit pari formi-
 ter, sicut de cœmeterio,

ponitur in Pontificali Ro-
 mano; aut quæ alias Olei
 Chrismatisue vnctionis
 non requirat, vt in alijs,
 quæ sic ex privilegijs li-
 cent; Nam & hoc modo
 primum lapidem in aedifi-
 cio Ecclesiæ, ritè benedicti
 ab Abbate, præsupponit
 nostrum Pontificale; quod
 formam talis benedictio-
 nis præscribit, Pontificali
 modo; nec inuenio aliquid
 in contrarium.

¶ Dispensatione intersti-
 tiorum, in ordinibus quos XVII!
 conferunt Abbates, ad eos De interst.
 dem pertinere certum est. stitijs.
 De alijs, ab Episcopo con-
 ferendis, etiam si Suarez
 to. 4. de Relig. lib. 2. ca. 11. &
 num. 21. & Thom. Sanch. to.
 2. consil. lib. 7. c. 1. dub. 54. n.
 8. censeant pertinere ad
 Prælatū Regularem, cuius
 subditus est ordinandus;
 præfero tamen communem
 & receptam sententiam
 vt principaliter pertineat
 ad Episcopum ordinan-
 tem; & eius sit ordinatio-
 nem exequi, & dispensa-
 tionem; præmittendo ta-
 men ordinarij seu Prælati
 proprii, eius qui dispensan-
 dus & ordinandus est iudi-
 cium & consensum, vt cau-
 sa aliqua constante, iuxta
 Concilium Tricent. ritè
 fiat dispensatio.

TRACT. MONAST.

XVIII.
De indul.
ge. tjs.

¶ De indulgentijs concedendis facultas, inter Abbatum præminentias referri potest. Quæ tamen a teo vnicæ Pontificis, & solùm in quantitate 40. dierum Episcopis concessa, ea quidem videtur alicui, indulta ex vi privilegiorum concedentium Abbatibus aliquam Pontificalem functionem, in qua per Pontificale Romanum commune Episcopis, ipsis præscribitur & ordinatur. Atque ita præsupposuisse videtur, instructor nostri Pontificalis supradicti, in quo, *de consecratione altaris immobilis* intruit, vt Abbas cõsecrans cõcedat, *singulis Christi fidelibus in die consecrationis, & in die anniuersario eiusdem, ipsum altare visitantibus, quadraginta dies de verâ indulgentia, in forma Ecclesie conueta* Quod in nulla alia functione totius Pontificalis præscribit, nec eius meminit. Et mihi dubium est de hac concessione, quatenus in privilegio non expressa, intellecta credatur, nomine aliorum Pontificalium. Tum quia, non quidquid in Pontificali Romano cõtinetur, intelligitur concessum ei cui Pontificalia insignia conceduntur, tum quia, & ipsa insignia, neces-

An in consecratione Altaris.

se est, sufficienter contineri in privilegio, & functiones specificari; vt ex communi doctrina ampliandi, vel restringendi interpretationem privilegiorum, cõstat, & in materia tradidit Suarez *to. 4. de Relig. lib. 2. cap. 30. num. 9.* & Afcanius citatus *tom. 1. disp. 10. q. 1. & c.* Atque id maximè, cum præmentia notabilis est, & adeo extrinseca perfectæ functioni, concessæ, per privilegium; qualis est concessio indulgentiarum, sine qua, prorsus stat tota consecratio altaris immobilis, concessa ab Innocentio VIII. sine mentione indulgentiarum, & tenet privilegium effectum suum.

¶ Quapropter censeo, ea facultate concedendi indulgentias, prout Episcopis cõceditur, nullo pacto gaudere Abbates, neque alios regulares Prælatos, nisi iuxta expressum tenorem alicuius privilegij, & in casibus ab eo concessis; & usque hodie nullum inueni, pro consecratione altaris, vt supra memoratur. Benè tamen pro alijs; sic enim video concessum, ab Urbano V. Abbati Montis virginis, prout ex Quarta, *verb. Abbas in fine*, adducit præfatum Pontificale

XIX

Reincitor;
admissa in
alij, ea
concessio-
ne tantum

cale nostrum, & à Bonifacio IX. Priori S. Frigidiani, Ciuitatis Lucensis, & à Pio V. Canonicis Lateranensibus, prout refert Ascanius Tamburinius, tom. 2. disp. 9. q. 2. & ab Alexandro VI. Canonicis regularibus, S. Saluatoris Bononiensis, apud eundem in tom. 1. disput. 23. ques. 9. & à Clemente VII. Abbati Dunensis monasterij Cisterciensis, prout apud Ioannem Caramuelum, in Comment. Regule S. Benedicti. num. 1548. Qui omnes loquuntur de indulgentijs concedendis, praecise dum solemniter in Pontificalibus celebrare contigerit Missam: in eius fine, scilicet impendendo solemnē benedictionē populo. Quod solum, in omnibus habetur; praeter illud priuilegium S. Frigidiani, ubi, & alia diuina officia adiungit, scilicet Matutinas & Vespertinas horas, in quibus cōmuniter cōcedebatur ea solemnis Pontificalis benedictio. Nec ad alia extendi puto, ab ijs quibus ea facultas, prout fuerit in vfu, communicata est; imò contrahenda est iuxta Cæremoniale Romanum Clementis VIII. cap. 25. ubi expressè excipit: *Non tamen in vesperis & so-*

lūm de solemnī benedictione in Missa disponit.

¶ Inter nostros autem Abbates, nulla vniquam extitit etiam huius facultatis consuetudo hucusque; nec eā vtendam censeo, tum propter longissimum non vsum, in tanta frequentatione vsus Pontificalium; tum propter ipsum Pontificale excusum auctoritate Capituli Generalis, vbi descripti, alijs minutissimis ad vnguem, hæc indulgentiarum concessio omisa est: Atque ex vtroque, apparet quædam renuntiatio priuilegij: cum extensio nostra, etiam ad non Cistercienses, facta & concessa fuerit, anno 1591. & ad Cistercienses omnes anno 1586. & quoniam vsus huius facultatis perseueret aut fuerit, ignoramus, nisi de quoddam singulari actu, Canonicorum Regularium Lateranensium Romæ in templo Virginis Pacis, quem ex Gabriele Pénoto refert Ascanius supra citatus; Atque in illis priuilegijs Abbatis Dunensis, scrupulus mihi ingestas est: Vt enim Ioann. Caramuelus, duo esse, & vt duo cum distinctione ea producit: vnum, per quod cōcedit quinquaginta dies

XX.

Discussio
de vsu al-
lius.

in-

TRACT. MONAST.

indulgentiæ, datum apud Beilicadrum, Arelatenfis diœcesis 17. Kalendas Octobr. anno Pontificatus 12. Alterum, per quod cõcedit, quadraginta dies, vnde tenet posse concedere 90. dies. In hoc autem posteriore, neque diem, neque Pontificatus annum ponit, & in neutro assignat annum Christi, vtramque vero ait esse Clementis Septimi.

XXI
Dubia omnino fides Dunensium præuil.

¶ In quibus leuant mihi fidem frequentia. Primò, hunc Pontificem non esse illum legitimum Clementem VII. qui creatus est ad annum 1523. & non sedit, nec vndecim annis integris; & ita non potuit habere duodecimum pontificatus annum. Vnde erit ille Clemens VII. schismaticus, qui vt talis, cum inserendus aliàs foret, post Gregorium vndecimum, in serie Pontificum non computatur, & immediatè est Urbanus Sextus, expuncto omninò illo Clemente. Quod si comiter admittamus præoccupationem cuiusdam, quã in simili, vsus est in Compendio quodam privilegiorum, Congregationis S. Benedicti Vallis-Oletani, adducens pri-

uilegium eiusdem schismatici, ad cymbalarium certo modo faciendum; scilicet, eius indulta reuolidata fuisse in Concilio: hoc quidem non potuit esse, nisi in Constantiensi, confirmato à Martino V. & in eius actis, etsi leuiscule euolutis, non reperi; nec diu, propter Cymbalarium, laboraui, nec nunc laboro. Sed extet, si quam ipse author viderit, aut cuius interest Dunensis Prælati, confirmatio, nam & extare, ex alijs iudicijs non abnuo. Secundò, est dubium, an eodem tempore, an diuersis annis, emanauerint illæ literæ, vt censentur diuersæ concessiones, quarum vna est ordinaria in Episcopis, scilicet 40. dierum altera excedit; qui excessus, alijs non suffragantibus, vt minus credibilis, magis debet esse perspectus: Tertio, Quia & quouis interstitio temporis, concessiones sint factæ, dum ab eodem & extraordinariè fiunt, requirebatur mentio prioris, vt posterior intelligeretur esse noua, & superaddita ac duplicata concessio, vnus & eiusdè Pontificalis benedictionis. Quæ cautio duplicationis simi-

simi-

similium indulgentiarum, adhiberi solet. Propter quæ, minus illis acquiesco; sit fides apud ipsos quorum, iuxta Caramelem, instrumenta hæc maiorem fidem non merentur, nisi aliunde accedat, certitudo maior.

XXII

Notatio 1.

¶ Adnoto autem, circa omnes eas functiones, benedicendi aut consecrandi quæ *sup. à num. 13. cum seqq. dictæ sunt*, etiam si in privilegio Innocentij VIII. & alijs, dicantur faciendæ: *in locis & domibus ordinis, & similiter de celebratione, in Pontificalibus, &c. quod sicut num. 5. diximus, licere in alijs locis, exemptisque monasterijs, de consensu aut iuvatione Prælatorum; à fortiori tenendum esse de locis, aut Ecclesijs subiectis ordinariis, si eorum accedat licentia; id enim & privilegiorum & Concilij menti conformius habetur, vsusque probat, & quæ loco citato adducuntur.*

XXIII.

Notatio 2.

¶ Adnoto etiam, ne quis hæreat, aut horreat in dulta consecrationum, in quibus interuenit Chrisma, propter alias vel iuris, vel aliorum privilegiorum restrictiones, vt hæsisse visus est Fagundez citatus,

sup. num. 14. ea enim nihil derogant privilegij, vbi id expressum est, vt ibi, expressis verbis, Innocentij VIII. quæ tamen non horruit Suarez, tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 30. n. 8. etiam ex Societate Iesu, nec alii. Nec horruere Cardinales Sacre Congregationis Concilii, qui semel declarantes, Abbatibus habentes mitra & baculi pastoralis vsum, non se posse ingerere benedictionibus, in quibus requiritur vnctio: exhibitis tamen à Procureatore Casinensis Congregationis privilegijs, denuò declarauerunt, eam decisionem non obstare, quominus ydem Abbates, prædictæ benedictionis munus, quoad ea in quibus vnctio requiritur impendere queant si specialibus Sedis Apostolicæ privilegijs, quibus Conciliū Tridentinū nequaquam derogat, muniti fuerint. Quod die 10 Nou. ann. 1604. datū Romæ, ex Naldo, in sum. verb. Abbas, refert Diana 3. p. trac. 2. reg. 15. & ad longum adducit Alca. Lamb. to. 1. de iur. Ab. disp. 23. quas 1. num. 4. ex August. Barboza, ita conformiter docente, cum sanè omnibus privilegijs Casinensium ibi exhibitis, nullum expressius & clarius sit no-

stro

TRACT. MONAST.

stro Cisterciensium allato ex Innocentio VIII. quo gaudemus.

XXIV.
Indulgentiarum ratio.

¶ Qui de indulgentijs concendendis aliquid diximus, addamus etiam de eisdem lucrandis : nam & hoc ius est competens, ex indulto aut privilegio Apostolico; sed materia communis & notissima paucis erit contenta. Igitur quantum ad Religiosos; Paul^{us} V. anno 1606. reuocauit omnes indulgentias, & redduxit eas ad quasdam omnibus Religiosis communes, quæ & in nostris definitionibus, & communiter circumferuntur. In hoc autem aduertendum est. Primò, nullam indulgentiam concessam pro defunctis in Purgatorio, reuocatum esse; declarante ipso Paulo V. Secundò, si indulgentia generaliter concessa est etiam pro secularibus, neque ipsa reuocata est Religiosis, ipso declarante, qui noluit eos deterioris facere conditionis, nec reuocare nisi eam cuius solùm pro Religiosis erat concessio. Tertio, quæcumque indulgentiæ siue secularibus, siue Religiosis, concessæ sunt, post reuocationem illam Pauli V.

eis gaudet nostra Observantia, per extensionem ei concessam à Gregor. XIV. & alijs, tom. 3. *prim.* 14. & 15. & 22. dummodo ea opera præter monachos, quæ vel secularibus, vel regularibus alijs iniunguntur, pro indulgentia lucranda, vt notum est. Quarto, exijs, quæ omni Religioso concessit Paulus V. frequentiores sunt istæ. Indulgentia plenaria, confessione & Communione præmissa, in die habitûs, & in die professionis. Idem in die primæ Missæ, tam ipsi cantanti, quam adstantibus Religiosis. Idem in die Patroni propriæ Religionis, adiecta oratione pro Ecclesiæ pace, fide, salute Pontificis, &c. Idem in articulo mortis, confessio & communicatio aut saltem, si aliud nequeat, corde inuocato Iesu. Atque sic aliæ indulgentiæ, quæ quia habentur ad manum, & vbi supra, simul cum alijs quæ nostræ Observantiæ, postmodum concessæ sunt, ideo in præfenti prætermittuntur, sicut & quæcumque aliæ peculiaris aliarum Religionum, si quæ sunt, cum prædictis animaduersionibus considerandæ.

Ab

Abbatum quoad se & proprios monachos absoluedos, a peccatis, censuris que, facultas.

CAP. XIII.

I.
Privilegiū
quoddam
de Confes-
sione.

Priuegia recensere, quorum plura per Cōcilium aut alias reuocata sunt, superuacuum est; nisi ea vnde aliqua lux habenda est. Tale mihi videtur illud Eugenij IV. tom. 2. priu. 9. à num. 4. vsque ad 10. vbi concedit Generali Reformatori, pro omnibus monasterijs, & cuilibet Abbati, pro suo, facultatem absoluedi à quibuscumque peccatis, præterquam sedi Apostolicæ reseruatis, & dispensandi in irregularitatibus omnibus, exceptis bigamia, homicidio voluntario, & membri mutilatione, & subiungit dicens: *Nec non Abbas Reformator, & ceteri Abbates prædicti, in præmissis omnibus & singulis, confessorem idoneum, qui similem ac aliā quamcumque potestatem sufficientem habeat, eligere possint, sic tamen quod actus Abbas Reformator, id per se, quocumque alio irrequisito & de eius licentia, alij Abbates*

facere valeant. Quæ non adduco, vt nunc determinem potestatem Abbatum ad prædicta, quæ in sequentibus ex alijs ediserant; sed vt innotescant duo notanda.

¶ Prius est, tam ex hoc privilegio, quam ex alijs, in quibus indulta conceduntur Generali Reformatori, vniuersaliter pro tota Congregatione, & Abbatibus pro singulis monasterijs; confirmare doctrinam traditam, de potestate Generalis, *sup cap. 11* vt ordinata & immedata sit, in omni obseruantia personarum; & in hoc privilegio, insuper dependentiam aliorum Abbatum retineri. Aliud est, hinc desumendam esse mentem cuiusdam diffinitionis, quæ iam ab antiquo, ad nos vsque durat, & in qua aliqui impingunt *cap. 11. num. 10.* vbi recensitis alijs, scilicet sup prædictis, in quibus potest Abbas absolueret &

II.

Corollaria
ex eo.

dit.

TRACT. MONAST.

dispensare cum subditis, ait posse totum id subdelegare alteri; & cum licentia Generalis eligere Confessorem sibi. In quod acriter inuehitur Mag. Llamas, 1. parte summ. cap. 5. §. 5. ita ut ultra metas veræ & solidæ rationis feratur, tamquam si derogatio sit iuris, in Cap. Ne pro dilatione de Pœnitent. & remiss. in quod locum habere limitationem Capituli generalis, prout supra cap. 7. à num. 12. dixi, ipse textus ostendit, ubi solum ait: *permittedimus*, iuxta ea quæ ibi adducta sunt. Atramen non esse eam mentem diffinitionis, constat ex eo quod non aliud diffinit, quam quod in suprascripto privilegio continetur, prout ex eodem respectu Generalis, adducitur in diffinitionibus cap. 9. nu. 6. Quare, ea licentia exigendi confessorem, solum est ad effectum absolutionis eorum, quæ per illud privilegium, cum ea conditione, conceduntur. Quod nec de alijs peccatis aut dispensationibus, nec de eisdem, si non sit ex vi illius indulti, procedit. Atque à pluribus, etiam prædicta ratione ignorata, adhuc recepta est ea diffinitio, absque vi

præcissa limitante; sed tantquam voluntariæ humilitatis, aut antiquatæ observationis, relicta dispositio, cuius nec Generales, nec Abbates solliciti sint, ut infra num. 9. amplius confirmo.

¶ Nunc ergo deveniendo ad propositum, de potestate Abbatum ad absolvendum subditos, ab omnibus peccatis, quæ alias reservata non sint, non indiget fulciri privilegii, quæ ex ipsa legitima ratione Prælati ordinarij, simul cum ordine Sacerdotii, constat; licet ad superabundantiam, & ob antiquam dependentiam ab Episcopis, ante totalem exemptionem, etiam post illam, solum privilegiorum, reconcedendo concessa, in pluribus perseveret. Restat videri de reservatis. Et quantum ad modum, & numerum casuum relevandorum, pro omnibus Regularibus, communis extat constitutio Clementis XIII. edita anno 1597. secundum quam, in reservatione se debent habere Prælati, & Religiones. Vt

III.

Absolutio non reservatorum

Explicatio advertenda nostris.

3. prin. 37. nu. 19. Sic statuit. Non liceat Superioribus, Sancto Paschate Resurrectionis excepto subditorum confessiones audire, nisi ipsimet subditi sponte & proprio motu, ab eis petierint; sed singulis monasterijs deputent duos vel tres aut plures confessarios, pro subditorum numero maiori vel minori, ut que sint docti, prudentes, & regularis Observantia amatores, ac charitate praediti, qui monachorum subditorum confessiones, etiam virtute privilegiorum Cruciate, sicut ordinis decus, & disciplina monastica normis exposcit, audire possint & debeant, &c. Quod peculiare ius constituit apud nostros, de cetero, priori constitutione, communi-ter cum alijs, permanente.

IV. Ex hoc autem visum est aliquibus, reservatio- nem casuum saltem Abbatium esse sublatam; nam qui exigere non potest confessionem, frustra videbitur eam reservare. Nec caret fundamento; & ad minus inutilis erit talis reservatio, extante Bulla Cruciate, cuius visum expeditum relinquit, non tamen omnibus, sed illis qui ab Abbate fuerint deputati. Atque vel ex hinc constat, non esse

se alium eligibilem a monacho, per Bullam inter nostros; non solum pro ab soluendis reservatis; (quod hodie, post Clemente VIII. cuius anni 1599. contumacitatem, confirmavit generaliter Urbanus VII. anno 1530. ut adducit Diana 3. parte in addit. Resol. 9. e medio tollens Cruciatam visum & valorē, non licet) sed etiam pro non reservatis; nam in distincte de omnibus loquitur Clemens, ubi sup. & est conforme privilegio Alexandri VI. 10. 1. privileg. 17 absolute pro nostra Observantia id precipientis, & ad solos deputatos ab Abbatibus restringentis, omnimoda exclusione Cruciate. Ex quorum declarationibus, & decisionibus, & alijs, in materia creberimus aliorum Pontificum, qui iuxta eandem mentem se declarant, apud nostros indubitatum esse debet; ut apud auctorem Compendij prius Cist. nostrum, verb. Cruciate & Mag. Llamas 1. par. cap. 5. §. 8. & seqq. aliosque nostra familia aliquos, quibus omnino, etiam ex predicto motu proprio, consentio, imò & ex eisdem Clemente, & Urbano, qui non solum de reservatis, sed de omni confessione

TRACT. MONAST.

loquuntur, vt *infra num. 10.*
 & 11. Censurę semper
 improbable, per annuam
 bullam Cruciatę, derogari
 perpetuis Cõstitutionibus,
 & ex mente ipsorum Pon-
 tificum expedientium an-
 nualis Cruciatas, in perpe-
 tuũ duraturis; ne inanis
 & ridicula constitutio red-
 deretur. Quę etiam, cum
 verè constitutio decretalis
 sit, iuris & præcepti consti-
 tutiua, nullatenus nomine
 priuilegiarum gratiam &
 indulgentiam cõtinentiũ,
 veniunt abroganda. Et ita
 generaliter hæc pars, vali-
 dissimè & solidè defēditur
 à pluribus doctissimis vi-
 ris, Suarez, *tom. 4. de Relig.*
lib. 2. cap. 16. cū ab eo cita-
 tis, & quos pro eadem sen-
 tentia citat Diana, *1. par.*
tract. de Bulla Cruc. Resol. 14.
 & quę latè adducit Asca-
 nius, *to. 2. de iure Abb. disp.*
6. quę. 7. à nu. 2. licet quod
 addit *num. 7.* in consequen-
 ter dictum videatur, & à
 nostra sententia reijcien-
 dum, benè tamen admittē-
 da probatio *disp. 13. quę.*
12. num. 5. & quę nouissimè
 post motum proprium di-
 ctum Urbani VIII. adducit,
 vberi authorum citatione,
 Léandec, *de Sacrament. 1. p.*
tract. 5. disp. 12. quę. 58.
 Nullo tamen modo admit-

to, quod *quę. 62.* in gratiã
 Regularium admittit, de
 vsu Bullę pro non reserua-
 tis, vt iam dixi de nostris.

¶ Ad propositum re-
 diens, non obstante sen-
 tentia de remotione reser-
 uationis, supra indicata.
 Nihilominus Cõstitutio-
 nes nostras, retinuisse ca-
 sus quosdam, autoritate
 Capituli generalis determi-
 natos, reseruatos Abbati-
 bus, ex eisdem constat. Eos
 autem citra mortalem cul-
 pam, (iuxta communem, &
 receptam sententiam, quã
 etiam confirmo *num. seq. &*
cap. 14. num. 2.) nec reserua-
 tos iudico, nec reseruatio-
 ni aptos. Deinde Abbatem
 nec impedire posse Bullã,
 neque ea extante, absolu-
 tionem per eam, à quolibet
 alio, ex assignatis ab eo
 confessarijs, impendendam.
 Frustra enim iuberet Clem.
 deberi absolui per Bullã, in
 hibito, ab exactiõne con-
 fessionis Abbate, si ei lice-
 ret bullam denegare. Sed
 tamen restat, quid esset fa-
 ciendum, deficiente Bulla
 Cruciatę, quę potest, aut
 denegante eam Pontifice,
 aut alio euentu, deficere?
 Vel etiam non deficiente,
 quid faciendum, quando
 pœnirens habet casum, qui
 nec priuilegiarũ, nec Cru-
 ciatę

V.

Circa re-
 seruationẽ
 notanda
 duo;

Et duplex
 fabium.

ciatæ virtute, potest absolui à Confessoribus, sed ab Abbate virtute alicuius privilegij, puta Gregorij XIII. qui nostræ Observantiæ, cõcessit facultatem datam Episcopis, per Concilium Trid. *sess. 24. de reform. cap. 6.* hæresi excepta?

VI.

Notabilia
fulciuntur

¶ Percurram breviter *figu. 2.* Et dixi peccatum, quod mortale non sit, non esse reservatum, nec aptum reservationi. Hoc, ex eo quod non sit materia necessaria confessionis, & à quocumque Sacerdote sit absolubilis, constat. Illud patet, quia de facto prohibetur à Clemente VIII. tã in casibus expressis, præter quos, Prælati alios non potest reservare, vt ex eisdem notat Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 18. num. 3.* quàm in casibus, qui aliàs, pro toto ordine, non aliter quam in Capitulo generali, possunt reservari; de quibus ipse Clemens, ait; quod sit *peccatum graue.* Vnde etus carnis, inter nostros, qui sine licentia Abbatis, vt sic, venialis habetur, & quicumque alius, qui in diffinitione excussa noviter (fortè incuriã excudentis) remanserit, absque gravitate culpæ, reservatus non est. Deinde obligatio non

impediendi Bullam Cruciatæ subditis, ipsa verba Clementis allata *sup. num. 3.* conuincunt, aliàs irritum, & inane esset decretum Pontificis, quod non est admitendum secundum omnium sententiam & iura; & indicant id præceptiva verba: *Non liceat, &c. Possint & debeant, &c.*

¶ Nunc pro dubio *sup. nu. 4.* ex citato; verbis præallatis illius Motus pro prii in spectis, à Pontifice non tollitur reservatio peccatorum, quam ipse, modo & numero contentis in citato decreto, statuerat nuper. firmiter, etiam derogatis expressè Concilij generalibus, ne aliter fieret; sed solū tollit reservationem confessionum, quas reservatas sibi ex diffinitione aut aliàs, habebant Abbates, certis temporibus, vt in Quadragesima, &c. & hanc reservationem confessionum reduxit præcisè, vt solū teneret, *Sancto Paschate Resurrectionis.* In quo intelligitur confessio, quæ fit pro annuali communionem, quæ præcepta est tempore illo, per octo dies ante, & per octo post diem ipsum Resurrectionis, vt post Suarez, & Rodriguez, benè tenet Ludovicus à Cruce, *de Triplici*

VII.

Resolutio
modi re-
servatio-
nis nostræ.

H *Bulla*

TRACT. MONAST.

Bulla, in Cruciatam disp. 1. cap. 5. dub. 6. Ita que quoad tempus referuatū, pro confessionib' faciēdis Abbati; restrictio facta est à Clemēte VIII. in nostra obseruātia. De cæterō autem firmata per ipsum facultas vtendi priuilegio Cruciatæ, eadem est, quā ante hunc Motum propriū Obseruantia vtebatur, vt in praxi vidimus, scilicet, vt Monacho non liceret confiteri alijs cōfessarijs, quā ab Abbate deputatis; at verō ab illis virtute bullæ, si quid referuatū erat, absoluebatur. Quæ sententia in vsu Cruciatæ, etiam post breue Clementis VIII. editum anno 1599. probatur, & fulcitur autoritate plurium, à Villalobos, to. 1. tract. 23. claus. 9. §. 2. n. 12. & tutam in praxi dicit Diana citatus *sup. nu. 4. in fine.* Sed si quod in eo dubium esse poterat, in tali vsu pro nostris declaratum manet, ipso Clemēte VIII. nobis cōcedente vsum Cruciatæ, cum confessarijs designatis tantū, prout antea consuetum erat, & hodie ex ipso, in nostra Obseruantia, custoditur.

VIII.

Resolutio
duplicis
dubij *sup.*

¶ Igitur deficiēte Bulla Cruciatæ, cuius indulto ab solui possent à referuatīs; vel si extante Bulla dicta, Monachus habeat peccata

aut censuras excedentia facultatem bullæ, vtroque casu, videtur deuolui absolutio, ad eum cuius ordinaria potestas, per se aut per delegationem eius, remanet expedita. Sed numquid tenebitur Abbas, eo casu, si penes eum stet potestas absoluendi, committere alteri absolutionem, si subditus *sponste, & Motu proprio*, noluerit confiteri suo Abbati? Ego in quocumque euentu ei, sic consulerem, vt procederet conformius libertati illius Sacramenti, & facilitati, cui prospicere videtur Pontifex, & cui vtcumque prospectum esse oportet. Attamen non video, in casu dicto inhiberi Abbatem à confessione. Nam vel casus est referuatū Pontifici, & ab ipso cōcessus solum Abbati; vel est referuatū Abbati, cui Pontifex, concessam habet absolutionem; vtroque modo superior & Pontificia potestas interuenit, & Apostolica autoritas, & Apostolica autoritas, quam suo ministerio commissam, à se Abbas alienare non compellitur. Atque non denegata confessione, per alios Confessarios designatos, generaliter de peccatis, & specialiter de absoluendis per bullam, ea extante; de cæterō ad proprium

no. 5. propositis

primum Ordinarium, & commune ius reddit superioritas, & potestas Abbatis; & quidem in Bulla de reservatione casuum, citata nu. 3. id aperte exprimitur.

IX. ¶ Colligo autem ex eadem illa clausula Motus proprii, aducta, n. 3. inde etiam cessare obligationem (si qua esset, & quam non esse dixi nu. 2.) ut Abbates petent licentiam eligendi confessorem a Generali. Nam verba; *Non liceat superioribus subditorum confessiones audire &c.* non ardeantur ad monachos, respectu Abbatis superioris sui, sed quoscumque respectu Generalis, qui ut superior respectu cuiuscumque inhietur. Nec minor ratio interuenit, eximendi in hoc monachum ab Abbate, quam etiam Abbatem a Generali. Licet ea de obligatio nihil horum indigeat; quin potius etiam, presentente Generali in aliquo monasterio, tempore Paschatis (quod excipit illa clausula) Abbas non tenebitur confiteri Generali; nam illa reservatio & exceptio, verè non est facta nisi pro subditis, qui alias Prælatis non essent. His enim Prælatis potius cõpetit, ut talibus, quod quisque pro suo monasterio, *deputet confessarios*

pro subditorum numero, &c. respectu quorum, exigit confessionem in Paschate faciendam Prælato, & nihil ampli. Subditus vero, presentibus Abbate suo & Generali, cui maluerit confitens, satisfacet (meo iudicio) nam ad id, sicut Abbas monasterij, ita Generalis, totius ordinis habetur proprius Sacerdos; ut notat expressè Reginal. lib. 1. n. 26. & Suarez to. 4. de Relig. li. 2. c. 15. num. 3. & alij, & nostra priuilegia, quæ, cum de potestate absoluedi, & dispensandi agitur, ea graduatione procedunt, ut quod Abbas in suo monasterio, Generalis in toto ordine exercere possit, ut notati sup. cap. 12. in principio & in hoc cap. n. 2.

¶ Sed licet ille motus propius, cuius pro nostra Cõgregatione adduximus clausulam, n. 3. prodierit, post illud decretum eiusdem Clementis, de reservatione casuum inter Regulares, & etiã post aliud ipsius, denegantis usum Bullæ Cruciatæ in Confessionibus: tamen istud nouissimũ Urbani VIII. constat editum fuisse, annis 26. post nostrũ, in eo autè Urbanus, innouans & ampliã declarationem Clementis, quantum ad articulum eligendi

X.
Obiectio

TRACT. MONAST.

confessarium, & absoluenti à casibus reservatis, ut nihil suffragatur Bullę Cruciatę sed quantum ad Sacramenti pęnitentię seu confessionis administratiorem, ordinarię dispositioni suorum Pręlatorum, & sedi Apostolicę quoad sibi reservata, subiecti sint: dubitari poterat; an hinc derogatum sit aliquid nostrę clausulę, illius motus proprii, secūdm quam liberę vim privilegio Cruciatę, licet non in eligendo confessario, benè tamen in absolutione: à reservatis, per Confessarios deputatos ab Abbate monasterij

XI. Resoluitur

Ad quod videtur dicendum; Nullatenus obesse, quia in ea forma confessionis, quam per reformationis intentionem, inter alia præscripsit Clemens VIII. in illo motu proprio peculiari pro nostra Congregatione, numquam intellecta fuit mutatio, etiam per alias literas permissionis eiusdem Urbani, quarum mentioem facit in prædicta constitutione, quę incipit *in specula*, &c. nec ex parte nostrā aliquid reclamatum est, sed uniformiter perseveratum in eadem consuetudine, per 40. annos & amplius. Cui potius

favet intentio utriusque Pontificis: Intentio Clementis VIII. dum post suam constitutionem editam anno 1599. expedit motum proprium prædictum anno 1604. modum specialiter voluntatis exprimens, & constituens: Intentio Urbani VIII. quia totus est *in inhaerendo declarationi* illi Clementis, quam ipse Clemens, voluit nihil eius dispositioni obstare. Et præterea, quia verba illa adducta *num. præced.* ab utroque Pontifice exprimuntur, tamquam declarationem propriam mentem & intentionem, *ut confessio subiecta sit dispositioni Pręlatorum. &c.* & omninò complentur; dum iuxta sibi iniunctam formam, & confessionis tempora, & deputatio confessorum, & usus Bullę per confessores deputatos, determinata sunt. A quibus qui vel aliter eligendo, vel diuersimodè utendo quidpiam exorbitaverit, mihi non est dubium, quin huiusmodi declarationibus, & constitutionibus comprehendatur.

¶ Loquendo iam de potestate Abbatis, in absolvente ab alijs reservatis,

XII.

De alijs ca-
sibus re-
seruatis.

tis, extra ordinem & seclu-
sa Bullæ Cruciatæ, cuius
communes limites, ex ea
& ex eis qui de ea egerunt,
suppono, & cuius vsum,
quoad nostros, explicui:
abstineo ab exhibitione
priuilegiorum circa casus
Bullæ Cœnæ Domini, quæ
saltem per communicatio-
nem nostris competere pos-
sit, se iam & obtenta &
obtinenda, priuilegia quoad
eos casus, & Episcopo or-
dinario loci reseruatos, ir-
ritatis absolutionibus, re-
uocauit Clemens VIII. per
Congregationem Concilij,
cuius decretum, Urbanus
VIII. confirmans, iussit in-
uiolabiliter obseruari,
die 18. Nouembris anno
1628. quod ad verbum ad-
ducit Tamburinius, *tom.*
2. de iure Abbatû, disput. 14.
quæst. 15. cui standum est,
& idem prius me do-
cuerat, Ludouicus à Cru-
ce, *de triplici bulla, in Cru-*
ciata, disput. 1. cap. 3. dub.
5. & id innotuerat Dianæ
2. parte tractat. 3. miscell.
resol. 30. & mordicus etiam
ante decretum Urbani, ex
Clementis decreto, tam-
quam vniuersaliter etiam
extra Italiam obligantē,
tenuerat Miranda *tom. 1.*
Manual. q. 46. art. 2. cum ab
eo adductus. Sed notandum

est: Quod reuocatio obti-
nendorum priuilegiorum,
nihil obstat, quominus se-
quentibus Pontificibus ri-
tè concedentibus, valida
sit facultas. Item notan-
dum quod absolutio à ca-
sibus reseruatis per ordi-
narios, reuocata censetur,
scilicet quoad sæculares &
subditos Episcoporum. Nā
quoad eos solū, in quos
habent iurisdictionem, cen-
sentur reseruati, non quo-
ad Regulares exēptos, quos
neque ligant neque soluūt,
sed suis Prælati Regulari-
bus pleno iure, subsunt;
vt docent omnes DD.

¶ De cætero autem, quoad alios casus & censu-
ras Sedi Apostolicæ reseru-
ata, in eodem decreto
Clementis & Urbani, ex-
primitur, extra Italiam,
minimè sublatam esse fa-
cultatem absoluendi, si
quam à Sede Apostolica
habeant Regulares: & iuxta
eorum priuilegia, vsu, an-
te illud decretum recepta,
& aliās non reuocata, libe-
ram facultatem concedit;
exceptis quinque casibus,
quos exprimit moderatio
& explicatio ipsius Cle-
mentis VIII. vt adducitur
à Miranda *sup.* & à Tam-
burinio *disp. 13. q. 13.* scilli-
cet, 1. Violatio immunita-

XIII

Notanda
exceptio
coramdem

TRACT. MONAST.

tis Ecclesiasticæ, in termi-
 nis Constitutionis Grego-
 rij XIV. quæ incipit: *Cum*
alias nonnulli, &c. Secundus,
 violatio clausuræ Monia-
 lium, ad malum finem. Ter-
 tius, Pronocatio & pugna in
 duello, iuxta decretum Con-
 ciliij Tridentini, & Contri-
 tutionem Gregorij XIII.
 quæ incipit: *Ad tollendum.*
 Quartus, iectio manus vio-
 lentè in Clericos, iuxta Ca-
 nonem: *Si quis suadente*
17. q. 4. ac iuris dispositio-
 nem, Quintus, simonia rea-
 lis scienter contracta, at-
 que etiam confidentiæ be-
 neficialis: Ita que præter-
 dictos casus Cœnæ; & or-
 dinariorum iam relatos;
 hos solùm excipit; cæteros
 Papæ reservatos, concedit
 absolvendos, & similiter
 eorum censuras iuxta pri-
 vilegia. Nam de censuris
 Papalibus non reservatis,
 dubium non est concedi;
 Et vtrarumque tam refer-
 vatarum quam non refer-
 vatarum, exactam & dili-
 gentem numerationem, ad-
 ducit citatus Tamburinius
tom 2. disp. 13. quas. 13. &
14. & privilegia etiam ibi
 adducit ipse, & Miranda,
tom. 2. quæst. 7. artic. 3. & alij,
 quibus per communicatio-
 nem Gregorij XIV. de qua
cap. 1. num. 2. gaudemus in
 nostra Observantia, ad

iam explicata;

¶ Præter quæ commu-
 nicata aliorum privilegia,
 de quibus etiam nostrum
 Compendium *verb. Absolu-
 tutio*, extat pro nostra Con-
 gregatione facultas, quântum
 ad Generalem, ex Eugenio
IV. tom. 2. priu. 9. num. 5. &
seqq. & confirmatur à Julio
II. priu. 9. num. 2. pro tota
 observantia (vt solent) sed
 limitat, vt sit *exceptis cast-
 b^o Bulla Cœnæ*, relicti alijs.
 Et quântum ad Abbates, ex
 Celestino V. Celestinis, a-
 lijsque adducit citatû Cõ-
 pend. *vbi sup. §. 7. & alijs.*
 Nostræ tamen Congrega-
 tioni, tam Generali pro to-
 to ordine Observantiæ, quã
 singulis Abbatibus pro
 suis monasterijs, ex Grego-
 rio XIII. *tom 3. priu. 11.* con-
 ceditur facultas absoluen-
 di; ab omnibus casibus oc-
 cultis, etiam Sedi Aposto-
 licæ reservatis, (hæresi-
 dumtaxat excepta & homi-
 cidio voluntario,) iux-
 ta facultatem Episcopis
 permissam, per Conci-
 lium Tridentinum *sessio-
 24. de Reformat. cap. 6.* cu-
 ius explicatio, in ratio-
 ne occulti & cæterorum,
 communiter tradidit: ge-
 neralique & receptæ do-
 ctinæ illius, aptandum est
 privilegium, vt Prælati ab-
 soluât, *per seipsû, aut vi-*

XIV.

Privilegia
 quibus vi-
 tendum est
 ea facultate

ca-

carium ad id specialiter deputandum, scilicet non generaliter delegata facultate, sed specialiter, pro tempore limitato, aut indigentium necessitate.

XV.

Quatenus iure communi competat.

¶ Sunt autem qui, secluso privilegio, censeant, hanc facultatem Concilij datam Episcopis, convenire Prælati Regularibus, habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos, quæ & *sup. cap. 10. numer. 12. & 13.* de Generali explicata est, & idem est de Abbate respectu sui monasterij, & de quocumque simili Prælati Regulari, ordinaria fungente potestate & iurisdictione, ut sæpè inculcant Authores, ex Nicolao de Tudeschis aliàs Panormitano, *cap. fin. de Regul. n. 4. & cap. in singulis de statu Mon. n. 3.* & Navarro adducto à Sanchez *lib. 8. de Matrim. disp. 3. n. 3.* Latè Llamas *1. p. summ. cap. 9. §. 16. & 4. p. c. 3. per totum.* Ioann: à Cruce, *de statu Rel. lib. 1. c. 6. dub. 6.* & pro Abbatibus certius, *ex cap. Abbates de Privileg. in 6.* & alijs passim. Atque loquendo de ijs, quæ ex iure competunt Episcopis, circa sibi subditos, ut idè proportionaliter, in materijs competentibus subditorum Regularium

statui, competat Prælati eorum, ipso iure. nullam difficultatem inuenit Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 12. n. 3. & 9.* Ex quibus generalis sumitur doctrina ut reuocatio privilegiorum, nihil operetur, respectu eorum, quæ tali modo dicto, licet Abbatibus & Prælati, in eoque sunt indubitanter Miranda *to. 2. q. 8. ar. 14. concl. 2. in fine,* & cū eo & alijs Hieronym. Rodrig. in *Comp. qq. resolut. 52. n. 12.*

¶ Ex hoc ergo principio, voluntaliqui licere, talibus Prælati facultatem illam Concilij datam Episcopis. Et poterat ad id conferre sententia Thom. Sanchez; *in sum. lib. 4. c. 54. n. 2.* quem etiam refert Diana *1. p. tra: de Bulla Cruciatæ. Resol. 28.* censet enim ille, casus illos occultos, ex quo, iure perpetuo, per Concilium Episcopis sunt commissi & concessi, in respectu Papæ, haberi pro non reservatis, sed reputari ordinarios Episcopales, indeque toties quoties esse absolubiles per Bullâ Cruciatæ, Vnde id quasi iam cōmuni iure cōpetens Episcopis, circa subditos suos, videbatur competere Prælati regularibus circa suos. Sed tamen doctrina illa singularis

XVI

Applicatio ad casus Concilij reijcitur.

TRACT. MONAST.

est, eâque impugnat Ludovicus à Cruce. *De triplici Bulla, in Cruciatâ, disp. 1. c. 3. dub. 15.* cui assentior, iuxta cõmunem, & planã aiorum intelligentiam.

XVII. Sed alio modo explicatur.

¶ Alio ergo modo id fundari posset, iuxta distinctionem, quam adducit Suarez ubi supra, loquens in terminis, de prædicta facultate Concilij, & alijs ut cognoscatur, in cuius potestate, & virtute operatur Episcopus. Nam quãdo ei conceditur facultas absolvendi, aut etiã dispensandi, tãquam Sedis Apostolicæ delegato, tunc non utitur propria & ordinaria iurisdictione; ac propterea tales casus, semper remanent Apostolicæ Sedis, & qui non competunt Episcopo, ex vi ordinarij sui muneris. Unde etiam subrogatus Prælatus exëptus, quasi Episcopus regularium, nõ potest ex vi sui muneris, & ordinario iure habere, quod Episcopus solum habet ex delegatione, & ea de terminatã dignitati Episcopali, qua carent ceteri Prælati inferiores, ad quos subinde delegatio, nõ extenditur. Cum autem hoc non inveniatur in facultate illa Concilij, de qua agimus, sed sit sicut aliæ facultates, quæ in iure conce-

duntur Episcopis, ut ordinaria, & propria iurisdictione absoluant, de aliquibus casibus pertinentibus ad Sedem Apostolicam, nec tamen ob id transeunt in casus Episcopales: Vnum tantum detinuit Suarez, loco citato, *num. 8* quominus extenderet eandem facultatem, ad Prælatos Regulares; scilicet inuenisse quandam declarationem Cardinalium ad prædictum cap. Concilij, in contrarium; & ita confugit ad privilegium concessum à Pio V. anno 1571. Prædicatorum ordini, per quod extendit concessionem, factam Episcopis à Concilio, ad Prælatos illius Religionis, & consequenter ad alias, quæ cum illis communicant, atque exinde dictam facultatem tuetur.

¶ Verumtamen si ex privilegio agendum est, ea communicatione alieni nõ indiget nostra Congregatio, quæ illud habet proprium supra iam adductum; patitur tamen (sicut quodcumque aliud) diminutionem quam inferunt reuocationes seu limitationes, adductæ *num. 13.* ex Clemente & Urbano VIII. A quibus tamen libera erit facultas si admittamus extensio-

XVIII. Et admittatur soluto scilicet obice.

nem,

nem, illam explicatam *nu.*
 15. quam secluso priuilegio
 ex ipso iure fieri absolutè
 admittunt aliqui, Quorum
 probabilitati parum ob-
 stat declaratio supra addu-
 cta à Suarez, siue ex editio-
 ne Ioannis Gallemar siue
 P. Marcillæ, aut alterius. Nā
 præter quàm fortè genera-
 lem vim non habere decla-
 rationem, sed specialè solū
 in casu peculiari, pro quo
 facta fuerit, (vt cum pluri-
 bus tenet Diana, *trakt. de le-
 gib. Reg. 29. de quo alias*)
 etiam omnes tales declara-
 tiones dictas, prohibuit su-
 premum consiliū Inqui-
 sitionis Hispaniæ, per suū
 Catalogum librorum, edi-
 tum anno 1612. *litera C. in
 tertia classi*, idque ex decre-
 to Urbani VIII. & eiusdem
 Congregationis Concilij,
 dato Romæ die 2. Augusti
 anno 1611. vt nulla eis esset
 fides, nec in iudicio, nec ex-
 tra, nisi authentica forma,
 solito sigillo, & subscri-
 ptione Eminentissimi Car-
 dinalis Præfedi, ac secreta-
 rij eiusdem Congregatio-
 nis, pro tempore existen-
 tium, munitæ fuerint: & ita
 ipse Pontifex summus, à
 quo authoritatem debent
 habere, authoritatem illius
 tollit, quæ satis legitima
 solutio est, deficiente præ-

dicto requisito, & seruata
 distinctione Suarez *sup. nu-
 mer. 17.*

¶ Si cui verò potius ac
 melius standū dicto priuile-
 gio videatur: Notet quod
 ab illius facultate debet ex-
 cipere casus, supra *n. 12.* ex-
 pressos, tam Bullæ Cœne,
 quam alios quinque, quan-
 tum ad absoluendum Reli-
 giosos, & stando præcisè in
 terminis exceptionis. Vt
 v. g. violatio clausuræ Mo-
 nialium, etiam si aliàs sit
 peccaminosa, & incurfua
 alicuius censuræ, si non sit,
ad malum finem non intel-
 ligatur excepta. Item solū
 excipere eos casus in quan-
 tum reduplicatiuè pendet
 facultas, ex vi priuilegij; nā
 ad quos aliàs, ex iure, aut
 secluso priuilegio, se ex-
 tendebat potestas, salua
 remanet. Atque inde rur-
 sus non intelliguntur a-
 blata priuilegia, nisi quoad
absolutionem Sacramenti
 Pœnitentiæ; sub qua non
 venit, *dispensatio* in ea re-
 uocatione. Et quoad secul-
 lares, absolutio casuum
 Episcopaliū (quibus Re-
 gulares exempti non te-
 nentur, vt iam notauimus
num. 12. & est per se no-
 tum) eodem modo, & cum
 eisdem aduertentijs, in-
 tellige, Atque nota etiam

XIX

Modus dū
 ex priuile-
 gio agitur.

com-

TRACT. MONAST.

comprehendi, in exceptione, & limitatione *absolutionis à casibus referuatis*, tam peccata, quam censuras referuatas. Nam eodem modo loquitur Clemens VIII. de referuatis Papæ & in Cœna: & ita sentio cum Marullo, allegato à Tamburinio *tom. 2. disp. 13. quas. 13. num. 116.* Ex quo etiam *num. 117.* assen-

tior in eo, quod casus Episcopales, si à iure vt sic referuati sint, possint, per priuilegia Regularium absolui. Pro quo licet nihil faciat Sanchez ab eo citatus, sed ratio & verba ipsius reuocationis id ostendunt. Si indultum & facultatem generalem ad id priuilegia contineant, sine aliqua obstante restrictione,

Amplius de eadem potestate absoluendi Monachos, & fugitivos.

C A P. XIV.

I. **I**N hac facultate absoluendi à casibus & censuris referuatis, quam habent Superiores, aut que virtute Cruciatæ exerceri potest; multiplex explicatio sese insinuabat, scilicet primo, quoad casus Bullæ Cœnæ; de quibus omnis hodie facultas cessat per priuilegia, excepta facultate Cruciatæ semel in vita durante anno publicationis, & iterum si alteram sumat bullam, & non amplius. De illis autem agunt ferè omnes, vt Suarez, *tom. 5. in 3. part.* Bonacina *tom. 3. de censuris.* atque Auila, & specialiter

Casuum referuatiuū differētiae & remissionis de eis.

Antonius Sousa, & alij apud quos videnda sunt. Deinde quoad casus referuatos Sedi Apostolicæ extra bullam Cœnæ, quorum absolutio, quomodo liceat, dictum est in præcedentibus, & quos cum alijs Papalibus non referuatis, numeratos dixi *Cap. preced. nu. 13.* apud Tamburinium, & supra citatos, aliosque Summistæ; eorum immensa materia est & prorsus communis, etiam non regularium, & ita mihi aliena, & apud eodẽm videnda. Præterea casus referuati aut referuabiles, pro Regularibus, iuxta Clemen-

tem

tem VII. qui solùm à Superioribus Ordinis, aut eius disposita facultate absolui possunt, iuxta dicta: etiã communis est tractatio, quam instituit Suarez tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 18. ac inde ex alijsque præcitatibus Iamburio. tom. 2. disp. 13. quæst. 2. & de propria cuiusque materia, apud Summistas Syluest. verb. *excommunicatio*, &c. Filiucium, ginaldum & alios.

II.

Peculiarium
Observantia
dispositio
delicti & ex-
punctio.

Restabat dicere de peculiaribus referuatis, per definitionem nostram; quæ utpote ab antiquiori tempore tracta, expurgata est, & conformanda ad præscriptum Clemētis VIII. Quod breuiter faciam, producendo seriem ipsius definitionis, c. 2. n. 2. Primus casus, *Furtum publicum aut secretum*. Hic est intelligendus coincidere cum casu 8. Clementis, scilicet. *Furtum de rebus monasterij seu conuentus, quod sit peccatum mortale, quæ grauitas, semper interuenire debet, in referuatione permissa, ut notauit cap. præced. num. 6.* Secundus casus: *Comedere carnem absque licentia Abbatis*. Hic expungendus est à referuatione, quia ex se venialem culpam non excedit, de

quo latè egi in *Notis literalibus ad Regulam S. Benedicti*, & indicabo suo loco. Tertius casus est. *Proprietas*, & coincidere debet, cum quarto, Clementis, scilicet, *Proprietas contra votum paupertatis quæ sit peccatum mortale*. Quartus casus: *Fuga à monasterio*, de quo Clemens, in casu secundo, *Apostasia à Religione siue habitu dimisso siue reuocato, quando eo peruenit, ut extra septa monasterij, seu conuentus fiat egressio*. Sine hoc ultimo fuga non est, sed dum fuga sit, & desertio Religionis, etiam si sit ad tempus, in quo differt ab apostasia, referuata est authoritate Capituli generalis, cui, ea tribuitur, ab ipso Clemente VIII. Quintus est: *Immunditia carnis vitiumque commissa*, & coincidit, cum nono, Clementis, *lapsus carnis voluntarius, opere consummatus*. Nam in illo dum commissa dicit, opus externum exigit, & de voluntario intelligitur, ut sit culpabile & mortiferum, ad referuationem. Sextus casus est. *Non reuelare Abbati secreto extra confessionem, quod aliquis molitur fugi, si de eo notitiam habeat*. Hæc notitia

TRACT. MONAST.

tia non intelligitur (clarum est) de habita notitia per confessionem; nec de alia secreta, quando periculo & suga potest occurrere & mederi peccato, & potest quis animam fratris sui, sine dispendio famæ lucrari: & denique in omissione talis reuelationis, obligatio grauis interuenire debet, vt reseruata sit. Septimus est, *intrare in cella alterius Religiosi*; Quod supponit etiam peccatum mortale, ex transgressione præcepti formalis Obedientiæ votiæ, sub cuius virtute, regulariter iniunctum est monachis, in nostra Obferuatiâ. Octauus: *Prouocare aut inducere alium ad fugam, aut habitus dimissionem*, in quo, inductio ad fugam, videtur esse circa professum, & similiter habitus dimissio; quæ propriè cadunt, in obligatum, ex professione & statu, ad perseverantiam, & habitus retentionem. Licet culpa etiam mortalis interuenire queat, inducendo Novitium vt retrocedat, & habitum atque propositum dimittat; sed in his nec extensio facienda est, nec habendus casus vt reseruatus, quod est odiosum & restringendum: nisi clarè & distinctè reseruetur, vt bene aduertit Tâb. *vbi sup. n. 7. & 8.* Nonus casus est: *Dare aliquid seculari sine licentia Abbatis*, & perinde est ac quartus, Clementis iam su prædictus, de proprietate, & eodem modo intelligendus. Decimus est: *Reuelare extraneis secreta Ordinis, aut Prælati, aut sui monasterij*, Casus ille, in nostra Congregatione, peculiariter ad eò strictè stabilierat Clemens VIII. *tom. 3. priu. 30.* vt præter carcerem, & aliâ ieiunia, etiam inhabilitatibus & excommunicatione ipso factò incurrendis, & tantum à Romano Pontifice remittendis, transgressores percusserit. Sed biennio post *ibidem priu. 32.* moderans rigorem, reuocauit præceptum obedientiæ, & excommunicationem latæ, & vt Generalis & Abbates possent, contra transgressores, ad impositionem & executionem aliarum pœnarum procedere. Præter quod definitio reseruat casum; scilicet si ad grauitatem peccati mortalis perueniat. Vnde decimus casus est; *incitare & inducere alteram, vt ei sub iuramento aut voto aliquid*

quid promittat. Quod pariter intelligendum est de re illicita & graui, licet grauitas sit attendenda, non absolute re inspecta, quo pacto v.g. ingressus in cella aliterius, indifferens est, & ex se parui momenti sed in ordine ad finem, & respectu obseruationis disciplinae monasticae; bonique communis, reputatur materia grauis, & praeccepti grauius obligantis. Attamen in his adesse grauitas peccati non solet, nisi praecedente impositione grauis praeccepti, obligantis quantum potest, in *virtute sanctae obedientiae*, aut si aliud praecceptum legis Dei, in particulari casu occurrat. Quibus deficientibus, non video quid faciat illicitam inductionem, aut persuasionem alicuius, vt alter ei aliquid iurando promittat, vt tangit Suarez tom. 2. de Relig. libro 3. de iurament. cap. 14. num 19. &c. Denique duodecimus casus est. *Dare aut recipere epistolam signatam aut resignatam, sine Abbatibus licentia.* quod sicut usus carnis prohibetur in Regula, sed vt sic, etiam obligatio venialis est, & ita etiam expungendus a reservatione hic casus, sicut ille secundus supra.

Omnis vero tunc censentur reservati, non quidem dum proponit quis aut tentat, sed cum in esse perfecto & consummato tales sunt, vt in casibus qui sub excommunicationis poena prohibentur, quae est communis doctrina, & in reservatis militat eadem ratio & autoritas.

¶ Praedicti autem casus sunt, qui homine in nostra Congregatione reservati sunt, modo dicto, Abbatibus, a quibus solum, aut per bullam Cruciatam absoluunt confessores conuentus, aut ipsi Abbates, vel de licentia illorum, aut etiam Generalis. Cum vero reservatio sic autoritate Capituli generalis, a quo in hoc nihil limitatum est, poterent utique Abbates, iuxta breue Clementis VIII. reservare alios casus, ex illis, quos ipse designat, & in praedictis non continentur. Licet de hoc nulla apud nostros Praetatos, sollicitudo sit, cum non possint impedire usum bullae Cruciatam Confessoribus ordinarijs, ab Abbate necessario designandis, vt dictum est. Ex quo etiam continuato privilegio Bullae, cuiusque concessio, modo dicto, usu, reor

III.

Noratio
circa dicta.

eue

TRACT. MONAST.

evenisse ut minus consultum sit, alijs casibus, qui iuxta nostras diffinitiones, imò & aliqua privilegia, reservantur, etiam Capitulo generali. Nam talibus casibus absoluendis, licet durante Capitulo designentur Cōfessores, cum ea potestate cum tamen, ex modo designationis, & praxi, soluto Capitulo munus eorum finiatur; toto reliquo tempore, careat Congregatio eo remedio, nisi per Cruciatam, occurrente casu, facultas adesset. Et quamquam aut ferè nunquam, aut rarissimè necessitas contingat; tamen vel talis reservatio non esset facienda; vel providendum, quo pacto, ordinario modo, absolutio sit possibilis, non expectata Cruciatam, medio tempore inter Capitula currente.

IV.
Fugitivorum
absolutio.

¶ Est autè & nostris Abbatibus, ex Julio II. tom. 2. priuil. 19. num. 4. & 5. potestas absoluendi, per se, aut per alios, quoties opus fuerit, Religiosos fugitivos, & se transferentes ad aliud monasterium, &c. Quamvis eorum monasteriorum subditi non sint. Ita tamen ut sic absoluti, intra certum terminum, ab ipsis Abbatibus

præfigendum, Reformatori vel proprijs Abbatibus se personaliter, impedimento cessante legitimo, presentent; alias in priorem excommunicationem & irregularitatem reincident eo ipso, &c. Facultas ista ex ipsis verbis clara est, sed intelligenda ex hypotesi, quod fugitivus inciderit, in excommunicationem aut irregularitatem. Nam ipse Pontifex, in hoc privilegio aut bulla, neque excommunicat, neque irregularem facit; sed ad petitionem Observantiæ, facultatem absoluendi à censuris, & dispensandi in irregularitatibus, quæ in privilegio Eugenij IV. limitata erat, Generali, ampliat, ad per se & per alios quoties opus fuerit, respectu omnium personarum totius Observantiæ; & respectu fugitivorum, extendit eam facultatem, ad Abbates, modo dicto; non tamen ipse fulminat excommunicationem, sed conditionaliter loquitur, in casu quo eam contraxerit; sicut etiam de irregularitate, in casu quo eam incurrisset. Alias enim, neque excommunicatio incurritur ex fuga, nisi intersit dimissio

missio habitus, iuxta cap. ut periculosa. Ne Clerici vel monachi, &c. in 6. neque in cursa excommunicatione, contrahitur irregularitas, nisi in excommunicatione celebret, aut exerceat ordinem.

V.
Obi. & iox
M. Lorca.

¶ Quapropter licet Capitulum Generale, possit eam sententiam excommunicationis latam, & ipso facto incurrendam, fugitiuis infligere; tamen si præsuppositiuè loquitur ex privilegio dicto, in eo non extat, ut legenti constabit. Sed maius facessit negotium in hac re, noster Magist. Lorca, qui 2. 2. quæst. 12. artic. 1. disp. 5. num. 8. tenet fugitiuum esse excommunicatum, non excommunicatione latâ in iure scripto, sed quod ex consuetudine & traditione vigeat. Probat id, Primò, ex Caietano, ad dictum artic. D. Thom. id ex consequentia suæ ratiocinationis præsupponente. Secundò, ex extrauag. Martini V. (seu fortè IV.) scilicet. *Viam Ambitiosæ, de Regular.* in illis verbis: *Si quis autem prætextu huiusmodi licentiæ, cum habitu vel sine vagando incedat, monitione præuia teneatur, &c. Quod si neglexeris, post*

ipsum terminum, tamquam notorius Apostata excommunicatus debeat reputari. Tertiò, ex praxi aliarum Religionum, in quibus ex speciali privilegio, omnis Apostata est ipso iure excommunicatus: & in nota supra ex Engenio IV. tom. 2. priuil. 7. num. 9. qui excommunicat, ipso facto, omnes professos Observantiæ, qui sine licentia Reformatoris Abbatis & conuentus, petita & obtenta; ad quemcumque alium ordinem, vel ad quodcumque monasterium eiusdem, vel alterius cuiuscumque ordinis vel ad quemcumque alium locum transferint. Sic ille adducit verba, adiungens, quod dum quemcumque locum expressit, omnes apostatas comprehendit.

¶ Sed pace tanti viri, ei assentiri non possum: quia inauditum est, excommunicationem aliquam esse ex iure, & non esse in illo; neque est qui agnoscat talem censuram, ex consuetudine, aut iure non scripta. Nec Obstat primum ex Caietano, qui nec clarè loquitur, nec si clarè loqueretur obstatet; cõtra quem ad ipsum

37

VI.

Respondetur ad 1.

ar.

TRACT. MONAST.

articulum, expressé tenet oppositum Banez, nisi fugitiuus dimittat habitum; in quo solum casu incurritur excommunicatio, iſo iure iam citato, & non ex præcissa fuga. Quæ est communis sententia. Sic Nauarr *lib. 5. tit. de Apost. conf. 1. num. 7.* Syluest. *verb. excommunicatio. 7. num. 13.* & *verb. incendiarius num. 2.* Reginaldus *lib. 9. num. 99.* Valentia *2. 2. q. 12. punt. 1.* Bonacina *tom. 1. tract. de clausura Monial. q. 2. punct. 2. nu. 4. & 5.* Suarez, *tom. 4. de Relig. lib. 3. cap. 1. num. 17.* ex Innocentio & Panormitano, imò ex ipso Caierano *verb. Apostasia.* Ad secundum, constat ibi agi, de vagantibus, non solum et fugiui sine licentia, sed etiam cum illa, ut docent verba ibi: *unde cum licentia vel sine licentia, &c.* Et omnibus statuitur prauia admonitio, & præfigitur tempus post eam, quo transacto iocurratur excommunicatio, quod totum alienum est a casu nostro, & ita tradit Suarez *vbi sup.* & Nauarrus quem iniuſerito refutat Lorca. Ad tertium, reponenda sunt verba propria illius priuilegij, in quo excommunicantur prædicti illi, Obſeruantiam pro-

felsi, qui ad quemcumque alium ordinem vel locum seu quodcumque aliud monasterium, uicli vel alterius cuiuscumque Ordinis, transferint, &c. vbi solum de transitu ab Obſeruantia, ad quamlibet aliam Congregationem eiusdem, vel alterius ordinis agit: excommunicans, ipso facto monachum transeuntem, sine licentia modo supra relato, & inponens, eandem, excommunicationem Prælatiſ & ſuperioribus monasteriorum, ad quæ aliter transferint, & eos receperint, si requisiti, ut eos remittant, *infra trium dierum spacium* nõ paruerint, à qua excommunicatione, *recipientes & transeuntes, præterquam in mortis articulo, absolui nequeant, nisi transeuntes realiter ad sua monasteria, à quibus exierunt, redeant, &c.* Quod diuerſum est a fuga, de qua agimus. Contracta autem utcumque excommunicatione, absoluedi potestas ab ea, datur per prædictum priuilegium Iulij II. etiam pro non subditis modo dicto *num. 4.*

¶ De absolutione à violenta manu iniectione, eiusque censura, propria habemus priuilegia Cisterciensia

VII.
Violenta manu iniectione.

Ad 2.

Ad 3.

ciencia, tom. 1. *privil.* 17. & 27. ex Gregorio IX. & Alexandro IV. quæ specificè de eo loquuntur, absolute, & sine limitatione, & in alijs de absolutione à reservationis Papæ, includuntur, præter communicata nobis, per extensionem. Sed in exceptione illa facta à Clemente VII. *vt sup. cap. 13. num. 13.* reducta est facultas ad terminos juris communis, ideo omiſſa sunt à me, & regulanda iuxta ea, quæ vel sunt ex iure concessa Episcopis, circa suos subditos, vel non prohibita; vt idem possint Abbates circa suos, in quos habent similem potestatem ordinariam, quasi Episcopalem: vt dictum est, *cap. 13. à num. 15.* de quo nullam in vestio rationem dubitandi quidquid sit de eo, quod in super accedit Episcopis, ex facultate Concilij Trid. *in cap. 6. sess. 24. de refor.* quod antea non haberent, in quo etiam vt similiter competat, ratione firmavi, ibidem, *num. 18.*

VII.

¶ Qui de absolutione Potestas à censuris diximus, de potestatis fulminandi censuras.

cere debebamus, sed communem Prelatis indicamus infra *cap. 17. num. 1. & 2.* & peculiarem quandam consuetudinem nostræ Religionis, anathematizandi, candelis extinctis, proprietarios, &c. proferam etiam, *cap. 17. à num. 11. vsque in fin.* In modo autem proferendi censuras seu excommunicationem, etiam si ex iure, *cap. cum medicinalis, de sent. excomm. in 6.* & alijs authoribus, debeat esse in scriptis, sub pœna suspensionis, si aliter fiat; tamen etiam verbaliter, ea ablata est, per privilegium Leonis X. concessum Minoribus, cuius, pro omnibus Religionibus communicationem habentibus, meminit Ascan. Tamb. *to. 2. de iure Abb. disp. 14. q. 1. num. 6.* Atque idem usus & praxis confirmat, vt verborum, aliquando imponatur Religiosis, validè, & licite. Parce tamen utendum est hoc privilegio & usu, & cum attentione saltem termini, & spacij æquivalentis monitionibus, & proportionati negotio, vt incurſio censure canonica sit.

TRACT. MONAST.

Potestas Generalis Reformatoris, & Abbatum, in dispensandis irregularitatibus alijsque.

C A P. XV.

I.
Dispensatio ab absolute distincta.

Ferè eisdem privilegij, quæ facultatem faciunt absoluendi Generali, aut Abbatibus, continetur etiam facultas dispensandi; sed tamen de ea dicendum est seorsum; tum quia non eisdem limitibus continetur; tum quia per prædictas revocationes Clementis & Urbani VIII. circa absolutionem casuum, non revocatur facultas dispensandi ex privilegij; tum denique quia etiam citra privilegia, ex iure & proprio officio, habente iurisdictionem quasi Episcopalem, & subrogatam in Prælatos exemptos, pro suis subditis, possunt plura; quæ admissa generaliter ab alijs, etiam nostris applicanda venient, & breuiter iuxta cuiusque exigentiam indicanda.

II.
Dispensatio ad ordines.

¶ Circa dispensationem illegitimarum, quantum ad ordines sacros, notum est, ex cap. 1. de filijs

Præbiter, ex iure dispensari, si monachi fiant, nullatenus verò ad prælationes, & similiter, neque ad dignitates, & personatus & alia beneficia curam animarum habentia, ex cap. fin. eodem tit. de quibus omnibus dictum est, sup. cap. 2. à num. 1. usque 5. & inde constat: in nostra Congregatione, ad Generalatum & Abbatias, non esse potestatem legitimandi, sed solum per Papam; de cætero reddendam esse ad Capitula, & iuxta hæc moderanda indulta Observantiæ Eugenij IV. to. 2. priu. 9. n. 14. & pri. 10. num. 10. & Clementis VII. priu. 25. Ac circa irregularitatem si quam occasione Apostasie contraxerint fugitivi, dictum est, Cap. precedent. num. 4. cum seqq.

¶ Deinde Eugenius IV. citatus concessit Generali Reformatori, ut dispensare possit cum omnibus Obser-

III.
Ab irregularitatibus

uan.

uantia personis, in quibuslibet irregularitatibus, ante & post ingressum religionis, ex quavis causa contractis, præterquam in homicidio voluntarij, mutilationis membri, & bigamia casibus, semel tantum cum quolibet, &c. Quam limitationem sustulit Iulius II. qui tom. 2. priu. 19. num. 2. ampliauit facultatem Generalis, vt in irregularitatibus ex Apostasia, & etiam quibusuis alijs causis ex transgressionibus præceptorum Regula & diffinitionum, Patrum, & Prælatorum præuenientibus, non solum semel, sed quotiescumque opus fuerit, dispenses dictus Generalis, & extendit ad Abbates quod dictum est pro fugitiuis, Eisdemque Abbatibus Eugenius IV. to. 2. priu. 9. concedit vt in quibuscuque irregularitatibus & inhabilitatibus dispensent, præter referuatas Sedi Apostolicæ. Et exceptis tribus supra dictis, ex Innocent. IV. & Eug. IV. in Bullario apud Hierony. Rodr. in Cõpẽd. qq. Resol. 51. n. 23. Verum tamen tam Generali pro tota congregatione, quam cuiuslibet Abbati pro suo monasterio concessit Gregorius XIII. adductus sup. cap. 13. n. 14. vt dispensent in irregula-

ritatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta quæ oritur, ex homicidio voluntario, & vt sit in foro conscientia, iuxta concessionem Episcopis factam, per Concilium Tridentinum sess. 14. de Reformat. cap. 6. de quo dixi vbi sup. num. 15. &c. & iuxta illud, etiam secluto hoc privilegio, stat hæc facultas in Abbatibus Regularibus, in omnibus, quæ secluto eo indulto, ex ipso iure non erant Episcopis prohibita vt ibidem notat.

¶ Dum autem in prædicto privilegio, dicitur: *ex delicto occulto*, non comprehenditur in eo irregularitas, quæ sine peccato prouenit, vt quæ ex corporis defectu, & bigamia vera, ad differentiam similitudinariæ est, vt bene aduertit Paulus Piascius, in *Praxi Episcop.* 1. part. cap. 1. art. 10. n. 1. aliæ enim nõ procedunt ex delicto. Atque dum excipit ab his, prouenientem ex homicidio voluntario criminoso, si sit prorsus occultum, vt non nisi ex confessione patrantis sciri queat, posse talem irregularitatem, iure communi dispensari ab Episcopo contendit Miranda, tom. 2.

IV.

Notanda
pro cõf.
dem.

TRACT. MONAST.

Quest. 2. art. 10. ac proinde idem licere Praefatis regulatibus. Sed etiam ex privilegio Martini V. ab eodem ibidem addo. Et ab Emanuel. tom. 1. quest. 24. art. 8. & in Cöpend. nostro Cist. verb. Dispensatio, §. 5. Concedere Abbati (sive Priori) S. Benedicti Vallisoleant, eam facultatem dispensandi omnem irregularitatem, Etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reservat in morte videlicet, & membrorum truncatione, dum tamen aliquid horum non sit notarium. Quod privilegium nobis per extensionem cöpetere constat, ac esse validum, & in praxi vigere, uterque author citatus testatur; Nec alunde, per reudicatos praedictas quoad dispensationes, ablatum est, ut notavi sup. num. 1. semperque quoad monachos subditos tantam, intelliguntur subditadi concessiones.

V.

Vade sumenda facultas.

¶ Ex his ergo principiis facultatis; scilicet aut ex iure, iurisdictionis quasi Episcopalis, quod non exigit specialia privilegia, sed competit Abbatibus respectu suorum subditorum & in materijs status Religiosi, ad instar Episcoporum; aut ex specialibus

privilegijs, quatenus non sunt derogata, siue immunitate nobis concessa, siue per extensionem communicata, prout in praecedentibus insinatum est: deducenda est facultas dispensandi in irregularitatibus, quas late referunt praedicti auctores, & assj, quod mihi in tractatu brevis non vacat. Sed attendenda qualitas facultatum, & limitatio earum, ut vel ex iure, vel ex privilegio dispensans, non praetergrediatur limites. Et dum dispensatio est, causa subesse debet. Forma autem abolendi irregularitatem, non ita alligata est verbo *dispensandi*, quin per alia verba quibus id significatur, & intendatur, possit fieri, ut per verbum *absolvo*, licet improprium, vel *libero*, vel *relaxo*, & similia exprimendo irregularitatem, aut impedimentum quod tollitur, dispensari sufficienter intelligitur. Sic in simili, per concessionem alicuius privilegij ad *absolventiam* ab irregularitatibus & inhabilitatibus, licet per verbum *absolventi* dicatur, in significatione tamen dispensandi, iuxta materiam, cui expressè applicatur, est intelligendum, tradit Suarez, tom.

Absolvo etiam pro dispenso.

4. de Relig. lib. 2. cap. 21. num. 13. usque in finem, contra authorem Compendij Cisterc. quem licet nostrum, in hoc non defendo. Irregularitas vero, si qua ex iure dispensabilis est ab Episcopo ordinario, erit etiam & iure ab Abbate respectu sui subditi; alias nihil poterit, nisi iuxta privilegiorum, quibus utretur, formam. Et notandum, quod privilegium concessum specialiter superiori Prælato, v. g. Generali, non extenditur ad inferiorem nisi exprimat; bene tamē ē contra, quod conceditur Abbatibus, seu inferioribus prælatis; etiam superioribus, quibus illi subordinantur, intelligitur concessum, quamvis non nominentur in concessione, & diuersum sit nomen eorum, vt docet Suarez vbi sup. cap. 13. num. 16. Quod inter nostros citra dubium est, cum etiam Generalis, Abbas sit; sed idem esset etiam si Abbas non esset. Sed tamen id intellige quātum ad ea, quæ iurisdictionis & potestatis Religiose sunt; nam quæ dignitatis Abbatialis propria sunt, sine illa dignitate non extenderentur ad superiorem absque expressa, & spe-

ciali mentione.

¶ Nunc de dispensatione circa vota, solum inuenio indultum Eugenij IV. tom. 2. priu. 10. num. 33. vt quilibet Abbas Observantie, possit absoluerē ab omni voto donatos, & oblatos, & commissos, quandiu in societate Observantia permanserint, excepto Religionis; si tamen sine licentia recesserit, teneatur redire, vel votum implere. Atque hoc forte impetratum est, tamquam ad personas fere extraneas & secundum quid Religiosas; nam ad propriē tales, privilegijs non opus est, pro votis peculiaribus subditorum, in quos, & per iurisdictionem ordinariā, habet Prælatas, similē Episcopis facultatē, ad dispensandum in eis: & in super, per potestatem dominatiuam in cuius dominiū, per professionem & votum, translata est subditi voluntas, cuius vota irritare potest; De qua materia, quæ communis est omni Religioni, agunt latissimē authores, Sanchez, Suarez, Rodericus, Miranda, Faustus, Tamburinus, & alij, quibus hanc communem prouintiam deferro.

¶ Præterea circa obseruantias regulares, Eugenius

VI:

Dispensatio in votis.

VII:

In Obseruantijs regularibus.

FRACT. MONAST.

pius IV. citato priu. num. 12. concedit Generali Reformatiori, ordinare cum consilio seniorum, quas horas & quibus diebus monachi dicant officium cum cantu, aut sine cā in choro, in quolibet Monasterio Obseruantia, &c. Totum que ferè illud priuilegium, versatur circa obseruantias Regulæ, vsuum, aut definitionum; de quibus in meis *Notis literalibus*, ad Regalam S. Bened. latè egi, & etiam contra I. Garamelum, de illius obligatione, in *Lacina addita Notis, plicat*, 1. & peculiari-ter de potestate & modo dispensandi, eod. lib. in *Introduct. art. 9. & n. nu. 9. & ad cap. 21. & num. 3* & sæpius, ubi occurrit occasio, similiterque in presenti Tractatu, deduci potest, ex dictis de potestate Capituli generalis, *sup. cap. 6. & 7* Nam etiam ex potestate & iurisdictione quasi Episcopali, & ordinaria, quæ primo, & principaliter residet in Generali, vt in Supremo Prælato, in eo, in quo non fuerit, vel à Pontifice, vel à Generali Capitulo expressè limitata expedita manet, ad dispensandum debito modo, ex iure & ratione sui muneris, sine nouo aut speciali priuilegio. Et idè

dicendum est, de Abbatibus, Generali etiam subordinatis, proportionali modo, iuxta probata sup. c. 6. & n. 11. cum seqq. & fulciri potest, præter ibi adducta, ex ijs quæ tradidit in re Suarez to. 4. de Relig. lib. 2. c. 13. &c. Nā etiam si de his & similibus, specialia inueniātur priuilegia, nihil adducunt nisi ius cōmune, vt clariùs constet, & vt ex leuiori causa dispensare liceat, vt aduertit citatus author, *ibid. cap. 12. num. 19*. Et contingit, ob rationes quas dedimus *sup. cap. 7. num. 8*. priuilegia alias non necessaria oblinere.

¶ Obiter autem, dum reuincidi hīc in limitationē iurisdictionis Generalis, occurrit quedam, quæ in nostris definitionibus apponitur, vt debito modo intelligatur. Nec enim tantum tribuendū est limitationi, vt potius abrogatio officij videatur. Habetur illa c. 9. n. 12. in qua dicitur. *Non potest Generalis se intrōmittere in gubernio spirituali, nec temporalis Monasteriorū, &c.* Nam si absolute, vt sonat acciperētur verba, role potestatem in temporalibus & spiritualibus à Prælato quotūque, quid quæso remanebit officij? Esset ex

VIII.

Expendi-
tar quedā
limitatio
Generalis
nostris

dis

Alametro oppositum illius institutioni, in esse talis Ordinarii, & eisdem verbis Pontificis, ut visum est, *sup. cap. 11. num. 7.* Nam per eadem verba constituuntur Episcopi, in sua ordinaria potestate Episcopali, ut adducit Bellarminus, *tom. 1. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 24. in fine.* Quare solum intendit Capitulum, quod etiam post Eugenium IV. ex presc. Iulius II. *tom. 2. prinil. 17. num. 4.* ut Monasterium per Abbatem triennalem immediate regatur, & gubernetur, qui etiam Prælati ordinarius localis est, & ei competit ex officio, & ex decencia eius proximum, & ordinarium gubernum habere. Quod vult definitio, ut nec præoccupetur, nec impediatur a Generali, cum secundum ordinis modum, Regulam, & definitiones, procedit Abbas, quasi ex libito eius, sed legitime a causa, & que significat verbum *inrominere.* Nam si vel deuiet Abbas, vel aliquid expediat præcipere ad bonum Religionis, atque monasterij, præsupposita, pro exigentia rei, debita notitia, aut cognitione necessitatis, non solum dum visitat, sed

quocumque tempore, in his quæ specialiter non sunt interdicta, aut limitata, ordinaria potestate poterit; iuxta vniuersorum doctrinam, iam supra *cap. 10. & 11.* traditam.

¶ Sed progrediendo rursus in dispensationibus, quod dictum est, *num. 7.* de obseruantijs regularibus dispensandis, ut id possint Abbates ordinaria sua potestate, quasi Episcopali, intelligendum est, dummodo per definitiones, aut Superiores expressè, & effeaciter non fuerit limitata. Insuper autem extendenda est, ad dispensationes, circa præcepta Ecclesiæ in ieiunijs, &c. ut respectu subditorum, solum denegari eis possit, quod ordinario iure denegatur Episcopis respectu suorum. Ad id etiam quod ultra est, utpote exorbitans a iure, si non suppetant priuilegia, nec facultas suppetit. Ex hac tamen potestate circa præcepta Ecclesiastica, confirmatur potestas illa, quæ circa Regularia est, ut scilicet a fortiori, ex eodem principio sit concedenda, con muni iure. De quo etiam citatus Suarez *tom. 4.*

IX.

Rursus de dispensationibus.

FRAGT. MONAST.

lib. 2. cap. 12. a num. 18. & alij.

X.

Prolequi-
tor de eis
dem spe-
cialius.

¶ Ut autem eadem or-
dinaria potestas magis ad-
iuuetur, ad facilius, & le-
uius dispensandum, aliqua
subiungo indulta. Primò,
circa infirmos & debiles,
indultū est, quod Abbates
possint assignare nume-
rum aliquem orationum
dicendarum, pro penso ho-
rarum Canonicarū. Quod,
allatis pluribus Pontificū
privilegijs, firmat author
nostri Compendij Cisterc.
verb. infirmi, §. 2. 3. & 4. ad-
deus in scholio, ad tra-
quillandas conscientias Re-
ligiosorum, concessam esse
ā Pontificibus sufficientiā
causæ, arbitrio superiorū:
eamque tamquam favora-
bilem, esse amplè interpre-
tandam, vt num. 7. diceba-
mus. Secundò, circa ieiun-
ia, adducit aliqua privile-
gia, vel ad anticipandum
horam prandij, vel collatio-
nis serotinæ ex causa, & ad
prohibitos cibos in infir-
mitate, Hieronimus Rode-
ricus in Compend. qq.
Reg. Resol. 75. num. 2. & 3.
aduertens bene, nihil ultra
ius commune continere,
sed tantum ad sedandum
scrupulos Fratrum. Terc-
tiò, Pro nostra Obseruan-
tia, ad instantiam Magist.

Martini de Vargas, super
dubijs, & scrupulis quo-
rumdam, Eugenius IV.
tom. 2. priuil. 10. decla-
rat quædam, quæ prorsus
nullo egent privilegio; sunt
enim, aut circa constitu-
tionem Gregorij XII. quæ
nusquam pro nostra Reli-
gione Cisterciensi vidi-
mus, ne dum pro Obser-
uantia Congregatione.
Quædam circa Constitu-
tionem Benedicti XII. ex
ordine Cisterciensi assump-
ti, quæ incipit Fulgens sicut
stella, &c. & habemus,
1. tom. priuil. 58. quam
suspensam fuisse au-
thoritate Apostolica, te-
statur ipse Episcopus Tri-
uinius, qui oracula illius
privilegij Eugenij, eius in-
dulto, & autoritate, mu-
nit: & pro nostra Obser-
uantia specialiter, & ex-
presse reuocatur, ab ipso
Eugenio IV. tom. 2. priuil.
7. num. 15. Quædam circa
Regulam: vt quod Abbas
dispenset, vt nudis tibijs,
id est sine caligis, dormiant
Monachi, si expediat.
Quod impediti, post com-
pletorium Officium B. Vir-
ginis, & defunctorum per-
soluant. Quod cum consi-
lio seniorum circa minora
Regulæ dispenset. Quod in
diebus cœnæ, ultra salen-

tiam, & fructus, in nocte
detur vnū pulmentū, & alia
similia; quæ vel ex Regula
licent; vel ex ea & iure po-
testas dispensandi latius pa-
tet, quàm fauor priuilegij
promittit. Atque adeò de
huiusmodi indultis, non
multum laborandum no-
bis est, licet quæ de alijs
materijs occurrerit op-
portunum, non omit-
tam.

XI.

Dispensa-
tio in Mis-
sa

¶ Tale autem est, quod
ipse Eugenius IV. *dicto*
pruul. 10. num. 16. conce-
dit Generali Reformatori:
Ve de Missa de B. Virgine, &
defunctorum quotidianis, &
Matutinali, ab antiquo, per
ordinem institutis, disponat
cum consilio seniorum, & fa-
ciat libere secundum quod si-
bi videbitur, attento numero
Sacerdotum. In quo scien-
dum est, has Missas non esse
de illis, quæ dotatione
aliquâ speciali, obligatio-
nem iustitiæ commutati-
uæ inducunt; sed solum ex
prescripto Ordinis, qui
instituit hebdomadas quo-
tidianas, vt Missam Mai-
orem Conuentualem, & in
diebus solemnioribus et-
iam Matutinalem, post
primam dicendam; item
hebdomadam, de Virgi-
ne Maria, & aliam pro-
defunctis, applicando eas

vel Conuentui, veli dece-
dentibus monachis, præ-
sentibus, vel præteritis, a-
lijs ve defunctis, ac etiam
Regibus, & Fundatoribus,
grata & libera memoriâ,
quoad ordinem ista insti-
tuentem, sed obligatio-
ne præcisâ, quoad mini-
stros per quos implenda
est, vt suo loco distinctius
dicemus. De his igitur
Missis, procedit facultas
dispensandi, commissa Ge-
nerali, modo dicto. In quo
indicitur consiliū senio-
rum; sed decisio relin-
quitur ipsi, vt consulta-
tionem teneatur facere,
aut accipere à seniori-
bus talis domus, sed non
sequi consultationem, si
aliud iuxta numerū Sacer-
dotū viderit debere fieri, ne
sibi ipsis cōsultores blâdiâ
tur, vt onus deponant; sed
Generalis æquus inspe-
ctor videat, an ferre praua-
leant.

¶ In hoc etiam aduer-
to (quod & ad alia prode-
rit) huiusmodi facultatem
dispensandi, posse confer-
ri à Capitulo generali, &
sicut de alijs rebus diffini-
tionem facere, constatque
ex verbis priuilegij, non
esse opus peculiari priui-
legio ad hoc. At enim
tales Missas hebdoma-
das

XII.

Animad-
uerſio no-
taoâ.

TRACT. MONAST.

das, ab antiquo per Ordinem instituta, si igitur per Ordinem instituantur, ergo & per Ordinem possunt destitui. Cum autem Capitulum generale, sit totalis potestas ordinis cuiusque Congregationis, aequalisque omni precedenti Capitulo: nihil ager in eo, quod prætergreccatur spheram suæ conditionis; si quidē ibi nec est lex aut præceptum superioris, nec appareat in eo confirmatio essentialis Pontificis, aut irritativa facti in contrarium, iuxta dicta *sup. cap. 6. à num. 4. cum seqq.* Et licet ab antiquo extet consuetudo obligans subditos, semper legislator remanet author legis, qui possit, & eam reuocare & mutare: imò etiam consuetudinem

contrariam ipsi, abolere. Talis enim consuetudo, nõ adquisiuit vim & valorem legis, nisi virtute Principis aut superioris, valentis cõdere legem; vnde in cuius manu & potestate est lex, est & consuetudo. Quæ omnia communis doctrina est DD. in materia de legibus, & in præsentī casu efficax, atque in similibus dum non constet aliam potiore obligationem, vel ex superiore auctoritate prodire, vel ex iusticia interuenire. Quænam verò in his nunc interueniat, dicam *infra cap. 29. à num. 3.* interuenit enim in aliquibus Milsis regularibus nõ sctæ Congregationis, peculiaris ratio ibi examinanda.

*Superiorum Obseruantia nostra, circa
eiectos, transeuntes ab illa, aliisque
transitus, potestas,*

C A P. XVI.

I.

Sunt & aliqua, in quavis Religione, quorum potestas & factum, non sit penes vnum superiorem tantum, sed plures inuoluat, aut competat multis; non solum quatenus pluralitas inuenitur in collectione aliqua

personarum, ve in Diffinitio, aut Capitulo, quod reputatur quasi vnus superior; sed etiam quatenus alias quasi vage inuenitur in singularibus personis. De quibus tamen omnibus necesse est, promiscue agi,

agi, vt in præcedentibus aliqua, & in præfenti cap. fere omnia.

¶ Quorum vnum est, circa eiectionē seu dimissionem monachi incorrigibilis à monachatu, nō quantum ad vota Religiosi status, & professionis, quæ secum semper defert, indispensabilia per quemcumq; Papa infriorem, sed quantum ad habitum & cōsortium Monasterii. Hoc autē licere, ex iure constat, ex c. Resecanda. 24. q. 3. & cap. cum ad monasterium, de Regul. ex Regula S. Benedicti cap. 28. & 19. & alijs locis. Ex iure diuino naturali, iuxta citata ibidem a B. Benedicto, 1. Cor. 5. auferte malum ex vobis, & 1. Cor. 7. in fidelis si discedit discedat, &c. Etiam ex autoritate, ita enim defendit Episcopus Vrgell. Mag. Antonius Perez, in Comment. ad Regul. ad cap. 28. num. 12. cum seqq. Bartholomeus à S. Fausto Cister. in Thesouro Relig. lib. 6. q. 226. & generaliter pro omni religione Thomas Sanchez, cum ingenti (vt solet) authorum congerie, lib. 6. summ. c. 9. à n. 1. quibus adde Azorium, to. 1. lib. 12. c. 16. & alios. Nihilominus in constitutionibus Beneditinorū Vallisoleri, cap. 36.

cauetur de non eiciendis monachis, etiam tertio fugitiuis, nō obstatē Regula; quā credunt certis dispositionibus Cōcil. Trid. moderandā: & in nostræ Obseruatæ diffinitionibus, c. 23. n. 11. id absolute ordinatur.

¶ Ego de hac re regi in meis Notis literalib^o ad Reg. S. Bened. circa c. 28. à n. 1. adducto decreto Vrbanⁱ VIII. edito anno 1624. ex authentico instrumento, relato apud Hieronym. Roder. in Comp. Emanuelis, Resol. 57. n. 3. & etiam integrè, cū alijs decretis simul editis, apud Afcaniū Tambur. to. 3. de iure Abb. disp. 8. q. 2. Vbi Pontifex præscribit modum incorrigibilitatis probandæ, & formam incorrigibilis expellendi, vt scilicet, concurrent omnia, quæ ex iuris cōmunis dispositione requiruntur, sublatis in hac parte statutis & constitutionibus cuiuscūque Religionis, etiam à Sede Apostolica confirmatis; & etiā vnus anni spacio, in ieiunio & pœnitentia probeatur in carceribus, & si non resipuerit, tãtùm ab ipso Generali de consilio & assensu sex Patrū, ex grauioribus religionis, eligendis in singulis Capitulis geaeralibus. Instructioque, secundum stilum & constitutiones, processu

II.
De eiectionis, aut dimissionis.

III.
Modus ex Vrban^o VIII.

TRACT. MONAST.

casu, & plenè probatis causis, &c. Iuxta quod cætera supra dicta attemperanda erunt hodie. Ad quod, in nostra Observantia, in qua singulis Capitulis generalibus, eliguntur sex Diffinitores, qui per totum triennium durant, iidem censentur electi, pro huiusmodi causis, sicut pro alijs innominatis. Eorum non solum consilium sed & consensus requiritur de cisiuè; non tamen exigitur forma Capituli generalis, aut intermedij, ad causæ determinationem; sed quocumque modo in cætum conueniant erit satis. Animaduertis sequenti -- bus.

IV.
Explicatur
ad nostros.

¶ Primò, decretum prædictum esse intelligendum, sine præiudicio iuris diuini, & naturalis, cui perpositiua hominis præcepta, utpote inferiora, non derogatur: & ita stante casu moralis scandali & nocuamenti spiritalis, cui aliter mederi nequeat, licebit, imò, & obligabit expulsio. Tametsi casus rarus sit adeo premens, & de quo oporteat satisfactionem præstare, iuridice eam requirenti. Deinde in illa reuocatione *statutorum & constitutionum religionis*, non

videtur intelligi reuocata Regula propriè; interquam & constitutiones, quæ Regule approbatæ rationem non habent, ad essentiam status religiosi requisitam, distinxit Siluest. *verb. Relig.* .1. q. 7. & ita distingui videmus, *sup. cap. 6. num. 2.* circa priuilegia Eugenij IV. aliter de alterutro disponentis. Vnde casus Regule *dicto cap. 29.* de non recipiendo monachum, post triplicem fugam; non videtur reuocatus, qui casus, etiam in nostris diffinitionibus, *ubi sup. cap. 33. num. 9.* exceptus est. Quod verò *num. 11.* addit, ut nullus professus eiciatur, ob nullam culpam aut causam; non loquitur de prius dicto non recipiendo monacho, iam ter egresso; sed de numquam egresso per fugam, non eiciendo propter aliquod delictum. Quod intelligendum est, citra incorrigibilitatem, ad quã puniendam præscribit modum Urbanus VIII. *ubi sup.* Cæterum, & ex Regula, quatenus liceat recipere fugitium, ultra tertiam fugam, dixi in citatis *Notis, ad cap. 29. numer. 1.*

¶ A prædictis autem limitationibus expellèdi, aut pri-

V!

De tortura, & trime-
mibus.

privandi habitus, excipien-
dus est casus, tamen num-
quam inter nostros visus,
& Deo dante, forte non
videndus, quo, propter ali-
quod atrocius flagitium,
damnaretur aliquis mo-
nachus, ad trirames. Ad
quod, & ut torturæ subia-
cere possit, concessit fa-
cultatem Observantiæ nos-
træ, ipse Urbanus VIII.
& accepit privilegium
Capitulum generale anno
1626. disponens casum &
modum, quibus eo esset
utendum, in definitioni-
bus, *cap. 34. num. 5.* Ad
eundem effectum damna-
tionis trirameum, est pri-
vilegium Pij V. pro ordi-
ne D. Hieronymi, ut ex-
eius Compendio, adducit
Hieronymus Roderic. in
Compendio 99. Regul. Resol.
48. num. 11. & Emanuel.
tom. 1. ques. 20. Quæ tamen
facultas, non videtur præ-
tergredi limites iurisdic-
tionis quasi Episcopalis, &
ordinariæ, quam in suos
Clericos exercet Episco-
pus; & ea etiam Prælati
competit, ut pote iurisdic-
tio iudicialis, in externo
foro, ut videbimus *infra*
cap. 17. Et licet in maiori-
bus causis, ipso iure, limita-
ta esse solet facultas infe-
rioribus, maximè cū pœnæ

adeo extraordinariæ sunt.
Sed in Generali & Capitu-
lis residere, præsupponere
videntur auctores, agentes,
an liceat monacho damna-
to ad trirames, fugere? de
quo citatus Hieronym.
Roderic. *num. 12.* Bonaci-
na, *tract. de Clausura mo-
nial. q. 2. punt. 11. §. 1. num.*
8. Sanchez, *lib. 6. sum. c. 8.*
n. 16. Suarez, *to. 2. de Relig. li.*
4. de Horiscanon, cap. 17. n. 9.
Nihilominus ipse, punctū
tractat, *to. 4. lib. 2. c. 10. licet.*
cum Navarro, resoluat ad-
esse talem potestatem, eam
tamen consuetudine tantū
falcit adquisitionem, & egre eā
defēdit à periculo canonis
si quis suadente. Tum in tor-
tura; quæ licet non debeat
fieri per laicos, nisi in ipsa
excedere necesse sit ordi-
narium modum pœnarum
regularium, laico modo; ta-
men & in percussione laici,
& in excessu per Religio-
sum, potest esse periculum.
Tum in trirameum pœnæ,
quæ ex posita est crude-
li flagellationi etiam per
laicum. Et ideo extanti-
bus his difficultatibus,
quæ numquam in nostra
Religione per consuetu-
dinem ablata sunt; opus
fuit privilegio expresso
præmuniri, & in usu ipsius
privilegij, omnē cautionē,

&

TRACT. MONAST.

& moderationem adhiberi, ut monent citati auctores, & citatus Suarez, *tract. 10. de Societate Iesu lib. 10. cap. 2. num. 32.*

VI.

Licentia
transseundi
ad alteram
Religionem.

¶ Nunc vero circa transitum ad aliam Religionem Eugenius IV. *10. 2. prin. 10. num. 19.* Concedit licentiam & auctoritatem Abbati Reformatori, quod cum consilio aliquorum seniorum, libere & licite valeat, ex iuxta causa, vel necessaria, vel expediente, concedere licentiam cuiuscumque monacho, vel conuerso Observantia, transseundi in perpetuum ad aliam Religionem, vel parem, vel strictiorem dum tamen consensus maioris partis consentus illius accedat, cuius professus fuerit qui mittendus exiit, & non aliter. Quod privilegium nihil continet, quod spectata potestate Generalis, ex iure communi, non posset, ut Suarez tradit, ex principijs iam dictis, de iurisdictione ad instar Episcopii, & loco eius subrogata, *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 11.* imò, & ad Abbates locales id extendit. Nam ad strictiorem, satis constat ex *cap. licet de Regular. & Concilio Trident. sess. 25. de Regul. cap. 19.* & Sanchez *lib. 6. sum. cap. 7. num. 59, & 63.* Iametsi li-

centia requisita, quam ipse censet sufficere dari à Prælato inferiori, & locali, in nostra Observantia non sufficiat; cum Abbatum potestas limitata sit, ut nec ad transitum unius monasterij ad aliud possint, licentia: & licentia debet esse cuius est proprium dare, aut negare illam. Imò, & postquam nostra definitio *cap. 33. num. 13.* alligauit eam Generali, iuxta verba præfati privilegij, agendo ex illo, etiam si restrictio esset, ita seruanda est. Atque adiuncto consensu conuentus, cuius est Religiosus, etiam secluso privilegio, posse dari licentiam transitus, ad quæ strictam Religionem, in quo quædam voti commutatio tantum interuenire videtur; tenent uterque citatus auctor. Imò & extendunt ad minus strictam, rationabilibus, & iustis causis extantibus, etiam si in hoc interueniat dispensatio quædam, quam non excedere potestatem prædictam, nec esse contra Concilium Trid. præter citatum Sanchez, tradit Azor, *tom. 1. lib. 12. cap. 14. quest. 8.* referens pro se Canonistas; & sequitur Reginaldus, *lib. 18. num. 413.* Et hoc est quantum ad licentiã, quam possunt

sunt de Superioribus ad trā-
situm.

VII.

Prohibitio
trāsitoris.

¶ At vero loquendo de
limitatione, aut prohibitio-
ne, quam monachus habet
ne transeat ab Observantia
ad aliam Religionem aut
Congregationem, adduxi
priuilegium *sup. cap. 14. nu-
6.* ubi Eugenius IV. pro no-
stra Observantia, statuit &
decernit, quod nullus Religio-
sus Observantia professus abs-
que Generalis Reformatoris,
& etiam Abbatis & Con-
uentus Religiosi illius, petita,
& etiam obtenta licentia, pos-
sit transire ad quemcumque
ordinem, vel monasterium, pro-
prij, vel alterius ordinis, sub
excommunicationis pœna, quã
alias ipso facto incurrat, &c.
addens de recipientibus, &
detinentibus, quod citato
loco diximus. Circa hoc P.
Marcus à Villalba, *dub. 18.*
cõten dit, nostris monachis,
aut Conuersis, non licere
transitum, ad alium ordinẽ
etiam Carthusiã; adducitq;
generalia priuilegia Ordinis
Cisterciensis, Nicolai
IV. & Eugenij IV. *tom. 1.*
priuil. 46. & 77. in quibus,
strictissime prohibetur trã-
situs, in priori, sine excep-
tione, in posteriori, excep-
ta expresse Carthusiã. Alia
que peculiaria Observan-
tiã citat, non inuenio, præ-

ter iam adductũ, & in quo
præcipue fundat intentum,
ex eo quod nullam excep-
tione in facit. Et roboratur
ex eo, quod priuilegium
hoc proprium Observan-
tiã, est etiam Eugenij IV.
sicut illud Cistercij, vix se-
mestri interuallo interue-
niẽte; & cum in vno scilicet
Cistercij, exceptionem di-
ctam expresserit, tamen in
nostro, nihil excepit. Item
roboratur ex *cap. Non est vo-
bis, de Regul. vbi Alexander
3.* expresse decernens de Ci-
sterciensibus, eorum trãssi-
tum strictè prohibet, quia
vt constat ex Concilio La-
teranensi sub Alex. III. cuius
verba adducit etiã Sua-
rez, *tom. 4. de Rel. tract. 8.
lib. 3. cap. 10. num. 25.* ordo
Cisterciensis, ea Religione
præmineat, & virtute, &c.
Atque glossa ibi notat, Ci-
stercienses Monachos, non
posse ad alium ordinem
per transire, quia nullus ar-
ctior reperitur.

¶ Nihilominus dicen-
dum est, absolute & simpli-
citer, monachum Observan-
tiã, posse transire ad arctio-
rem ordinem, & ea perfe-
ctione maiori extante, Præ-
latos ad quos spectat, teneri
in conscientia licentiam
bonũ quod, in promissione

VIII.

Resolutio
in eo re-
nenda.

De trãssitu
ad Carthu-
siam.

pro;

TRACT. MONAST.

professionis, semper intelligitur saluum. Quod tetigi in meis *Notis Lateralibus ad Regul. cap. 61. num. 1. & 2.* Neque supradicta aliud conuincunt. Tùm quia non solum fit ea exceptio Carthusiæ, in illo Cistercij privilegio fere per dimidium annum, posteriore, quàm nostrum; sed etiam in iure, in *extrauag. viam ambitiosa. De Regular.* & in re adeo recepta, non videtur ei derogari, per verba vniuersalia, quæ in privilegio, etiam excepta Cartusia, remanent cum effectu, vt non iudicetur privilegium inutile. Tùm quia etiam hæc exceptio, non fundatur, nisi in eo quod iudicetur & sit arctior. Vnde si Carthusia, ab eo rigore deficiat, ob quem alijs ordinibus præfertur in iure; aut institutus postea sit vel institutatur aliqua Religio, quæ spectatis omnibus arctior iudicetur, præferenda erit. Atque ita glossa supradicta, nihil diuersum continet, cum ratio eius prohibitionis, si tunc ab Alexandro III. facta est absoluta, aut ita intellecta respectu Cisterciensium, erat quia nullus ordo tunc, Cisterciensi arctior, reperiretur. Quod nostræ confus-

sionis erit, ab ea perfectione, & rigore cecidisse; sed non erit nostri iuris, illud, quod inde habuerit Carthusia, aut alius ordo habeat, impedire. Tùm denique ad hos terminos debere redduci ipsa privilegia; loquens in casu Cisterciensium, determinat ipsum ius Canonicum, in *cap. licet de Regul.* Vt maius bonum minori sit præponendû, dum ita constet esse.

¶ Cum prædictis tamen stat, vt licet mens privilegij, aut Pontificis etiam in iure, non sit absolute prohibere trāsitum, ad arctiorem ordinem, & in melius transferre votum, quod nec, si intendere, potest vt sic; tamen potest præscribere modum, & circumstantias, aut requisita, vt id melius, & conuenientius fiat; occurrendo incommodis, quæ ex transitu alias facto emergunt. Nec obtinetur bonum maius, si ad id omnis iustificatio transeuntis, & permittentis transitum ruat. Qua propter Monachus noster, ad prædicta in privilegio *sup. num. 7.* adducto tenetur. Ad talem enim modum efficaciter decernendum, & irritandû, quod alias fiat, imponendumque pœnas contrarium faciens

IX.

Sed modus specialiter seruandus

tibus, potestas, denegari Pontifici non potest, si ne iniuria, neque presumi, quod illicite abutatur potestate, in rebus, adeo serijs, & ad præcipuum Delictum, & debitum Religionis obsequium pertinentibus. Vt in simili profequitur Iulius Suarez, tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 12. à num. 2. cum seqq.

X.

De transitu
aliorum
ad nostros.

¶ Circa transitum vero ad aliam personarum Religionarum, ad nostram Congregationem, peculiare indultum non inuenio, nisi quod colligi videtur, ex ipsa prohibitione transitus nostrorum Monachorum ad alios ordines. Nam deus exceptionem Carthusiæ, cui & communis sententia Pontificum, & iuris fauet, ut visum est, ut declaretur archior ordo, reliquos, ad quos transitum prohibet aliquo modo iudicat, eos, aut laxiores, à quibus proinde ad nostrum possit esse transitus, aut in quibus possit dubitari, & requiratur, iudicium talis differentie: ut si non bene constet, ad ipsum Pontificem pertineat declarare illam, differentiam, prout sibi reseruat, stante dubio, in citato Cap. licet. de Regul. & ita

ex communibus principijs, de ratione voti, & meliori bono, ac alijs circumstantijs, resoluendum est, & attendendum etiam ad modum, auctoritate Apostolica præscriptum, pro illa Religione, à qua debet esse transitus, sicut diximus de nostra, esse enim par ratio. Et quoad nos, non solum in transitu ad aliam Religionem, sed etiam ad eandem Cisterciensem, si alienum sit monasterium à nostra Observantia, ut get privilegium adductum.

¶ De alio autem transitu, totius Conuentus aut Monasterij, ad nostram Observantiam, ut transeant in eius Reformationem, extant privilegia, quantum ad Monasteria Ordinis Cisterciensis: quorum virtute, cepta est Congregatio, & aucta insuper peculiaribus vnionibus Pontificijs, quas noster Magist. Fr. Ioannes Lope collegit 3. to. priuil. vsque ad numerum monasteriorum, quem perstrinximus *supr.* Cap. 2. Atque ut adhuc posset augeri, Gregorius XIV. 10. mo 3. priuil. 25. ampliauit facultatem vniendi, & subiiciendi reformationi Observantia pro Regnis Navarrae, Aragoniae, Catha-

XI.

De aggregatione aliorum monasteriorum.

K lonia

TRACT. MONAST.

loniæ, & Valentiz, pro monasterijs vtriusque sexus. Quod confirmavit omni restrictione sublata ad omnes diœceses Hispaniz Clemens VIII. *tomo 3. priuil. 19.* Quorum modum & tenores non subijcio, cum necessario in authographo sint consulenda, si quando casus fortè occurrat. Quinimo & tunc, necessaria esset, noua Sedis Apostolicæ authoritas, postquam recenter erecta est Congregatio Cisterciensis, Aragoniz, Valentiz & Cathaloniz, per Paulum V. bulla quæ incipit: *Pastoralis officij, &c.* die 19. April. anno 1616. & aggregata eidem Navarra, per Urbanum VIII. bulla quæ incipit: *Saluatoris nostri, &c.* die 10. Maij, anno 1634. Atque vtrobique prohibetur quilibet eorum incorporatio, aut vnio alteri Congregationi; nominatis nostrâ Castellæ, & etiam Portugaliz. Quæ, congaudens ipsorû, quicûque fuerint, profectibus, laudo; & quantum nostra interest, pro meo sapere, refragabor numquam.

XII.

De noua fundatione.

¶ Omitto similiter facultatem erigendi monasteria de nouo, ex Eugenio IV. *tomo 2. priuil. 4. nu.*

3. & priuil. 7. num. 9. & 10. diœcesani loci aut alterius cuiuscumque licentia minimè requisita; hoc enim sublatum est, per Concilium Tridentinum, *session. 25. de Regul. cap. 3.* reuocatis priuilegijs. Quæ etiam si ante prodesse, contra dispositionem *Authentic. de Monachis. in principio. collat. 1. & Concilij Calcedon. cap. Quidam, 18. quæst. 2.* etiam ex Trident. præmittenda est licentia diœcesani, quod nouissimè confirmavit Clemens VIII. vt adducit Quaranta, *verbo Monasterium.*

¶ Poterat autem quæri, de alio transitu, aut potius transmutatione eiusdem Religiosi, vt Conuersi in monachum, aut Donati in conuersum, aut e contra. Et quantum ad potestatem, transferendi Donatum, ad habitum & professionem Religiosi laici, seu (quod apud nos idem est) Conuersi, nulla est difficultas, posse id Abbatem, interueniente conuentu, & præcedentibus alijs requisitis anni probationis, & informationum, ceterisque, quæ deberent fieri si donatus non esset, sed prorsus secularis. Vt verò Conuersus transferatur

XIII.

Transmutatio Donati in Conuersum, aut huius in monachum.

ad monachatum; siue sit ad monachatum, que non nos vocamus *Zurdum*, & non extrahitur à laicatu, nisi in exterioriore habitu; siue sit ad verum monachatum, destinatum ad chorum; etiam est certum, ex se, non excedere potestatem Abbatis cum conuentu, nec egere noua probatione nouitiatus, aut professione, quia iam verè Religiosus est. Sed tamen adhuc requiritur, vt transeat ad verum monachatum, conuentus voluntas, vel ex eo, quod tenet Panormitanus, ad Cap. Non est. de Regul. m. 3. cum Glossa ad Cap. vi. lex. 27. quest. 1. scilicet Conuersum, seu Religiosum laicum, reputari tamquam seruum, monasterij seruitio additum; atque adeo monachum fieri, esse quasi manumitti; quod saltem consentiente Domino debet fieri, tenetque ratio in monachatu vero, non in *Zurda*, cuius rationem diximus, sup. cap. 2. num. 9.

XIV.

Quid in nostra Obseruantia.

¶ Caterum prædicta omnia, auctoritate Capituli generalis, per diffinitiones nostras, limitata sunt: ita vt nec Abbas, sine licentia saltem Generalis, possit admittere aliquem in monasterio, ad habitum mona-

chi *Zurdi*. Atque illum pariter aut Conuersum, neque Abbas neque Generalis, possint transferre ad verum monachatum destinatum ad chorum ac Sacerdotium, etiamsi transferendus habeat sufficientiam doctrinæ & literaturæ requisitam; neque Capitulum intermedium id possit; ablata omnibus, per diffinitionem, potestate dispensandi in eo, propter iustas rationes, quas in præsentibus non est opus memorare; & sufficit illa Pauli, 1. Cor. 7. *Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat, &c.* ex opposito enim experimur incommoda, & vanæ ambitioni plerumque datur occasio, cum dispendio monasticæ disciplinæ.

¶ De altera transuersione retrogada scilicet monachi, in Conuersum, aut Donatum, distingui oportet. Cōtingere enim potest, aut propter ineptitudinē subiecti; aut propter delictum, & utroque modo, aut in persona Sacris Ordinibus initiata, aut sine illis. Igitur ad statū Donati, nullus ex alijs Religiosis deuolui potest; nisi vsque ad solam delationē habitus, ob aliquod delictum aut ra-

XV!

Reductio monachi in Donatum v. l. Conuersum.

X a tiorum

TRACT. MONAST.

tionem, priuatus proprio; nam vota sunt indispensabilia, Monachus autem nondum in sacris constitutus, si aliqua interfit ratio aut ineptitudo, potest saltem à Superiori Ordinis Prælato, vt in nostra Congregatione à Generali: est enim res maioris momenti, quam vt cuiilibet locali Prælato habenti Supe-

riorem infra Papam, videatur concessa. Idque debet esse cum consensu conuentus talis Religiosi, nisi in pœnam per sententiam, ratione delicti, id fiat. Atque ita: cum pluribus resoluuit Thomas Sanchez, *lib. 6. summa cap. 7. num. 79. 80. & 81.* quibus adde Faustum Cisterc. in *Theaur. lib. 6. q. 187. & 188.*

Amplius de eorumdem potestate, in foro externo, spirituali, & temporali.

CAP. XVII.

I.
Externe
iurisdictione.

Presupposita ordinaria iurisdictione spirituali, seu Ecclesiastica, aut clauium, qua adinstar Episcoporum, in suos subditos, gaudent Generalis, & Abbates, accomodata & aptata suis: necessario sequitur, eam habere in foro externo iudiciali, quæ & in iure communi fundatur, & in privilegii, quibus fundamus eam pro foro interno. Nam vt rumque amplectuntur verba, *pleno iure*, & quæ de eodem regimine immediato, vel pro Generali, vel pro Abbatibus, adducta sunt *supr. cap. 10. 11. & c.* in quo nulla est dubitatio.

Nam id, amplius quam in omnibus aliis Prælatis, constat expressius in iure, quod ferè nihil habet dispositum, nisi sub nomine Abbatum, vt obseruauit Suarez *to. 4. de Rel. tract. 8. lib. 2. cap. 13. n. 2.* Et ita in eis non solum paternalis gubernatio, quæ orta maximè ex filiali vocationum Religiosorum subiectione, & inclusa in ipsa Abbatis nominatione, & præcipuè in visceribus misericordiæ, exercenda est, inuenitur: sed iudicialis, & coercitiua, instructa quæ viribus, quando opus fuerit exercendis, per præcepta, & cæsuras & alias penas,

¶ De

II.
Generaliter probatur remissive.

De hoc autem longa discretio esse institueda, si non omnino communis esset omnibus Prælati regularibus, qui licet Abbatiâ dignitate, ad præminentias eius proprias, non gaudeant; bene tamen ordinaria illa iurisdictione quæ ab illis præminentijs non dependet. Et ita ad communem doctrinam remittendum est, de iudiciali ordine Regularium; nam & iudicium intrinsecum, vel ex officio, vel ad instantiam partis, siue per accusationem, siue per denuntiationem, aut alijs modis; creare Secretarium, processum conficere, præcepta ponere, censuras fulminare, usque ad sententiam & executionem peruenire, & excepta mortis, mutilationis, aut sanguinis pœna, alias, prout delictum & statuta ordinis tulerint, irrogare, ex nostris definitionibus constat, & ex Alexandro IV. Pio II. & Innocentio VIII. præsupponit pro nostra Observantia Clemens VIII. tom. 3. prin. 30. in principio. De quibus omnibus agunt plures, ad rem, cum oportuerit consulendi. Sanchez in summ. tom. de triplici voto lib 6 & 7. & in tom. 2. Consil. Suarez

tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. Tamburinius nouiter, in diffusio illo opere de iure Abbatum. Miranda peculiariter tomo de ordine iudiciali. Franciscus Giflerius, de Iudic Regulari. Hieronym. Rodericus Compendiator Emanuelis, a Resolut. 37. de Correct. Fratrum, usque ad 48. & alij plures.

Aliquid tamen peculiare pro nostra Congregatione, cui præcipue labor noster insudat, omittendum non est, ut & inde ad alios, aptabilis doctrina resulter. Est enim prinilegium Clementis VIII. citatum, expe ditum pro nostra Observantia Hispana Cisterc. in quo memoratis aliorum Pontificum Sanctionibus ait: *statuimus & perpetua valituræ constitutione sancimus, quod nulli ammino persona dictæ Congregationis Regularis Observantia S. Bernardi liceat, ab ordinationibus, visitationibus, reformationibus, priuationibus, absolutione pœnis & sententijs suorū Abbatum, visitorum aliorumque Prælatorum, seu etiam Abbatis Reformatoris generalis & Capituli generalis, eiusdem Congregationis, ad aliquem iudicem siue Ecclesiasticum, siue sacularem, aut aliam quancum-*

III.
Specialiter aliqua.

TRACT. MONAST.

que per se habent, & appellare, aut alius quomodo libet, nec de se habere, & sic hic appellandi modus.
 Religiosorum, in causis Re-
 gularium, intercedatur
 recursus. Ad quod prius
 dicitur modum, præcisè
 observandum: ut ab eorum
 Superioribus ordinarijs; ad
 Abbatem Generalem; & ab illo
 ad Capitulum intermedium;
 & ab isto, ad Capitulum ge-
 nerale recurrere, & coram
 eis de eorum iuribus experi-
 ri; iuxta dicti ordinis & Con-
 gregationis privilegia, & re-
 gularia instituta, teneantur.
 Ad prædicta tamen Capitula
 generalia; pro notoria & ma-
 nifesta iniurijs, a se habent
 & apostolicam disintexat, re-
 ducere valeant. Itemque
 impeditio prorsus statutum,
 ab eodem Pontifice; pro
 Congregatione Cisterciën-
 sis obrogata, inter illius
 privilegia excoffi Venetijs
 prius ultimo, & om-
 nia conformiter ad Intro-
 ductum VII. generaliter
 pro Ordo Cisterciën. 1.
 primi; & num. 4. & 5. Ac-
 que prædictam ordinem
 non inuertendum, vidimus
 in præxi suffim Apostolico
 Nuncio Hispaniæ, ab Vrba-
 no VIII. per suas literas,
 in causam Monachi no-
 mi caplay dum Matritensis

monasterij, atheno. 623.
 Abbatem agerem; & ita
 observandum nostras dif-
 finicio continet; Cap. 19.
 mery.

Inque Constitutio-
 ne Clementis VIII. notare
 oportet prædicta statuta
 esse sub maximo rigore
 pœnarum scilicet excom-
 municationis & sententia,
 perpetua privationis; & sua
 & passiva vocis; & dignita-
 tum; & officiorum; & admi-
 nistrationum & inhabilitatis
 ad illa & alia in posterum ob-
 tinenda, & capere per unum
 annum; in quo omnibus quar-
 tis & sextis ferijs disciplinam
 in Capitula suscipiant; & in
 postquodno panem & aquam
 tantummodo in terra mandu-
 cent. Acque eo incurrantur,
 decernit sufficere; solus ap-
 pellationis & interpositiones; ac
 literas, aliisque contra huius-
 modi attentata; tam in iudi-
 cio; quam extra. Et in super-
 eas ipso facto incurri, & Ro-
 mano Pontifici remittendas
 reservari. Quæ omnia, & res-
 pectu huius puncti, de mo-
 do appellacionis; persecu-
 terant; cum ex ipso Cle-
 mente; cum ex Alexandri
 IV. privilegio ibidem in-
 notato; quod habetur; t.
 primo priuilegij; & num. 1. & 2.
 & Pij II. priuilegij; & num. 1.
 & 2. & Innocentij VIII.

IV.
 Notatio

priuilegij

prohibuit) Nam moderatio
 etiam p[er]missio p[er]missio
 eiusdem Clementis V. illi
 est solum quantum ad aliud
 p[er]missum, de non reuocandis
 secretis Ordinis, et addu-
 ctum est supra cap. 2. q. 1. num.
 2. casu 10.

V.

Non est ap-
 pellatio a
 leuibus, &c

¶ Itaq[ue] hęc facultas appel-
 landi, modo dicto, compe-
 tit Monacho, & id confor-
 miter ad naturale ius de-
 fensionis proprię, quę nul-
 li iniurto aboleri potest;
 nam de formali renuncia-
 tione talis iuris, quam in
 Ordine Prędicatorum a-
 iunt fieri, aliud erit indi-
 cium, de quo Ioannes de
 Cruce in ep[isto]la de statu Re-
 lig. lib. 1. cap. 6. dicit, a. 1. s. 1.
 Nihilominus non est locus
 appellationi, etiam ab Ab-
 bate, ad Generalem, &c.
 quando correctio est leuis,
 & pro leuibus causis, aut
 etiam si grauis sit, est mani-
 feste secundum Regula, aut
 constitutionum, præscrip-
 tum, iuxta vigentem eorundem
 obseruantiam. Hoc enim
 ad minus assequuntur bul-
 lę interdicens appella-
 tiones, & ubi de reprimen-
 da appellandi licentia agi-
 tur, & modus præfinitur;
 sed non laxatur met[er], quas
 ipsa iura constituunt, pro-
 ut in prædictis casibus, ex-
 pressę prohibetur appella-

tion; Cap. ad nostram 2. q. 1. cap.
 Quia ad. nos. q. de. appellat.
 Neque obstat in hoc cap. 9.
 eod[em] tit. ubi in minimis sicut
 in maioribus causis, eodem
 modo, deferendum esse ap-
 pellationi, statuit Alexand.
 III. dicit (tibi doct[or] ha-
 normu) ille textus quid,
 inspecta iniustitia senten-
 tię, ex sua natura liceat di-
 citur: quid expediat; quod
 maximę pro Religionibus
 attendunt alia iura, et non
 nisi in necessitate excolui &
 grauius liceat.

¶ Dum tamen, res iudica-
 bilis sit, & ratio dabit fun-
 damento, grauius que si
 rationis sicut, & legitime
 posse appellari, sentio, etiã
 si nõ sit casus notoria, et ma-
 nifeste iniustitia; hic est im-
 solũ, pro appellatione, & Ca-
 pitulo generali, ad Sedem
 Apostolicã, designatur, et si
 milititer potest, in hoc. y. III.
 citatus sup. ad differentiam
 aliorũ inferiorũ, in quibus
 minus requiritur, et ab eis
 appelleretur, et luadet ip[s]a
 honoris & autoritatis gra-
 duatio. Et quę intra Reli-
 gionis parietes negotium
 perambulat, satis est appel-
 lantem a grauius, pro-
 habili & rationi, consenta-
 neo fundameto inuiti, ipsũ
 tamẽ in appellatione debe-
 re exprimi, consentio cum

VI.

Bene in
 grauibus
 & q[ui]o esse
 que

TRACT. MONAST.

Thoma Sanchez, & ab eo noscere de ea, ut si iudicatus, *lib. 6. summ. cap. 8. num. 105.* Et si causa talis sit, quæ si probata foret, legitima appellationis causa reputaretur, habebit effectum suspendendi executionem sententiæ, & transferendi negotium ad superiorem, iuxta *Cap. cum speciali. 6. §. Porro, de Appellat.* Nam dum conceditur appellatio, de propria, cum effectu & utili, intelligenda est, iuxta *Cap. Relatum, de Clericis non resid.* aliàs non res, sed iane nomen concederetur à Pontifice, aut statueretur. Est enim constitutio verum ius constitutus, & natura declarans in hac parte.

VII.

Causæ appellationis

¶ Sed à quo inquirendum est & iudicanda causa appellationis, ut index Prælati cædat Refpondeo: Aut causa manifestè est frivola, aut manifestè legitima. Si primum repellenda est, & in executione procedendum: Si secundum, suspendenda est executio in articulo super quo fit, & transferenda cognitio ad superiorem, iuxta Sylvestr. *verb. Appellatio num. 7. & alios.* Aut causa est dubia; & tunc si appellatio est ab Abbate ad Generalem; ad hunc pertinet cog-

noscere de ea, ut si iudicatus, insufficientem remittat Abbatum, vel retineat & suum officium exerceat, iuxta *Cap. cum speciali. citatum,* non enim habemus constitutionem aliquam ordinis in contrarium; cui, si esset, eo textu non derogatur. Si appellatio sit, à Visitatoribus generalibus, quorum Superior, in nostra Congregatione, non est Generalis, sed saltem Capitulum intermedium; tamen causa appellationis eximari debet à Generali, iuxta prædictatum ius, per quod statutum est diffinitioni, quæ ita disponit, in causis recusatæ; & eadem est ratio, de potestate appellandi & recusandi, iuxta *Cap. super eo. 2. de Appellat. & Sanchez. lib. 6. summ. cap. 8. num. 118.* & alios apud ipsum, quibus adde Gualterium *tract. de iudice Reg. c. 1. à un. 41. & cap. 15. a num. 59.*

¶ Maior difficultas est, si appellatio sit, à correctione aut sententia Generalis; cum diffinitione nostra cautum sit, *cap. 9. num. 19.* ut ab illius mandatis nullus Prælati aut subditi appellet, inductis etiam pœnis, & citatis ad marginem privilegij. Nihilominus licere appellationem, iuxta modum

Quid de appellatione a Generali.

modum ordinatum à Clement. VIII. *supr. num. 3.* est dicendum; tum quia eius dispositio, salua relinquatur expressè ibidem. Tum quia illà nec auferre nec limitare poterat definitio Capituli generalis, quia nō est privilegium gratuitum, aut facultatum indulgentior; sed constitutio decisiva & taxativa iurisdictionis, per Superiorem scilicet Pontificem, quam à se excutere non potest inferior, iuxta dicta *cap. 11. num. 9. & cap. 7. à num. 13. cum seqq.* Tum denique quia privilegia ibi citata, sunt eadem quæ citavi *sup. num. 4.* & quæ innovantur in constitutione Clementis; nec loquuntur, nisi de appellatione, extra Ordinem, non faciendâ, in quo nihil disponitur contrarium; potius eisdem vestigijs inhzrens determinat & decernit Clementis quod dictum est.

¶ Sed nunc superest videre, quod difficultas proposita petit; Nam appellatione à Generali, secundum ordinem Clementis VIII. est ad Capitulum intermedium, vel ad Generale capitulum, in casu quo, transacto intermedio, generale proximius est. Sic enim debet intelligi; & quocumq;

modo, interim dum expectatur Capitulum, nullus est Superior, à quo causa, appellationis, debeant aut possint examinari. Huic casui certè prouissum non est; per definitiones nostras, sicut & alijs, qui in omni gubernatione occurrunt sæpè. Inde, & in Regia Curia, institutum est tribunal certum, in quo iurisdictionum competentia, & dubia resoluantur. Dum verò dispositio specialis non accedit, dicam ad quod tenetur, in tali casu, Generalis. Et in primis ut iam indicatum est, *num. 7.* si causa manifestè est friuola, eam repellere debet; & pariter si manifestè legitima est, teneatur eam admittere, sub reatu conscientie, taliter ut suspendere debeat sententiam, cuius gravamen instat, nec per sententiam diffinitivam potest reparari; prout reparari nequeunt pœnæ corporales, si exequutioni mandentur. Quæ enim reparatio disciplina, si semel vapulet? Ad quod sub peccato mortali, & debita, si qua ex opposito resultat, satisfactio tenetur, iuxta Nauare *in Summ. cap. 25. num. 3. & seqq.* aliosque.

¶ At verò si causæ appellationis dubie sint, tenetur

Authoris
iudicium.

X.

dicur

1 A.
Perplexi-
tatis casus
in hoc.

TRACT. MONAST.

Prosequi-
tur idem

bitur, eas accipere, & accu-
rare, per se, aliosque exami-
natas, determinare iurisi-
ce, secundum conscientiam
rectamque rationem &
iura, an sint legitimæ vel
non; & iuxta id vel proce-
dat vel abstinebit à nego-
tio, potius in favorem rei
propendendo, quam pro-
prio capiti cōfidendo, quo
minus iubeat querulorum
clamores & cenfuras. Quod
sæpe solet fieri tum à Ge-
nerali, tum à Visitatoribus
Generalibus, abstinere
scilicet à difficilioribus ar-
ticulis, & eorum substan-
tium processum ad Capi-
tulum deferre. Quod fit
maximè instante parte, &
id ex rationabilibus & ex-
pressis causis petente; alias
dilatio negotiorum, corre-
ctioni, emendationique, nõ
multum solet esse profi-
cua, sed iustitiæ & districtio-
nis evasio.

XI.

Excommu-
nicatio in
Dominica
Palmarum.

¶ Remissi *sup. cap. 14. n.*
7, non omitendam diffi-
cultatem, circa singularem
ceremoniam, in Cisterciën-
si Ordine semper visitatam,
die Dominica in Ramis
Palmarum, in qua Abbas
in capitulo, stante conven-
tu, assumptis mitra & bacu-
culo, accensam candelam in
aqua extinguit, pronuntia-
do excommunicatione, di-

cens. *Authenticare, De hominũ
parentis, &c. excommunicationem
tur. Conspiratores, Incendia-
rii, furcs, & proprietarij. Sta-
tantum, in nostra Congrega-
tione Observantiæ. Hæc
panie, in alijs autem, ex præ-
scripto Breviarij Cister-
ciensis; additur: & omnes
qui processum Superiorum,
Visitatorum, aut iudicum, à
Capitulo generali concessio-
rum, in visitationibus, electio-
nibus, correctionibus, seu alia
ordinationibus impederint,
vel qui ista facientibus con-
senserint, per se vel per alias,
litteras, preces, minas, insidias,
seu secularium auxilium pro-
curaverint, nisi infra diebus
Iouis proximum resipuerint.
Ex quibus ultimis constat,
quoad subiectos huic cen-
suræ, non esse latam excom-
municationem, nec incurri
nisi elapso eo termino; qua-
si pro trina canonica moni-
tione præmissa. Quod ta-
men in nostra Observan-
tia, & modo excommuni-
cationis, non est ita: sed ab-
solutè tamquam latæ sen-
tentiæ pronuntiat, nullo
spatio indulto, nec in re-
presenti requisito. Nam in
excommunicatione consti-
tuta per legem, ad certum
diem ferenda, ipsa lex est
admonitio; & totum tem-
pus antecedens ad illum
diem,*

ditum; terminus reparatur, & facit Sibus in relect. de blla cerna disp. 1. n. 7. Anila de censur. 2. p. cap. 5. disp. 1. dab. 10. ad fin. &c.

XII:

Videtur in
solos pro
prietarios.

¶ Ceterum circa ex-
communicationem, prout
in nostra Observantia est
in usu, dubitatur: an omnes
illi anathematizati censean-
tur? In quo censeo, pro-
priè & verè solos proprie-
tarios excommunicari, qui
actualiter proprietatem ha-
bent. Ad hoc moneor: Pri-
mò, ex ipsa diffinitione no-
stra cap. 1. num. 1. in excu-
sis Vallisolei anno 1637.
Secundò, in decretis Salma-
nicis anno 1581. ubi solum
dicitur Abbatibus, Descomul-
gare a todos los propietarios
mandando que betas &c. &
reservando adde. 7. el Capitulo
de la racion que ha antigua desco-
municacion ligada a los que
actualmente e nonces fueren
propietarios. Hic itaque vi-
detur intentioem non ali-
quid, sed omnium. Quia solum
hoc vicium iubetur eà die
profligari, & Regula c. 33.
omnis electio ad id adhibe-
tur & ex inter. cap. cum ad
monast. de statu Monach. & ex
Concil. Trid. sess. 25. de regu-
cap. 2. &c. & ut illud, verbo
concionatorio, in electetur
Abbas: cui ex parte, trad-

dentur à singulis, Memorie
scripta, resignantibus; ex-
pressè quicquid in usu ha-
bent, etià minutissima. Ita
ut ea solum, & non alia, vi-
deatur esse cura, in hac re.
Tertio, quia de alijs in ex-
communicatione dicta no-
minatis, licet ab antiqua re-
ligionis consuetudine pro-
venire sit certum; fortè in
principio aliquod fuit mo-
tuum, quod nunc, exceptis
propriarijs, videtur ces-
sasse; ne tãta curã procedat.
Religio, contra alios, tam
speciali modo. Nam in cen-
diarij crimè, inauditum est in
nobis omni facinus; & raro
apertè quã viso crimine, ite-
ratum & accerrimè adhiberi
remediũ, haud rationabile
videtur. Et quoad ecclesia-
rũ incendiarios, in iure ex-
communicatione est, in cap. in li-
teris. de Raptorib. & incend.
nec opus erat novam in-
culcare censuram. Conspi-
rantium crimen, iam alias
ipse nostra diffinitiones,
gravissimã pœna multans.
Quod si sit contra Obser-
vantiam, liberam impetratioe,
etiam excommunicatione so-
luntur aliã apponi super-
fluũ sit. Contra fures, si pre-
ter proprietatẽ fortè con-
sideretur, non est facilis di-
stinctio; ut distincta officia-
tus, excommunicatione, &
vtrum-

TRACT. MONAST.

utrumque, nullius intentio videtur in eo esse, ut quasi Paulinis occultata infederetur. Hęc meę opinionis fundamenta, quę melius qualibet Ordinis ipsius declaratione firmaretur, utique in his & similibus achibenda, inter alia. Quibus, nisi alijs proprijs, quandoque dilira heremur curis, impensius, ex officio, & è re communis, esset incumbendum.

XIII.

Eriam si in alios, sic la mitada est.

¶ Ne autem prætextu meę sententię, omittam explicationem opportunam, aptandam excommunicationi, stando in omni expressione conspirationis, incendij, fortis, & proprietatis. Pręsuppono, Primò, Hanc excommunicationem, solum ad proprias res iuraque tuenda tendere. Sic & benè declarant diffinitiones militię Alcantarensis, quę eandem ceremoniam habent: de hoc enim præcipua incumbit sollicitudo Abbati, pro suo monasterio. Secundò: Non comprehendere eos cœlus, qui alijs in iure simili pœna plectuntur, vel quibus, ex diffinitione, determinata specialiter est. Nam cum ea intentio sit, ut à peccatis illis deterreat Religio, per hanc pœnam; non videtur illam velle, ubi iam à iure

lata fuerit excommunicatio; neque tam adijcere incalu, pro quo, iam sua lege expressit pœnam finalem, prout cum Navarro, in *Manuali. cap. 27. r. m. 54.* tenet Solis *supra num. 11.* citatus *disput. 2. num. 3.* Tertio: Non comprehendendi, nisi qui in aduã voluntate peccati non retractata fuerint. Quod, sicut in proprietarijs explicat diffinitio nostra, ita & de alijs debet intelligi; & consonant verba illa, ex formula Cistercij *nisi infra diem Iouis resipuerint*, hoc est pœnituerint, et mutare voluntatem satis est, ut excommunicatione non ligentur, qui alijs comprehendebantur. Quarto, denique suppono, quemlibet Abbatē, solum pro sibi subditis ferre excommunicationem, & etiam Generalis pro suo monasterio, cuius Abbas est, tantummodo. Nec remanere latam excommunicationem in futurum, pro peccaturis, ut ex verbis diffinitionis Hispanę constat. Nec reservatam esse; sed semper à quolibet ordinario Monachi Confessore, posse absolui, iuxta *Cap. Nuper. de sentent. excommunicat.*

¶ His positis, singula **XIV.**
nomina

Conspira-
tores qui.

nōmina percūramus. Per
Conspiratores, igitur, vide-
tūr intelligi, de omni con-
iuratione praua & grauer
peccaminōsa, siue contra
monasterium, siue Abba-
tem eius, siue Superiorem
Ordinis scilicet Genera-
lem, aut ipsam Congrega-
tionem nostræ Obser-
uantix. Lex enim non di-
stinguit; & in omnibus
propria ratio conspiratio-
nis saluatur. Quod si oppo-
nās: iam per diffinitionem,
latam esse excommunica-
tionem, contra impetran-
tes literas, aduersus liber-
tatem & priuilegia Obser-
uantix: ergo hīc non habe-
bit locum hęc censura, iux-
ta notata sup. num. 13. Res-
pondeo; negando conse-
quentiam, quia actio sub-
iecta excommunicationi
per dictam diffinitionem,
Cap. 46. num. 5. distincta est
ā conspiratione, quæ com-
pleta esse potest, ante im-
petrationem literarum. Et
si niliter potest impetratio
esse, sine conspiratione, ad
quam vnus non sufficit,
sed plurium simul in idem
facinus spirantium tracta-
tio est.

XV.
Incendia-
rij.

¶ Deinde per *incendia-
rijos*, cenſeo comprehendī
eos, qui graue damnum in-
ferunt bonis monasterij,

igne malitiosē appoſito. A
quibus tamen excipiendi
ſunt incendiarij Eccleſia-
rum, quatenus à iure excō-
municantur, vt ſupr. n. 13.
notatum eſt. Imo & quol-
cumque incendiarios, etiam
profanōrum locorum, ex
communicatos eſſe ipſo
iure, ex cap. tua nos. de ſent.
excomm. contendunt ali-
qui, de quo Bonacina, tom.
3. diſp. 2. quæſt. 3. punt. 43. Et
illud exinde certum, ſi ab
Epiſcopo publicentur ex-
communicati incendiarij,
reſeruatam eſſe abſolutio-
nem Pape. Vnde videtur
deſicere materia excom-
municationis de qua agi-
mus. Nam ſi incendium ſit
Eccleſiæ aut Religioſi loci
monaſterij, iam ex citato
Cap. in literis. de Raptor. &
incend. præſupponitur cum
excommunicatione lata. Si
ſit incendium alieni & pro-
fani loci, vel præſupponi-
tur ſimiliter excommuni-
catio, ex dicto Cap. Tua nos.
vel non comprehenditur in
noſtra excommunicatione,
quæ ſolū propria bo-
na reſpicit & tuetur, vt di-
ctum eſt, n. 13.

¶ Præterea, nomine *ſu-
rum*, quānam intelligantur
ex ratione furti innotef-
cit. Quod in quantitate ſuf-
ficiēte ad peccatum mor-
tale

XVI.
Fures.

TRAGT. MONAST.

tale intelligitur, sicut in omni materia, excommunicandi maiori subijcenda. Sed difficultas est. Primò, in distinguendo furto, a proprietate. Nam re vera Religiosus proprietatem habens, rem alienam, invito domino, contredat, quod est furtum; quo pacto fur & proprietarius idem sunt. Secundo, est difficultas, quæ etiam in incendiarijs versari potest: Quia cum excommunicatio, de qua agimus, fertur, potuit desistere iam actio incendiandi, vel futandi, & sicut non comprehenditur sub excommunicatione nisi actualis proprietarius, ita nec incendiarius aut fur, nisi actualis, tempore, quo excommunicatio pronuntiatur. Tamen utrumque sic declaro. Nam si Religiosus, de rebus monasterij aut alijs fuerit, v.g. pecunias, & in ludo aut alia iniusta largitione eas consumat; licet simul actum proprietatis fecerit, attamen consumpta pecunia, desinit esse proprietarius, cum nihil retineat: sed remanet fur, furtique reus, & satisfactioni obnoxius, modo possibili. Hoc igitur pacto, etiam seclusa proprietate, furci crimine irretitus, & actualiter in eo vo

luntarius sine debito proposito satisfaciendi, absque mora culpabili, videtur huic excommunicationi subiacere. Sic enim fures rerum Ecclesiarum, iubentur excommunicari, quousque emendat, & quod rapuerint reddant. in *Cap. sicut antiquitus. l. 7. q. 4. & ca. conquestus. de foro compet.* Qui autem simul sunt effractores Ecclesiarum & fures, ipso facto excommunicantur, in *Cap. conquesti. de sent. excommunic.* & ita alia excommunicatio non est addenda,

¶ Denique per proprietarios intelligimus, quemcumque monachum retinentem contra votum paupertatis, quamlibet rem valoris sufficiens ad materiam peccati mortalis. Requiritur etiam ad hanc excommunicationem, ut sit realis & extrinseca proprietas, ut contra mentalem distinguitur. Quia solum propositum habendi proprium, non excommunicatur ibi, sicut in alijs, nec desiderium aut propositum furandi, aut patrandi incendium. Nam ut *Vipianus l. 18. ff. de Pernis: ait: Cognitionis pœnam nemo patitur, utique humanis legibus, ut addit Glosa.* Et in excommunicatione, pluribus adductis,

XVII:
 Proprietarij.

tenet

tenet Auila, de Censuris 1. p. dub. 10. idem est de complicitate transacta proprietatis. Sed quid si quis habeat voluntatem sumendi aut auferendi quidpiam, contra votum, & externe communicauerit alteri, aut mandauerit? Neque iste ligabitur, quia proprietatis est peccatum, quod non consumatur interius, sicut hæresis, quæ semel interius admissa, perfecta est in suo esse, & quocumque signo prodatur, præexistit in toto suo prærequisi-

to esse. Non sic proprietatis furtum & similia, quæ sine extrinseco exercitu actu non censentur perfecta & consummata, & ita neque in statu excommunicationis apto, vt docet Caietanus, in summ. verbo Excommunicatio in principio. Et citatus Auila vbi supr. dub. 11. Et 2. parte cap. 5. disp. 3. dub. 5. & alij. Quæ explanationis gratia, pro nostris, de hac re dicta sufficiant, dum aliud non declarat Religio specialius.

Abbatum potestas, circa officia, beneficiaque.

CAP. XVIII.

I.
Obligatio eligendi digniorem in Prælatum.

Diuersitatem officiorum monasterij, indicauimus supra cap. 2. num. 9. & de eis secundum Regulam S. Benedicti egimus in Notis literalibus, ad eam ad Cap. 31. & 32. scilicet de Cellerario & alijs, eorum, electione, amotione, & obligatione. Et de Priore, qui in Regula, Præpositus appellatur, egi latè ad Cap. 65. & tam pro illius electione, quam pro alijs monasticis officijs, etiam

ex ijs quæ in Capitulo generali fiunt, quid requiratur, & in quibus dignum eligere sufficiat, in quibus non nisi digniorem. Vbi etiam ad Cap. ipsum 65. n. 9. & 17. de Abbate idem tractauimus, statuentes de eo & omni Prælato, veram & communem doctrinam, vt sub mortali eligendus sit, magis dignus; etiam in electionibus restrictis ad duas vel tres personas, vt in nostra Congregatione fit, de

TRACT. MONAST.

de quorum electione, & modo, aliquid iam dictum est, *sup. cap. 5. præcipue num. 8. & 14.* In quo illud addendum est, fortè ab aliquibus omisium: scilicet, in prædictis electionibus Abbatum seu Prælatorum, esse præmittendum iuramentum publicè, de eligendo magis idoneo. Quod præcipit Concilium Basiliense *sess. 23. & 38.* in decreto de electione, confirmato à Clemente VIII. anno 1579. in decretis ad Regularium reformationem spectantibus. Vbi ait: *num. 36. iurent electores, secundum veritatem cuiusque conscientie, probiores ac magis idoneos electuros, iubens, vt de eo fiat constitutio in Religione.* Fueruntque confirmata eadem decreta à Paulo V. & etiam ab Urbano VIII. anno 1624. die 21. Septemb. per Sacram Congregationem, prout apud Ascanium Taburin. *tom. 1. de iure Abbat. dis. 5. quest. 35.*

II.

**Amobili-
tas officia-
lium etiam
parochorū**

¶ Hæc præsuppositiue se habent, ad titulum cap. quod præsupponit Abbatem, ritè & debitè constitutū, in suo officio; & inde potestatem eius in alia requirimus, & ad id remissio ad *Notas Reg. proderit.* Generaliter verò de hoc, Conci-

lium Tridentinum: *sess. 25. de Regul. cap. 2.* decernit sic: *Administratio bonorum monasteriorum seu conuentuum, ad solos officiales eorundem, ad nutum Superiorum à mobili-
biles, pertineant.* Et cauetur in *Cap. cum ad monasterium. de statu monach. §. nec alicui. ibi: cum oportuerit, sine contradictione aliqua remoueantur: Qui textus de qualibet Obedientia loquitur. Et comprehendit eam, quæ curam habet animalium, vt sunt beneficia manualia. Religiosorum non sunt Obedientie, vt infra *num. 8.* videbimus, & de quibus eandem amobilitatè statuit, *Clementina vnica. §. Præmissa. De supplen. neglig. Prælat. ibi. liberè possunt curæ oportuerit, ad claustrum reuocari.* Quod verbum oportuerit, non exigit legitimam causam, cum qua, etiam quæcumque beneficia perpetua, possunt auferri, sed conuententiam & opportunitatem reuocandi, permittit libero gubernio & voluntati Abbatis; nulla relictæ inde ansa monacho, vt de restitutione agere possit. Et ita tenent quam plurimi, quos habes, vno citato *Thoma Sanchez lib. 7. summ. cap. 19. n. 111.**

¶ In omnibus autem officijs

III.

Quæ offi-
cia talem
electionem
aut amotio-
nem fortia-
tur.

ficijs monasterialibus, quæ dependent ab Abbate, aut solo, aut cum alijs, votis tantum cōsultivis, satis esse dignum eligere, docui locis *num. 1. citatis*. Secus de alijs officijs, quæ sūt votis decisivis conventus, excepto aliquo parvi momenti in æstimatione, & oneris potius quam honoris, ut ibidem distinxī. Potestas autem, & natus amovendi ab officijs, quem habet Abbas, est circa illa, quæ votis decisivis non fiunt. Et illa eisdem causis extinguntur & cessant, quibus incæperunt, ut vel à solo Abbate amoveantur, vel ab eo simul cum consultatione, quali facta fuere, statnente sic nostra diffinitio *ne. cap. 13. num. 5.* Loquitur autem diffinitio etiam de Præposito sicut de alijs, cū tamē Regula in depositione eius aliquid ampli⁹ petat, quatuor scilicet monitiones præcedentes. Quas tamen non est necessarium præcedere, cum comminatione privationis, sed simpliciter corrigendo aut increpando aliquid reprehensibile. Quin & ea solemnitatis omittenda est, si ratio impatiens moræ aut vrgens adsit: & si aliter vel consuetudine, vel con-

suetudine speciali est introductum.

¶ Circa beneficia verò aut parochias, aliquo iure ad monasterium pertinentes, diversitas iuris Abbatum est consideranda. Nā si sint sæcularium parochianorum, in quos Abbas habet iurisdictionem Episcopalem, privativè ad Episcopum aut diocæsanum, iuxta naturam & rationem talis potestatis se gerere debet. Et cum in hoc variæ sint consuetudines, multiplicesque modi exercendi hanc potestatem, non est meum in materia tam diffusa & irregulari, regulam traddere; sed unicuique proprium, sua peculiaria iura cognoscere, quæ in nostra cōgregatione rariora sunt. Frequentiora vero, quæ seclusa illa Episcopali in populum iurisdictione, competunt Abbatibus. De quibus ad mentem Concilii Trid. pro nostra Congregatione sunt privilegia Sixti V. & Clementis VIII. *tom. 3. prin. 18 & 28. cōformiter in casu decernentium.*

¶ Cumque tripliciter distinguant beneficia; ait Clemens, de primo genere sic: in parochialibus Ecclesijs, alicui monasterio vnitis, quibus per sæculares

IV:

De beneficijs parochialibus.

V:

Primum genus.

L. Sacer-

TRACT. MONAST.

Sacerdotes, & ministros de-
servitur, (cum examen per
concursum minimè instituen-
dum sit) in ipsiſ vnitis Eccle-
ſijs conſtitui oportere Vica-
rios idoneos, perpetuo vel ad
nutum amovibiles, ab Episco-
po approbandos, à Præſectis
tamē monasteriorum nomi-
nandos. Ac in portione Vica-
rijs in eiſdem Eccleſijs conſti-
tuendis aſſignanda, observa-
dam eſſe conſtitutionem Pij
V. de Vicarijs perpetuis edi-
tā, nec ab ea recedendum, &c.
Bulla autem iſta Pij V. ha-
betur in Bullario magno,
tom. 2. conſtit. Pij V. 47. In
quibus beneficijs, non ſic-
ri, concurſum, etiam notat
Filiucius tract. 4. cap. 4. nu.
147. & ſufficere idoneum
nominare, expreſſit Sixtus
V. privilegio citato in-
quiens: non obſtante, quod eiſ-
dem forte in locis nonnulli
magis idonei reperiri poſſent,
&c.

VI.

Secundam
genus.

¶ De ſecundo genere
adiungit Clemens VIII. in
illis autē parochialibus Ec-
cleſijs, non vnitis, quæ ſunt
iuris patronatus Eccleſiaſti-
ci, examen utique per concur-
ſum agendum, liberumq; eſſe
vnicuique, & à patrono non
nominato, examini ſe ſubjce-
re, & ſi iſtitutio ad Episco-
pū pertineat; electio magis
idonei ex approbatis, ad patro-

num Eccleſiaſticum ſpectat. Si
vero iſtitutio pertineat ad
alium, electio tunc ad Episco-
pū pertinet. Hoc non vi-
detur multum è re Patroni
Eccleſiaſtici, ſed nec vniſor-
miter video practicari ab
Ordinarijs. Quod autem
advertere oportet eſt, in
hiſ peti magis idoneum eli-
gendum, ex concurrentibus
approbatis. Atque vt id
fiat, præſentatio non debe-
ret eſſe (vt frequenter fit,)
anticipando etiam ad con-
curſum & examen, ex quo
etiam periclitatur præſen-
tatio, ſi præſentatus fortè
reprobetur, vt indignus,
cum Patronus Eccleſiaſti-
cus, non poſſit iterare præ-
ſentationem, ſicut ſæcula-
ris.

¶ De tertio genere ait: **VII.**
in ſimplicibus vero beneficijs Tertiam
ſeu præſtimonialibus portio-
genus
nibus, omnino Patrono com-
petat præſentare, ſcilicet vt ab
Episcopo præſentatus appro-
betur, vt exprimit Sixtus
V. ſufficereq; præſentare
idoneum, colligitur à for-
tiori ex dictis de primo ge-
nere; & tenet Leſſius, de
iſt. & iure lib. 2. ca. 34. dub.
14. & Sandh. 10. 1. conſ. lib. 2.
cap. 1. dub. 5. &c. Præſenta-
tio autem tam incuratis,
quam in ſimplicibus, niſi
aliud legitima conſuetudi-
ne

ne Introductum sit, debet fieri ab Abbate & maiori parte conuentus, *ex Cap. ea noscitur, de his que fiunt à Prælato, &c.* & alias irrita erit præsetatio, vt docet cū alijs Thomas Sanch. *lib. 7. summ. cap. 14. nu. 7. & 8.* De quibus, præter citatos, vide ri possunt. *Azor. 10. 2. lib. 6. à cap. 18. Syluester verb. Ius patronatus. Idem Sanchez tom. 1. Consil. lib. 2. cap. 3. à dubit. 48. & præcipuè à canonistis requirenda sunt hæc, inter quos nouissimè, ex professo, Nicolaus Garcia. de Beneficijs, & Augustinus Barbosa, de iure vniuers. Eccles. &c.*

VIII.
Quartum
Regula-
rium.

¶ Præcedentia igitur de secularibus beneficijs procedunt; Et gradum faciens ad regularia, ait Clemens VIII. vbi supr. in illis parochialibus, Ecclesijs vnitis, quibus per Regulares Monachos deservitur, monachum eisdem Ecclesijs Vicarium pro tempore præficiendum, non aliter debere constitui, quàm ad nutum suorum Superiorum amouibilem, ab ordinario tamen prævio examine approbatum, cum portio ne arbitrio suorum Superiorum assignanda, qui monachus ibidem vna cum alio monacho dumtaxat habitare de-

bet. &c. Quibus nihil obsta re *Cap. 1. de Capelijs monach.* præsupponit tam Pontifex hic, quam Concilium Tridentinum *sess. 25. de Regul. cap. 11.* quod & consuetudine abrogatum, censuit Abbas Panormitan. ibidem *ad fin. Comment.*

¶ Circa quæ, aliqua notanda veniunt. Primò, omnia huiusmodi beneficia per Monachum seruenda, Manualia esse; & talia sunt in nostra Obseruantia vniuersaliter; & à nutu Prælati dependentia. Quorum vacatio est, per voluntatem Superioris, vt ex Federico & Milis, adducit Sanchez *lib. 7. summ. cap. 29. num. 107.* Secundò, quoad portionem designandam, in nostra Congregatione, non est alia quàm Religiosa viduus indumentique prouisio, sicut cuilibet alteri monacho; vel intra vel extra monasterium degenti; nam omnes prouentus beneficij monasterij sunt, & ei omnino ex iustitia traddendi, ex quacumque functione muneris Parochi procedant: ratione cuius nihil diuersum debetur ei, cui tota opera debita est monasterio. Et in casu, munus parochi, in eo-

IX.

Notatur.

1.

2.

TRACT. MONAST.

fuetis regularibus profes-
sionis officijs continetur,
ad quod ex obedientia o-
bligari potest, tanquam ad
onus suæ Religionis. Nam
& inde, in iure, nomine o-
bedientia appellantur, vt
sup. num. 2. & tenet Faustus
Gisterc. in *Theaur. Relig.*
lib. 6. q. 97. cum seqq. & Sua-
rez *tom. 4. de Relig. tract. 8.*
lib. 3. cap. 19. n. 5. Tertiò, de
approbatione; exigitur il-
la, quæ à Concilio Triden-
sess. 23. de reform. cap. 15. re-
quiritur, sine qua, nullus
Sacerdos nec sæcularis nec
regularis, potest sæculariũ
confelsiones audire.

3.

X.
Sententia
quofundã.

¶ Circa quod obstare
videtur, quod ait Henri-
quez *libro 6. de Penitent. 3.*
cap. 6. litera marginali, B.
Addunt (ait) Mancio, Gallo,
Bañez, Medina, & alij Do-
minicani, pro parochia an-
nexa monasterio, Prælatus
regularis designat vicarium
sive alia Episcopi approba-
tione. Cui adhæsit Llamas
1. parte summ. cap. 5. §. 16.
& Lorca in Manuscript.
tractat. de Penitent. disput.
4. quæst. 2. loquiturque in
casu, quo Abbas, habe-
tur præcipuus parochus
parochiæ, sui propriij mo-
nasterij. Et in tali casu, ei-
dem Abbati Regulari, qui

Ex parte
admittitur

per ipsam Abbatiam mo-
nasterij, cui annexa est pa-
rochia sæcularium, quasi
inuestituræ simul eo bene-
ficio; denegari non po-
test, eo ipso, habere appro-
bationem Concilij, quæ
fit, per *parochiale benefi-
cium obtentum*. Quo pacto
prædicatur in monasterijs
nostris, habentibus talem
parochiam, tanquam an-
nexam Prælaturæ. Id au-
tem de Abbate sæculari
loquens, tenet Suarez *to-
mo 4. de Penit. in 3. parte
disput. 28. section. 4. num.*
21. & de vero inquam Ab-
bate, qui Abbatiali digni-
tate primo & per se inue-
stitur, (nam alij Clerici,
qui ex more quarumdã
diocesum, quamvis curam
animarum adepti, vocan-
tur Abbates nomine te-
nus, reuera non sunt nisi
aut Rectores, aut Vicarij,
aut parochi, aut beneficia-
ti, aut quouis modo appel-
lentur, solâ talis beneficij
inuestitura instituuntur) &
ita eadem est ratio de digni-
tate Regulari Abbatum.
Quare de regularibus lo-
quens, consentit Filius. in
Appen. ad tra. 41. de beneficijs
c. 1. n. 3. citato Azor. *so. 2. lib.*
12. cap. 1. q. 14. Nec dubita-
bunt admistere Henriquez,
quæ

qui *lib. de indulgent. c. 22. n. 3.* & Ioannes Valerus, qui in *differentijs viriusque fori. verb. Nullitas. differ. 5. nu. 3.* admittunt, Prælatos Religionum vt sic, sine approbatione posse audire confessiones sæcularium; quia eo ipso, sola monasterij curâ, largo modo censetur habere beneficium parochiale. Quod tamen pro approbatione haberi largum cenſeo, nec admittendum; bene tamen in nostro casu, dum ritè præſicitur Abbas monasterio, in quo est parochia, cuius ipse proprius parochus & principalis habetur: nisi aliud ex peculiari institutione & praxi conſtet.

XI. ¶ Ex his ergo, sententia Henriquez cum Dominica nis illis, sustinenda non est, vt contraria expressè Concilio Tridentino. Nam in tali casu, dum Abbas proprius est parochus, & approbatus per obtentum parochiale beneficium: si alium monachum loco sui designet, per quem immediate (vt Regulariter fit) exerceat munus parochi, debet designare approbatum ab Ordinario Episcopo; quia ipse sic designatus solum vitur delegatione, que ad audiendas confes-

siones non valet. Nam licet possit committere administrationem aliorum Sacramentorum, & assentiam matrimonij, Sacerdoti monacho aliàs non approbato; sicut parochus sæcularis alteri Præsbytero; ac pœnitentiæ Sacramentum, eiusque administratio, eo pacto, delegabilis non est; bene reliqua, vt cū Nauarr. & Soro Henriquez *libr. 11. cap. 3. §. 5.* & alij plures authores communiter.

¶ Solum est dubium, quando Abbas non est, modo dicto, proprius parochus parochiæ, vt contingit in pluribus; & nescio an in omnibus, que sunt in Prioratibus aut grangijs, extra monasterium; in quibus ab Abbate debet poni monachus approbatus ab Episcopo; qui, etsi ad nutum amouibilis ab Abbate, tamè dum gerit officium, est verè parochus, non commissarius alterius, sed qui vt talis proprius possit committere suas vires alteri: Est, inquam, dubium, an ad hoc satis sit, quod Abbas designet & constituat monachum approbatum, vt communiter solet approbari ad audiendas confessiones, sine

XII.
Dubium
notandum.

TRACT. MONAST.

Et quod sit necessaria alia diuersa presentatio, ad Episcopum, eiusque specialis approbatio, in ordine ad talem parochiam curanda? & consequenter an eo semel amoto, rursus absque alia noua approbatione, eundem possit ibidem, aut in alia simili parochia regulari unita monasterio, ponere?

XIII. ¶ In resolutione huius dubij, fateor, diu dubius hæsi, & aliquos Salmanticensis Magistrorum consulti, ne in casu in terminis à me non lecto apud aliquem authorem, sola sua autoritate procederem; quamquam Abbatem quemdam Benedictinum, familiarem mihi, & nunc iam in Episcopum apud Indos assumptum, sententiam & practicantem partem affirmatiuam cognouissem; & eam nunc ex mente prædictorum, esse tenendam, inter quos est etiam, qui refertur de praxi, absque vlla Episcoporum contradictione. Atque ideo prima probatio, potest esse à consuetudine. Deinde ab incommodo, si oppositum exigetur. Nam cum à mortuo & vacatio horum beneficiorum sit ad natum, & adeo frequentibus & breuibus

transmutationibus, quales accidere solent inter Regulares, fieret difficilima provisio opportuna parochiæ; si non qua facilitate destituitur, succurreretur eidem. Præterea quia solum exigitur à Clemente VIII. monachum designandum parochiæ, esse ab ordinario approbatum; sed talis est iuxta formam Concilii Tridentini *sess. 23. cap. 15.* ergo nihil aliud requiritur, ut præficiatur parochiæ. Rursus quia etiam, quando contingit, monachum non approbatum mitti ad Ordinarium, ab Abbate, ut ab illo approbetur, ut præficiendus curæ animarum alicuius grangiæ; Ordinarius nihil curat aut de institutione, aut titulo, aut inuestitura, aut de qualitate, aut loco beneficii; sed solum de idoneitate, simpliciter impertiens approbationem, quam retinet, siue post datam præficiatur, siue non, siue postquam præficiatur amoueat, & cesset munus parochi, approbatio tamen non cessat. Ergo ex modo ipso colligitur, præsupposita simpliciter approbatione audiendi confessiones, quod resquæ est, pertinere ad Abbatem, ut sicut ab eo deponit

XIII.

Resoluitur affirmatiue.

Probatur I

p.

tur ad nutum, ita & constitutatur, possitque iteratis vicibus & mutatis beneficijs, poni & reponi. Eoque solo, iurisdicção quam ex approbatione Episcopi habet delegatam; virtute privilegij, aut iuris, Pontificive ita disponentis, transit in ordinariam, durante tempore, quo eo modo præficitur parochiæ. Et quod ad Episcopos nihil aliud pertineat, est conforme ipsi Concilio Trident. sess. 25. de Regul. cap. 11. ac declarationibus ibi adiectis à Gallemare, & docet Hieronymus Rodericus, in Comp. resol. 13. num. 13. citato Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 22. quest. 9. Sanchez lib. 7. summ. cap. 29. num. 66. & 120: Lelsius de iust. lib. 2. ca. 41. dub. 12. num. 98.

XIV.

Difficultati occurritur.

¶ Sed ingerunt præterea difficultatem ea verba privilegij, *Qui monachus ibidē, vna cum alio monacho dum taxat, habitare debeat.* Ex quo videtur requiri extra monasterium, necessarium esse, vt solus monachus non degat, sed cum socio. Idque confirmatur ex iure in Cap. *Quod Dei. de statu monach. & in Clement. Ne in agro. §. Ad hac. eod. tit.* prout antea, ex Concil. Lateranensi, addu-

citur, *Cap. Monachi. eod. tit.* Quod secus fieri videmus pluribus in partibus, tam in nostra Religione quam in alijs. In hoc autem censeo in primis, cum Panormitano, ad duo cap. citata num. 3. & 8. non loqui ea iura, nisi de Ecclesijs & beneficijs curatis, monasterio subiectis, & de monacho sub obedientia sui Abbatis manente; quo sensu Innocentius in citato Cap. *Quod Dei.* accipit verba Concilij Lateranensis cuius est: *Cap. Monachi.* Et ita non contradicit Clementina citata, nam *administratores* de quibus ibi, ad parochiam & beneficijs curas referunt authores. Et ita quantum ad Prioratus aut grangias, vbi animarum cura non est, non videntur prædicta iura. Cæterum cum videam, etiam in Curatis, solos & sine socio habitare monachos, curam animarum gerentes, sic in grangia S. Andree, sic in Muedra, quæ annexa sunt monasterio & Abbatie ipsius Generatis, sic in alijs aliorum monasteriorum; ad consuetudinem videtur recurrendū. In qua, sine vlla differentia, progressū est, per plusquā 50. annos post

TRACT. MONAST.

privilegium illud Clementis VIII. cuius etiam verba reuocatoria consuetudinum non sunt, nec video cum obligatione præcissa acceptam esse, illam societatem, aut pluralitatem indictam in Concilio prædicto. Atque illa particula *dumtaxat*, solum videtur taxare, vt non sint plures quam duo.

XV.
Dobiolum
explicatur

¶ Illud autem superest, ex d. cap. *Quod Dei. iuncto c. Priscis. dist. 55. & cap. cum pro utilitate 16. quasi. 1.* in quibus, & utilitas Ecclesie præmittitur, vt monachus præficiatur parochiali Ecclesie; & privilegium prædicationis esse dicitur: An qui prædicator non est, nec studijs literalibus additus, possit obire hoc munus, & parochus ab Abbate designari? Ad quod respondeo, posse; non obstantibus illis iuribus, quæ loquuntur de monachis respectu beneficij sæcularis; nos loquimur de beneficio regulari. Imò & ineptum ad prædicationem monachum, dum alia parochorum ministeria re-
ctè sciat & possit obire, be-

né præfici posse beneficio sæculari, ex Læbertino, Abbate & Angles, resoluit Thomas Sanchez *lib. 7. summ. cap. 29. num. 40.* Quod si ineptitudo ad prædicandum, defectusque literaturæ ad id necessarię obstaret, quid dicendum esset de tot Clericis parochialium præfectis? quid de tot Episcopis, quibus ad eò proprium est officium prædicandi? Et tamen ad illud sæpe non sunt apti; non solum linguæ seu dearticulatæ loquelæ defectu, quem Valerius Hiponensis Episcopus suppleuit in se per S. Augustinum, sed alijs defectibus, similiter per alios supplementis, salua tamè prærequisita idoneitate. Quam tamen in extraordinarijs & difficilioribus reb^{us}, studio & consilio aliorum, benè supplebilem, pro sedandis scrupulis promouendorum, admittit Magist. Lorca in 2. 2. D. Thom. sect. de fide disp. 23. membro 1. num. 8. Quod potius in gratiam timoris, quam temeritatis dictum sit.

Rerum

Rerum temporalium administratio, & potestas Generalis, Abbatumque; & conuentus.

CAP. XIX.

I.
Dominia
rerum mo
nasticarum.

O Mitto plura de hac materia communia omni Religioni, quorum aliqua habet Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. c. 27.* & plura alii quos citabo infra, num. 5. & in presenti non ago, de potestate iurisdictionis temporalis, sive larisve fori, qua ferè omnia monasteria antiqua nostra gaudent, de quo infra *Cap. 23.* Sed de potestate circa alia bona temporalia, quæ licet accessoria sit, respectu spiritualis, & simul cum ea conferatur Prælati; tamen, etiam seclusa iurisdictione Ecclesiastica, poterat in statu Religioso subsistere, cum sola potestate dominatiua. Tunc autem ante exemptionem Religionum, subiecta erat Episcopis; nunc autem subiecta Superioribus Congregationum Monasticarum; & cum ea differentia, intelligenda sunt iura, quæ olim de solis Abbatibus loquuntur sine ea dependentia;

& iam nunc iuxta nouam formam Abbatum triennialium, quales sunt nostri, (vel quadriennialium, quales alij) ordinata sunt, in definitionibus nostræ Observantia. In quocumque autem statu consideretur, dominium non est penes Abbatem, aut alium eius Superiorem Regularem; sed penes Conuentum & communitatem; solum potestas administrationis, ei peculiariter competit, ex iure & privilegiis, ratione officii, & iuxta modum præscriptam & iure communi, & privilegiis propriis, & municipalibus (vt sic loquamur) constitutionibus nostris, aut aliorum.

¶ Vt ergo aliqua perstringamus: Facultas Generalis Reformatoris, quam *supr. cap. 11. num. 3.* tetigimus, necessaria in hac administratione temporalium, in quibus, Abbates inferiores licentiâ superioris indigent,

II.
Facultas
alienandi
quo.

TRACT. MONAST.

Aligent, habetur ex Eugenio IV, tom. 2. priu. 7. n. 16. scilicet: ut in quibusuis monasterijs reformatis & reformandis, eorumque superioribus, quacumque bona mobilia & immobilia, pro alijs bonis seu congruenti pretio, in euentem vtilitatem monasteriorum, vendendi licentiam concedere; nec non in quibusuis alienationibus, emptionibus, venditionibus, permutationibus, abstractionibus, concessionibus & alijs contractibus quibuscumque, etiam in perpetuum vel ad tempus de quo tunc visum fuerit autorizare, nec non in premisis omnibus, auctoritatem habebit & decretum perpetua interponere, ac ea approbare, validare & confirmare possit, &c. Quo tempore privilegio vsa est Observantia, vbiicumque, de iure, aut diffinitione, requiritur ea licentia.

III.
 Iuramentū
 de non alienando
 quando qua
 le.

¶ Et vt specialius vsus & obligatio constet, subiungam, eam, quam nominamus professionem Abbatum, includentem iuramentum de hac materia; per quam Abbas nouiter electus, & confirmatus publicè ait: Ego N. promitto subiectionem reuerentiam & obedientiam, &c. Generali Reformatori & Capitulo: &

quod privilegia & libertates obseruantie obseruabo; possessiones & iura monasterio N. pertinentia non vendam neque donabo, neque impignorabo neque in feudabo aliquo modo, licet cōuentus consentiat, sine expressa licentia patris Reformatoris, sic Deus me adiuuet & ista sancta Euangelia. Super quæ, positus manibus, iurat. Idem eisdemque verbis præstat Generalis, solum eo mutato, quod promissa subiectio, &c. sic Capitulo Generali, & relique possessionū alienationes, specificantur respectu proprii monasterii de Palazuelos, cuius Abbas ipse est, vt iam notatum est, Cap. 10. n. 3. Vnde, quam dependentiam habere constat Abbatibus à Generali, in licentia illa petenda & habenda, videbatur consequenter habere Generales, à Capitulo generali; sed ex iuramento non habet, quia in forma illius, ad ea verba; non vendam, &c. solum addit, nisi propter euentem vtilitatem eiusdem monasterij, & omittit alia de consensu conuentus, & de licentia ab alio petenda. Quæ tamen; etiam si non iurata, non inducant iuramenti obligationem, tamen ea obligatio, quæ ex iustitia & iure fuerit, nullatenus cessat. Quæ

IV.
Explicatur
respectu
Generalis
& Abbatu.

¶ Quæ autem ea obligatio sit, respectu Generalis, non videtur alia, quàm, quæ exigitur in Episcopo, in iure, *vt in cap. sine exceptione, & similibus 12. q. 2.* vt sit cū consensu Capituli, aut Clericorum suæ Ecclesiæ. Vnde etiã si propriè Generalis, post exceptionē Religionis, succēserit quoad nos, instar Episcopi Ordinarij; ab hac obligatione, vt non possit alienare, sine consensu sui cōuentus, liber non est. Abbatēs autem non solum cū consensu sui cōuentus, sed etiam super eum licentiã Generalis, qui eorū superior est, iuxta *Clement. v. nic. de rebus Ecclesiæ non alienand.* & alia iura. Ad huiusmodi autem licentiã præstandam, & authorizandū quoscumque cōtractus, qui ea indigent, est illud privilegium Eugenij IV. ad omnimodã firmitatē cōmunis iuris, secundū quod, Generalis religionis videbatur eam posse dare; quæ siue iure, siue privilegio, in excusabilis est Abbati, etiã ex iuramēto prædicto.

V.
Iuramenti
limitatio.

¶ Sed quantū ad obligationē, prout ex iuramento, limitatã est, vt secundū eius verba, quãtu ipsa patiuntur, minus obligent iurantē; vt tradidit Tho. Sanch. *lib. 1. de*

Matri. disp. 19. n. 11. Ad quod nota quod, *possessio*, vt accipitur pro re possessa, vt fundus, domus &c. & *iura*, vt similiter dicunt permanentē actionē, aliquid exigendū recipiendū aut faciendū permanenter; in bonis immobilibus cōputantur, vt videbimus infra, distinguendo vtrumque genus bonorū. De significatione dicta *Possessionum*, Cicero, in *Paradox.* ait, *Prata & areas magno aestimant, quod ei generi possessionū nemo nocere potest*, vulgoque sic vocamus *Possessiones*. Vnde etiã, cum iuramētum non cadat supra *alienationem*, tãquam genus comprehendens omnes alienationes, sed super expressas & nominatas species, ad alias extendi non debet: nisi specialiter ad eas reducibiles sint, tametsi, secluso iuramento, obligatio ad alia diuersa bona, & distinctos cōtractus per seueret: prout ad omnem alienationem extenditur in iure, & declaratur, circa *Extrauagant. Ambitiosa. de rebus Ecclesiæ non alienand.* De qua & de materia præsentis, videri possunt, *ultra citatum supra Suarez, & eundem de censuris. disp. 22. sect. 6.* Hieronymus Roderic. in *Compend. ref. 7.*

Fi.

TRACT. MONAST.

Filiucium tom. 3. tract. 44.
Bonacina tom. 1. tract. de alienat. bonor. Eccles. & alij, vt in sequentibus dicemus.

VI.

*Discussio
extrauag.
tus dictæ.*

¶ Cum autē ex sententia eorum, aliorumque, discutatur obligatio prædictæ Extrauagantis, editæ à Paulo II. anno 1467. cui adiecta est rescissio alienationum, contra dictam Extrauag. factarum, à Paulo III. anno 1555. & rursus pronuntiatum decretum Sacræ Congregationis. Concilij, iussu Urbani VIII. anno 1624. quas omnes bullas, materiam disputando, adducit Ascanius Tamburinus; to. 3. de iure Abb. disp. 23. per totam, adiecto etiam illius Congregationis decreto, ann. 1626. declaratio de non recipiendis censibus, vt intelligeretur similiter de pecunijs ad cambium, vel mutuo, cum solutione lucri cessantis; dum tamen in his omnibus, deuenimus ad determinandum aliquid certi in praxi; licet Congregatio dicta reuocauerit privilegia in contrarium, nihilominus in his facilius est dicere, quid non sit, quam quid necessario sit taciendum. Et quidem de obligatione illius Extrauag. *Ambitiosa*, anceps sententia est, an rece-

pta sit & valeat. Nam saltem quoad excommunicationem ibi latam, & alias pœnas, censent non obtinuisse vim; prout Nauarrus apud Bonacinam tom. 2. de legibus disp. 1. quest. 1. punct. 4. num. 31. & Covarruias, & Syluester, apud citatum Hieronymum Roderic. ref. 7. num. 18. Filiucius tom. 3. Tract. 44. cap. 1. num. 8. & 9. At è contra alij, receptam esse dicunt, apud citatum Ascanium, qui ad eam partem fortius fixit pedem, *ques. 12. num. 12.* Verumtamen certius aliqui ex eisdem, dicentes consulendum & videndum esse, vbi & quomodo accepta sit; nam in quibusdam dioccesibus, quoad quædam, in alijs quoad alia praticari inuenitur; & iuxta talem vsus & consuetudinem, esse censendum de obligatione & modo eius. Sicque procedit Lessius, tam quoad pœnas, quam quoad dispositionem, & solemnitates contractus, *lib. 2. de iust. & iure, cap. 24. dub. 11. num. 69.* & alij. Atque sic diuersimode expertus sum, magis aut minus, in diuersis locis praticari.

¶ Hinc ergo deduci videtur, quatenus stet nostræ

VII.

Re-

Præsi-
stræ Ob-
seruantia.

Religionis (fortè & alia-
rum) praxis, & vsus, ab an-
tiquitate tractus, & hodie
retentus, quantum ad hanc
dependentiam, vt alienatio
non fiat, nisi *consulto Ponti-
fice*, vt ait Extrauagans. *Ar-
bitiosa*, aut sine *licentia in-
scriptis*, vt ait decretum Cõ-
gregationis Concilij. Nam
semper (vt dixi *num. 2.*) no-
stra Obseruantia vsa est il-
lo privilegio Eugenij IV.
per quod Generalis, Apo-
stolica autoritate sibi con-
cessa, concedit licentiam
inferioribus Abbatibus,
aut subditis Præfidentibus;
vt ipsi, cū cõsensu maioris
partis conuentus, in cuius
numero ipse Abbas com-
putatur, contractus aliena-
tionum, quando oportet
celebrent. Hocque præ-
missis causis vtilitatis, &
alijs cõditionibus, quæ vel
generaliter ordinatæ sunt,
pro frequentibus & com-
munibus contractibus em-
phiteuticis, quos vulgo *fo-
res*, vocant in Galliciæ Re-
gno, in quo frequentissimi
sunt, vel in alijs contracti-
bus, venditionis, permuta-
tionis, &c. aut in censibus,
iuxta cuiusque exigentiam
obseruatur. Neque vlla ali-
consultatio vnquam, ex al-
terutra cõtrahentium par-
te, desiderata est. Non illa

Pontificis requisita in Ex-
trauag. Pauli II. & rescissio-
ne. Pauli III. vt pote à qui-
bus nulla privilegiorum re-
uocatio facta est; ac proin-
de in iuramento, quod præ-
stant Abbates nostri, in sua
confirmatione, vt *sup. num.*
3. nullo modo expressa. Cū
tamen in formula Episco-
porum & aliorum Abba-
tum, qui literis Pontificis
confirmantur, omnino ex-
primatur, vt adducitur à
Lefsiõ loco citato. Non e-
tiam illa iniuncta in decre-
to Congregationis Conci-
lij; fortè quia nunquam vi-
sa est authentica, & in for-
ma quæ fidem faciat, iuxta
dicta *supra cap. 3. num. 18.*
& vel inde vel aliunde nus-
quam recepta, in censibus,
pro quibus præcipuè vide-
tur editū illud decretum &
declaratio; quos sine discri-
mine admissos & celebra-
tos, tam in nostra quam in
alijs Religionibus, vidimus
& cognouimus, iam plus-
quam viginti abhinc annis
quod indicat tempus de-
creti. Aut enim fortè sup-
plicatum est Sanctis. Patri;
aut considerata difficultate
succurrendi necessitatibus
ingruentibus, si dum præ-
munt, prout sæpè solent,
monasteria Hispaniæ mag-
no cum dispendio, differens

TRACT. MONAST.

dum esset in Urbem Romę, ipse Sommus Pontifex cōnuentiam prębuit vt apparet, vel ipsa necessitas, quę lege caret, extorsit, & importunę saltem obtinuit, quod communis praxis in hoc tenet.

VIII.

Specificat.
ra aliena-
tiones pro-
hibitę.

¶ Omnis alienatio nostris est prohibita, per definitiones c. 37. n. 1. sine exceptione aliqua, neque illa quę in iure fit, in cap. terras 12. quęst. 2. quantum ad immobilia. At quantum ad mobilia, aliquę exceptiones erunt, dum statim videbimus, in quas res cadet hęc alienandi prohibitio. Sed quantum ad contractus alienationis, per quam transfertur dominium, siue directum siue utile alicuius rei; videtur, si excipias locatōnē (de qua dicemus infra) reduci omnis alius contractus, ad illas quatuor species numeratas, in iuramento Abbatum. Nam ad *venditionem*, reducitūr *permutatio*, sic enim in privilegio *supra n. 2.* dixit Eugenius, *pro alijs bonis, seu congruenti pretio, vendendi.* Et prohibita est in *Cap. Nulli. de rebus Ecclesiasticis non alienandis. & cap. 2. de rerum permut.* Deinde *donatio*, comprehendit omnem contractum aut

alienationē gratuitam. Pręterea *infesdatio*, quę cū *emphiteusi* confunditur, & quanta sit, vtriusque consensio, constat ex ijs quę tradidit Syluester *viroque verbo*, & sunt vel in perpetuum, vel ad tempus, vt ordinarię fiunt ad tres vitas. *Impignoratio*, etiam rerum immobilium est, & conuenit cum *hypotheca*, iuxta Panormitanū ad *Cap. Nulli. citatum num. 12.* Nam si res, verbi gratia, fundus, tradatur pro obligatione debiti, vsque dum solvatur habet rationem pignoris; si vero retineatur a debitore, sub obligatione solvendi inde debitam, si alias non soluat creditori, habet rationem hypothecę, & vtraque impignoratio, includitur, eō contractu, de quo Lessius *de iustitia & iure lib. 2. cap. 28. dub. 5. 6. & 7. Transactio*, etiam alienatio est, per quam disceditur ab actione, quam habet quis, ad rem, de qua lis aut discordia orta est; & si pretio, sit venditio est; si autem nullo pretio donatio. Vti etiam cessio bonorum. Atque in omnibus his, Generalis licentia requiritur, etiam ex vi iuramenti Abbatum; & si quę alia sunt, quę similiter

IX.

De Loca-
tione.

coincidunt, in re, cum eisdem iuratis.

¶ In prædictis autem non est numerata *locatio*, quæ si ad triennium sit, de prædio omni anno fructificante; aut ad sexennium de fructificante alternis annis; imò si sit quod non nisi tertio quoque anno fructificet, ob eandem rationem computandi anni tãquam triënalis fructuum conductio, iudicatur excepta in Extrauag. *Ambitiosa*, apud Bonacina *tomo 2. tractat. de alienat. quest. 1. punto 2.* Cæterum licet prohibeatur ultra triennium conductio, dum citra decennium sit, non reputatur alienatio, nec comprehenditur in illis speciebus iuratis: comprehenditur tamen in dispositione Extrapagat. Quam tamen, quoad hoc, non video esse receptam in nostra Congregatione, licet de omnibus partibus fidem facere non possim; sed generaliter scio, per diffinitionem non esse prohibitam, & specialiter in Segouensî dicecesi, in qua situm est nostrum monasterium Sacrorum memoriæ, cui triënalis Abbas præfuit, nulla ferè est conductio, prædiorum, quæ non ad octo annos fiat, omnes ultra

tres, nulla ultra nouem, nullaque requisita licentia Generalis, sed regulariter facta per solùm Abbatem, idque antiquo illius monasterij more. Quo stante in alijs domibus, aut locis (nam & in Oxoniensi territorio similia conductiã prædia habebat illud monasterium) similiter licere dicendum est, ut cum Lesio citatus Hieronymus Roderic. *resol. 7. nu. 18.* & legitima consuetudo, potens abrogare, ne dum limitare & moderari legem positiuam, id cõvincit; quæ nec à superioribus reprehenditur, neque ab inferioribus cum remorsu peccati practicitur.

¶ Solet ab authoribus ventilari quæstio, an in alienationibus prohibitis, in illa Extrauag. absque solennitate ibi inducã, comprehendatur, repudiatio, aut renuntiatio alicuius hereditatis vel legati; quia cum ea bona nondum Ecclesia possideat, nec ad eius dominiũ peruenerint, non habet dominiũ, quod per repudiationem, aut remissionem transferat; ac proinde non erit alienatio. In quo quantum ad euadendam obligationem Extrauag. in utrãque partem, ut probabilem

X!

Difficultas
expeditore

con-

TRACT. MONAST.

cōsētiūt auctores; nec ego a probabilitate discedo. Sed quantum ad obligationem nostrorum Abbatum, ex iuramento adducto *supra num. 3.* certum est, sub eo compræhendi, siue de hereditate aut legato fiat remissio, siue compositio aut transactio vel celsio. Nam quamuis in casu, non saluetur fortè propriè alienatio ob rationem dictam; tamen satis est omnino compræhendi sub nomine *iurium*, quæ iurant non donare; & in casa dicto saltem interuenit ius ad rem, imò & si hæreditas est patris, in re illud habet filius, eo mortuo. Quidquid autem de hoc sit, quod meum non est, illud prius sufficit; & ita ex praxi, & ex diffinitione expressa requiritur licentia Generalis Reformatoris, & aliæ diligentie requisitæ ibi; atque si intercedat libera remissio, non solum Abbatis consensus & conuentus ex maiori parte, sed conuenientibus duabus partibus, ex tribus. Quod in omni donatione aut libera elemosyna gratiosa extraordinaria obseruatur, inter nostros.

XI.

*Alienatio.
num am.*

¶ Præterea circa res prohibitas alienari, sine prædicta licentia, diximus, *num. 8.*

quantum ad immobilia, in nostra Obseruantia, ex eius diffinitione, nihil excipi, *de bienes raizes*; & quantum ad alia, adiungit, *ni muebles ni joyas preciosas*, & generaliter loquitur *eo cap. de alienationibus*, sicut & *cap. 13. num. 8.* utrobique exprimens, eas non posse facere Abbatem, neque conuentum, sine licentia Reformatoris Generalis, qui eam ex priuilegio Eugenij supra dicto, potest concedere. Addit vero quod aliter & *factum est nullum, & facientes ipso facto excommunicati*, non fulminando excommunicationem, sed supponendo. Quæ non aliunde supponi videtur, nisi ex Extrauag. *Ambitiosa*. intelligendo utique eam, sufficienter cum prædicta licentia adimpleri. Sed diffinitio est valde antiqua, nec indicat unde hauserit illud celsuræ. Quod ut suppositum ex iure, non accipit maiorem vim ex diffinitione; nec impedit statum non obligandi, ad quem per consuetudinem potest deuenire, insinuatam iam *supra. n. 7.*

¶ Licet autem ita indefinite loquatur diffinitio, de bonis immobilibus & mobilibus; diffiniendum erit, **XII.**

Explicatur in immobilibus,

con-

conformiter ad ius. iuxta quod, cum immobilibus cōputantur etiam ea, quæ propter perseuerantiam in sui conseruatione, & fructificationem, dum perseuerant; & propter prædicationem & valorem, cum immobilibus comparantur, & similis licentia, solemnitasque requiritur. Prout Panormit. ad Cap. Nulli de rebus Eccl. non alien. n. 7. Filius iam citatus, latè & ad singula descendens tract. 44. cap. 4. citato Molina disp. 464. & 465. & Syluestro verb. Alienatio nu. 9. Et ita adnumerantur illis, bona femouētia, vt grex ouium; aut armentorum, &c. Quorum tamen fructus, conseruato ordinario modo grege, diltrahi & vendi alienarive possunt liberè, sicut alij fructus prædiorum, aut vinearum, &c. Numeratur etiam incisio arborum notabilis, siue fructificantium, vt extirpatio vineæ aut pomarij; siue non fructificantium; sed ad lignationem, vt nemoris vel siluæ ceduæ vulgò, *cortas del monte*, Quod intelligo, si id in magna quantitate & extraordinaria inelisione fiat, vel nisi propter necessitatem replantandi vetulas arbores fructiferas. Nā quoad illas

cortas seu incisiones montis arborum, quæ semel incisæ ad tempus renascuntur, iterum incidendæ, tamquam fructus agri reputantur. Vnde & ad mensuram, præcerta annorum serie, distributæ sunt, quo pacto, sicut de annuali perceptione aliorum fructuum iudicandum est.

¶ Ceterum & aliam superlectilem notabilis pretij, annumerari eisdem immobilibus ad propositum, etiam cum supradictis tradit Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 27. n. 18. & 19. specificans, ornamenta diuini cultus, & vasa aurea & agentea; quæ ex verbis Extrauag. constant. Item v. g. Bibliothecam copiosam splendori monasterij competentem, & similia. Atque ex cap. nulli de rebus Eccl. non alienand. specificat rusticanum peculium, intelligens, eo significato, verbum textus, *rusticum mancipium*; vt sit apparatus cultuæ, iuga bouum seu iumentorum, seu instrumenta laboris, quod vulgò dicitur: *aluno, o aparejo de labrança*. Sed hoc & alia quæ adducit Filius citatus, de demolitione alicuius ædificij; in quo licet non transferatur dominium alteri, perit tamen monasterio illud quod habebat

XIII.

Reducitur ad ea alia cum aduententia.

M

(circa

TRACT. MONAST.

(circa quod nonnihil oportune dixi in *Notis liter. Reg. ad Cap. 65. à num. 4.*) & de auulione, v. g. oliueti, vt in vineam conuertatur, quia est permutatio quædam vnius dominiij semel amissi, pro alio adquirendo: & cætera quæ minutim velligat; in quibus & receptæ consuetudines attendendæ sunt, & permissiones notorię Religionis & Superiorum, æstimate tamquam ordinarię facultates; & circumstantiæ, quæ non omnino concurrunt, respectu Ecclesiastici beneficii alicuius Clerici secularis, sicut respectu monasterij: in his in quâ nõ hudebo peculiariter determinare. Tamen iuxta prædictas consideraciones, aduertere est, tam Abbatibus quam eorum ministris Religiosis, qui sæpius accedunt plusquã oportet, ignoſcantes iura, & eorum obligationes; ne nitantur in vtitã, & solerter attendant vbi latuerit aliqua alienatio rei monasterij, exprohibitis, etiam si tantum monasterio pereat, vt debita consultatione, & licentia fiat: vel saltem recepta & interpretante legem consuetudine, prout rebus vltus inueteratus ob-

tinuit, debite praticentur.

¶ Illud autem constat numerandũ esse, inter non alienabilia, nisi cum solemnitate requisita, iuxta Panormitanum supra citatum, & alios; scilicet quacumque seruiturẽ, aut ius, non solum anũ census persoluedi, sed etiam alicuius actiõnis præstandæ, aut obsequii exhibendi alijs, si ad ea monasterium obligetur. Atque etiam si è contra ipsum monasterium tale ius habeat, vt sibi ab alijs ea seruitia aut actiõnes exhibeantur, aut percipiendi annuos redditus. Qui tamen si pecuniarum sint; etiam si in magnã quantitate, inde vel alias coalescant pecunię, fructus sunt qui non alligantur legibus non alienandi. Nisi quando resultant ex rebus alienari prohibitis, quę retinent eandem naturam, vt non nisi in simili, absque solemnitate debita, expendantur. Idem pariter currit de qualibet alia pecunia accepta, aut deposita cum eo onere, aut simili obligatione adimplendã. Quæ & alia huiusmodi communia sunt. Illud specialius & pro nostris Ecclesiis aduertendum cum Tam-

XIV.

Quid de casu.

Pecunijs.

burinio

Reliquijs.

burinio, *tomo 2. disput. 13. ques. 2. num. 13.* Reliquias in
 liguas monasterii, compu-
 tantur inter res pretiosas, de
 quibus in Extrauagan. *Am-
 bitiosa*, citatur Riccium,
 & ex parte Bonacian: Cui
 tamen ad iacurrendam ex-
 communicationem latam
 ibi, videtur extensio, à tem-
 poralibus rebus, de qui-
 bus tantum agere videtur,
 transferre ad particulas re-
 liquiarum. Et certè extensio
 mihi etiã videtur, quia licet
 in estimatione pretiosiores
 sint, at non pretio vendibi-
 les: aut in sumptus cõputa-
 biles: & quamquam, & pec-
 catum sit cavendum, & sa-
 pè dignum, qualibet censu-
 ra, & pœna: tamen Ponti-
 fex ibi, non deuotè, licet ni-
 mitè & ineptè, si cum of-
 fensa Dei sit, reliquiarum
 cupiditati occurrit; sed am-
 bitiosè, quæ facultatibus,
 & lucris temporalibus in-
 hiat, vt ex principio & to-
 to contextu apparet, in
 Extrauaganti.

XV.

Ditensio ca-
 sui in qui
 excipitur.

¶ Vt verò constet cla-
 rius, quibus terminis clau-
 datur hæc prohibitio alien-
 andi, nisi cū solènitare &
 licentia superioris; quæ so-
 lum, ad alienationes rerum
 immobilium, & quæ ad im-
 mobilia reducuntur, & e-
 tiam mobilium pretiosa-

rum extenditur, vt indica-
 tum est; cætera enim li-
 bere administrantur ab
 Abbate, qui fructibus,
 redditibus, & molumentis
 suæ domus vitur, ad
 eius sustentationem & gu-
 bernium: at tamen adhuc
 in illis prioribus, generali-
 ter prohibitis, sunt ali-
 quæ exceptiones, & ca-
 sus, in quibus auctores,
 ex ipso iure, censent li-
 cere alienationem, sine li-
 centia Pontificis aut Su-
 perioris, ex eius facultate
 illam dare potentis. Quam
 obrem: & quia diligenter
 & nouissimè numerantur
 à citato Tamburinio *ques.
 9* breuiter, notando nostræ
 Congregationis propria,
 percurram eius seriem.

¶ Primus casus est, loca-
 tio seu conductio per trien-
 nium, de qua dictum est
 supra *num. 9.* Secundus ca-
 sus in rebus quæ seruando
 seruari non possunt, & hæc
 sunt, quæ liberè diximus,
 dispendi & vendi posse, de
 fructibus vini, olei, frum-
 menti aliisque redditibus
 & prouentibus &c. Tertius
 casus, emphiteusis in cas-
 bus à iure permissis, & de
 bonis ab antiquo sic conce-
 di consuetis; & cum euidèri
 utilitate. Quæ exceptio est
 ipsius Extrauag. cū aliis. In

YVI.

Casus I.

2.

32

TRACT. MONAST.

hoc autem casu prædictus author disput. 14. quæst. 7. al-
 tẽ firmat, hanc facultatem,
 veterem emphyteusim con-
 firmandi; & prorogandi, &
 finitam renouandi; dum-
 modo bona non deuoluta
 fuerint, & incorporata mo-
 nasterio, cum perceptione
 fructuum: & vt dicantur
 solita infeudari; solum re-
 quiritur, vt præcesserit in-
 feudatio 40. annorum, ad-
 ductis authoribus. Quibus
 sufficenter constet excep-
 tio casus, ab obligatione
 Extrauagant. Caterum in
 nostra Obseruantia, sine
 exceptione cautum est, &
 obseruatur etiam in anti-
 quis & solitis feudis, vel cõ
 firmandis, vel prorogan-
 dis, vel inuouandis, vt si-
 ne Generalis licentia non
 possint fieri ab Abbati-
 bus, etiam consentiente
 conuentu & continetur in
 eorum iuramento. Quar-
 tus casus, in re immobili
 parua ex cap. Terrulas 12.
 quæst. 2. cui, tum ex autho-
 ribus, tum ex decisione
 Congregationis Concilij
 adducta à Quaranta, non
 derogatum est per dictam
 Extrauagant. Pauli II. Tum
 addit iuramentum Abbatis
 aut Prælati, de non alienan-
 do; non extendi ad hanc
 rem exiguam, ex eodem

Quaranta, Abbat. & Redo-
 ano. Hoc tamen non est
 intellectum inter nostros
 quibus, nec per emptio-
 nem, licet acquirere mona-
 sterio bona, quæ vocamus.
 Raizes & sunt proprie im-
 mobilia; si excedat pretium
 octo ducatorum. Et in eo
 genere bonorum, vix po-
 test esse quid tam exiguum
 quod ob paruitatem mate-
 riz fugiat iuramenti rigo-
 rem. Quintus casus. Ne-
 cessitas alienandi valde in-
 stans, propter periculum in
 mora. Hoc sæpe etiam, in
 aliis materiis excusat, res-
 pectu Pontificis, ob distan-
 tiam & difficultatem itine-
 ris: in nostra Congregatio-
 ne raro potest vrgeri; sed
 accidente casu, non minus
 habebit locum de Superio-
 ris nostri licentia, vel ipsa
 (vt in similibus) epiichia
 excusante. Sextus casus est.
 In re mobili minus pretio-
 sa, cum Redoano & Qua-
 ranta. Et hunc frequentio-
 rem & admittendũ ab om-
 nibus reputo. Illud enim
 de pretiositate rei mobilis
 inalienabilis, necessarium
 est sumi moraliter, iuxta
 prudentem existimatio-
 nẽ, & cum aliqua latitudine.
 Ex quo plura excusantur,
 & ex conuiuẽtia superiorũ,
 & ex æstimatione hominũ,
 quia

5.

6.

4.

7. quæ apparent minoris momenti, quam vt. extrahantur ab expedita gubernatione & dispositione Abbatibus. Septimus casus. Repudiatio. seu. remissio. legati, aut hereditatis monasterio relicta, sed nondum ei incorporata: de quo dixi sup. num. 10.

8. Octauus casus. Permutatio bonorum monasterij, aut Ecclesie, cum alijs aliorum. Sed hic omnino reiiciendus est, & ipse reiicit. cum Riccio, & Barbosa, & constat ex dictis, sup. num. 8.

9. Nonus casus. est. Transactio, quando monasterium non est in possessione illius rei, super quam transactio fit. De quo, quoad nostros dicendum est idem, quod de repudiatione dixi.

10. Decimus casus. Remissio caducitatis emphiteutæ monasterij, quam ait posse Abbatem solum facere. Quod, quantum ad nostros, exclusum esse, dictum est, sup. in 3. casu. Undecimus casus. Restitutio rei, aut bonorū, quæ relicta sunt monasterio, cum cōditione, vt post certum tempus alteri traderentur: & hoc citra dubium videtur, cum non sit alienatio, sed alieni restitutio. Quæ vtcumque contingat ex obligatione iusti-

tiæ, facienda est; quam nec Pontifex nec Generalis impediunt. Duodecimus casus. Remuneratio meritorum, quæ dicitur donatio antidoralis: Ex eo quod nō est propria donatio; hæc enim dicitur ad quam donans non alia causa mouetur, quam vt exerceat voluntariam liberalitatem; antidoralis verò respicit naturalem obligationem gratitudinis, & est quasi recompensatio seruicij, aut beneficii accepti. Sed hoc (& bené) limitat author, ad recompensationem faciendam, solum de mobilibus, & non excedendo metas in donatione: Ego autē limitarem ad mobilia non pretiosa, & quæ non comprehenduntur in Extrauag. Ambitiosa. Cuius proprietas non est casus iste, sed potius alterius constitutionis Clementis VIII. de largitione munerum. Pertinet enim ad modum, quo Abbas possit, & debeat expendere bona monasterij, quæ vt Prælati administrat, de quo sequenti cap.

¶ Solum pro calce huius cap. animaduersione opus est, in feudis, vel emphiteutibus faciendis, omnino prohibitū esse ea facere, de bonis iurisdictionalibus mon-

VII.

Notandum
de iurisdictionalibus

TRACT. MONAST.

nasterij, aut Ecclesie, aut
 pij loci, neque factas reno-
 uare, aut prorogare. Quod
 capit per suam Confir-
 mationem. *Yvesius VIII. an-
 no 1624. prima die Nouem-
 bris, vt habetur ad verbum
 apud Tabern. dicitur. 3. disp.
 14. quas. 4. Adque cum irrita-
 tione contractum, atque
 sub pœnis, respectu Epif-
 coporum & Abbatum, in-
 terdicti ingressus Ecclesie;
 Et in eo duranti bus per sex
 menses, suspensionis regi-
 minis spiritualis & tempo-
 ralis: & respectu aliorum,
 excommunicationis lata
 sententia, priuationis dig-
 nitatum beneficiorum &
 officiorum, vocis ad ius &
 passiuæ, atque inhabilitatis
 perpetua ad alia, &c. solum
 que concedit locationem
 ad triennium tantum. Quæ
 oportet habere perspecta.*

XVIII.
 Quid de
 solemnita-
 tibus.

¶ Demum solennitates,
 quæ adduci solent obseruã-
 de, in alienationibus, præ-
 ter iam dictam licentiam
 Pôntificis, aut Apostolicam,
 iuxta Extrauag. *Ambitiose*,
 alia quæ adducuntur; vt in-
 terueniat causa, & tractatus
 habeatur, &c. ex alijs iuri-
 bus eliciuntur, vt *cap. sine
 exceptione, cap. aurum, cap.
 gloria 2. q. 2. & alijs, & duo
 potissimum sunt. vtilitas,
 vel pietas. In priori, vel an-*

gendo commodum, vel pesti-
 lendo incommodum; vel
 stabiliendo magis aut me-
 liorando rem; omnia & si-
 milia in vtilitate includun-
 tur. Posterior verò, dū sub-
 leuatur pauperum inopia;
 aut captiuorum (de quibus
 plura iura loquuntur) mis-
 ria; aut infirmorum subuē-
 tio; templi cultus, de centia
 &c. in ratione pietatis ver-
 santur, si alias ex redditi-
 bus, *necessitas*, quæ in vtro-
 que membro inuenta, vel
 etiam per se, causa est; sub-
 ueniri nequit. Cætera satis
 est adhiberi, quæ ex consue-
 tudine sunt, & à nostra Re-
 ligione abest in plurimum
 ille tractatus triplex distin-
 ctus, qui ab aliquibus peti-
 tur. Atque sine tractatione
 aliqua, & præstatione com-
 pensatis, quæ quidem, cum
 propositione opportuna,
 semper præmittuntur ad
 celebrationem contractus,
 quæ coram notario seu ra-
 bellione & testibus perfici-
 tur, nunquam fit emphiteu-
 sis, aut alia alienatio seque-
 modo, iam ex consuetudi-
 ne & praxi, omnem valorem
 inducit, apud Ecclesiastica
 tribunalia, Regiaque prae-
 toria. De quibus, vt pote ciui-
 lis iuris prudentiæ, & sciti
 interdum varijs, consulto
 opus est.

Ad

Ad expendendum & largiendum, quæ
Abbatum potestas?

C A P. XX.

I. **H**oc ferè totum cap. **Explicatur**
titulus. Extra illam rationem alienationis rerum Ecclesiasticarum, iure aut iuramento prohibita, potius versatur in materia voti paupertatis, & contra quod subditus peccat, qui, sine tacito aut expresso consensu Prælati, aliquid expendit, de quo alias; Sed nunc de ipso Prælato aut Abbate, qui in ordinaria gubernatione, non requirit alterius consensum, sed eius arbitrio expenditur facultates monasterii, videndum est, cum respectu ad nostram Congregationem, quæ potestas sit, & ique licita, id enim possumus quod iure & iuste possumus.

II.
Omissio
constitutio-
nis de lar-
gitione
munerum.

¶ In quo abstraho ab illo Motu proprio Clemen. VIII. edito anno 1594. qui incipit. *Religiosa Congregationes, &c.* de prohibitione largitionis munerum omni Religioso. In cuius explicatione egit Iohannes Bartholomæus S. Faustus, in *Thef. Relig. lib. 8. a quest.*

199. vsque fin. Ioannes à Cruce, in *epit. de statu Relig. lib. 1. cap. 3.* Bonacina *to. 1. ad su. Diana r. par. tra. 6. & alij, ex quibus ubi receptus vigerit, potest desumi propria doctrina. Nam præterquam, quod ferè totus versatur, intra terminos Religiosæ paupertatis, ad quam ex voto tenemur, itamen eo modo & rigore quo ibi statuitur, non obtinuisse obligationem, iam ab anno 1609. in quo ededit Summam Magist. Hieronymus Llamas in *Appendice* §. 29. multis tum rationibus, tum authoritatibus tradidit; cum maxime, etiam in principio interposita supplicatione, & repræsentationis incommodis, quod satis esse ad suspendendam obligationem resoluit Diana, 1. parte tractat. 10. resol. 3. & 6. Sed & postmodum, scriptis suis, receptam in Hispania non fuisse, tradunt. Thomas Sánchez, *lib. 7. sum. m. c. 19. a n. 32.**

TRACT. MONAST.

Et to. 1. Consil. lib. 1. c. 4. dub. 2. n. 7. Suarez to. 4. de Relig. lib. 2. c. 16. n. 15. ipsaque vsq; hodie conseruando manifestat; & ita quoad nostros nihil inde haerit peculiare.

III.

Generalis
doctrina
voti.

¶ Igitur de aliis bonis monasterii, quae uque sint, certum debet esse, penes conuentum aut communitatem esse proprium dominium, & nullatenus, neque ex parte, penes aliquam personam, neque penes ipsum Abbatem, qui patri voto a se omne dominium abdicatum habet; solum, a iure & Religione, coeessa sibi, ex officio, administratione. In quo sicut in aliis essentialibus & substantialibus, nomine monachi venit Abbas; nec sibi adquiret; & si male expendat, & contra expressam aut ordinariam, & praesumptam uoluntatem rationabilem religionis, in officio inclusa, contra iustitiam & votum, in materia illius, peccabit; siue per se, siue per illos, qui ab eo dependent, ipso conscientiente, siue sit ex bonis, quae ex prouentibus eiusdem communitatis, ut sic, procedunt; siue quae ex industria, labore, aut legatis, vel redditibus personalibus aliquorum monachorum. Quae omnia, sine exceptione, in

dominio illo communiter, quae sola capax est illius in monasterio, concludo. Quae doctrina, pro Religiosis, est solida & uera, & ex cuius principiis fit in materia hac discurrendum. Et eam tradunt auctores communiter, Sanchez, lib. 7. summ. c. 19. per totum, maxime a nu. 22. Suarez, to. 3. de Relig. lib. 8. c. 15. & to. 4. Azpe & tract. 10. lib. 4. c. 4. praeter unicam exceptionem Scholarium societatis, quae communitati aliarum Religionum doctrinae, nihil detrahit; & in ea sunt monastici omnes, pro quibus est Faustus Fulienf. in thes. Relig. lib. 8. & A scas. Valumbrosan. de iure Abb. tom. 2. disp. 22. & alij apud eosdem. Haec uque summarie dixerim, ut per ea corrigatur quaedam, in quibus exorbitat plane noster Lam. in sua method. 3. p. c. 13. §. 14. & 15.

¶ Atque ut distinctius intelligatur, non refugio admittere in praedictis, duo genera illa rerum ac pecuniarum expensibilium, quae indicantur; scilicet earum quae procedunt ab ipsa communitate, & sunt & uocantur propria domus, utpote ab eius iuribus, ut sic profectus; & earum quae proficiscuntur, ex peculiari ratione huius uel illius, & uocantur elemosynae, aut depositum

IV.

Differentia
rerum:

fitū illorum singulariū. Et hoc nō ob aliquod dominū aut proprietaris possessionem (absit) sed propter permissionem Prælati, & destinationem ad vsus singularis personæ, dum ex Missis, aut contionibus vel scriptis, vel donatiuis consanguineorum, alijsque modis, cum respectu ad eam, conceduntur, ex consensu & licentia Abbatis, & ab eius nutu dependentes in vsu; cuius neque in consumptibilibus dominus est monachus: Taliæque mobilia aut pecuniæ, neque in sumptibus domus admiscuntur; & quodammodo extranea & adiectitia reputantur, vsitata differentia in praxi, & notorio discrimine æstimata, à Petro de Ledesma, qui rem tetigit. *2. parte summæ tract. de statibus. cap. 4. de statu Relig. pag. mibi 66. colum. 2.*

V.

De priori
genere
quid liceat?

¶ Loquendo ergo de priore genere honorum, in quacūque specie sint, quæ tota massa economicæ administrationis Abbatis est, per se & officiales suos: potest & tenetur alere vestire, & curare Religiosos; procurare cultū diuinum; ædificia reparare; monasterij res iuraque defendere; pensiones eius oneraque persolvere; consuetas pauperum elemosynas facere; hospitū charitati non desse; & cætera similia, seruato in omnibus iustitiæ gradu, & per definitiones titulumque Ordinis, vsitato, & rationabili modo expressè præscripto; atque in non limitatis, eo pacto, tacitè à Superiorum potestate & iure concessio. Quod vero ultra hos terminos excesserit, iuxta quantitatem & modum rei, se iniustitiæ & voti reū exillimare debet. Quid vero ex his communibus bonis sibi peculiari-ter applicare possit, & computare in elemosynas aut peculiari-ter depositū eius singularibus vsibus destinatū, modo superius dicto, in pecunia quidè statutū est nostris per diffinitionē, & in vestitu regulari & ordinario, qui pro quolibet monacho taxat' etiā & determinatus est, & has excedere metas nisi consuetudo iustificet, rapina reputatur in nostra Congregatione. Nam & in alijs, prout superiore & requisita auctoritate, indigentij & decentiæ Abbatis, aliter concessum aut permissum est, ita licitè accipere poterit.

¶ Idque maximè inter
no.

VI.

TRACT. MONAST.

Animad.
uersio pro
nostris

nosse attendendū est, pro
huiusmodi bonis commu-
nibus monasterij, sit ac Ab-
bas filius eiusdem, an non.
Nam si aliquis sit, præter
vestitum monacho taxatū
& diffinitione, & pecuniam,
quæ in minoribus domib⁹
non excedit decē ducatos,
& in maioribus viginti in
annum, nihil ad depositum
peculiare trāsferre potest;
licet si aliquo extraordina-
rio vestimento aut parte
eius indigeat, sicut mo-
nacho agenti providere
teneatur, & debet, ultra ta-
xatum; ita & sibi poterit
imō & melius. Nam vt ad-
ducit Alcanius, tom. 1. de
iure Abbat. disput. 27. ques.
1. num. 3. ex Baldo, &c. Ab-
bas vestiatur melius quàm
Monachus, & Monachus
quam Conuersus; neque
id condemnandum dum
excessus notabiliter de-
formis, in discretia nō sit.
Sed eo sēper moderamine,
vt non inde queret mona-
sterium extraordinariē,
vt ordinaria in peculij
sui commodum conuer-
tat, Ex quo verō, per dif-
finitionem maximē Abba-
ti, conceditur vsus *Tahar-
di*, extra cellam, quæ vestis
est longa, anteriori parte
aperta, & cum manicis, ap-
ta superponi monacho in-

regre vestito, ad arcē dēstrī
gus hybernū, imō & extēp
ad alios graues & seniores
monachos, licet sine obliga-
tione prouidendi hanc ve-
stem à communitate; sicut
ex eius bonis, posset Ab-
bas prouidere illis, aliqua
attēione interueniēte, aut
salcē aliquibus eorum, ex
iustā cōgruāte considera-
tione; rationabilius sibi.

¶ Si verō Abbas, sit
proprius filius monaste-
rij, amplior communicā-
tio aut participatio bono-
rum communium, ei com-
petit. Sicut competit e-
tiam monachis filijs, ad dif-
ferentiam aliorum, qui non
sunt filij eiusdem monaste-
rij, & quorum suppellex
& depositum pecuniæ, sibi
cedunt, aut monasterijs pro-
prijs, vel mutando locū, vel
decedendo è vita, & ita pro-
portionate se gerere po-
terunt. Quod non procedit,
quantum ad aliquid
pecuniæ amplius corrogan-
dum sibi, aut suppellecti-
lem conuertendam in pec-
uniam, & trāsferen-
dam in peculium aut de-
positum; sed ad partici-
pandum liberius, ad vsum,
de bonis monasterij com-
munibus, quæ post mor-
tem filiorum monasterij,
eidem relinquuntur. Vn-
de

VII.

Item alia

de in spoliis defunctorum fratrum, aut alias, sicut hoc pacto ex bonis his communibus, & ad communitatem propriè pertinentibus, quæ alias prohibita non sint, potest prouidere vel imagines, vel libros, aut alia utensilia, & vestes, supererogando rationabiliter, & applicando paternaliter & conuenienter, quod Abbas licite præferatur in his, non videtur negandum rationabiliter, idque licite obtinet. Atque in simili, eadem proportione, de aliis Congregationibus tenent modum similitudinis habentibus, idem est iudicium, si aliud non obstat.

VIII.
Quid de
donatijs
& alijs.

¶ Illud autem magis discutendum, in numeribus, quæ vel statis diebus anni, vel in certis æuentibus offeruntur, aut deferuntur Abbati, ratione proprii officii, quod tenetur præstare, vel locationis aut emphyteusis faciendæ, aut similibus. Et ego hæc omnia, inter omnino propria bona monasterii computo, & nullatenus applicabilia peculio Abbatis, sicut Oblationes, quæ fiunt aliquando in parochiis, in la vel extra monasterium, alia iura poenarum Ca-

metæ, aut similia vel beneficentia, vel iurisdictionalia. Aliqua enim ex iis per nostras definitiones cauentur, alia receptus usus & sensus doctiorum & Religiosorum ostendit. Neque per hoc intendo in aliis Congregationibus, aut Prouincijs, damnare, si quid diuersum Religio, aut praxis ritè obtinuit. Nam obseruatio voti pauperatis, non eodem modo apud omnes Religiosos practicatur; cumque dependeat, ex beneplacito & consensu Superioris, qui est tamquam dominus rei, quo volente aut non inuito, licite res contrahatur; in quibusdam Religionibus, natus iste, & voluntas, habetur diuersimodè, & pro pluribus & vtitatis ibidem rebus; non item apud alias. Et ita vnusquisque se, intra cancellos propriæ obseruationis, continere debet; illis enim & iustitiæ & voti, in hac parte, præscribuntur termini hæud-quaque transgrediendi. Quæ est communis & aperta DD. sententia.

¶ Nihilominus non sunt inuoluenda cum prædictis, ea munera aut donatiua, quæ proueniunt, aut dantur Abbati, attentata ratio-

IX.

Excipien-
da aliqua

TRACT. MONAST.

ste personæ particularis, aut benevolentia seu obligationis ad illam, propter aliquam ipsius gratiam, amicitiam aut meritum, secluso respectu publici officij: Abbatialis in administratione bonorum & iurium monasterij, & saluis eius rebus, si qua infumantur, in recompensatione illorû. Nam si tallia, cuiuslibet monacho, ob similes rationes donarentur, non minus computarentur in eius elemosynis, seu ad usus peculiare, absque in iaria domus, quàm alia ex Missis, concionibus, scriptis, arte factis, aut alijs permittis à Religione titulis. Et idem prorsus debet dici de Abbate; etiamsi officium occasio sit, amplius & commodius exercendi aliquas actiones, quibus sibi aliorum beneficentiam promeretur; & ubertius gratificetur ei; quod non mutat naturam rerum, sed remanent quasi priuatæ personæ acquisitiones. Aduertat autem, si eiusmodi dona sint subditorum suorum, habentium, intra vel extra, grangias, Prioratus, aut administrationem rerum temporalium, & si sint de rebus communibus, & proprijs villicationis monasterij, per

inde esse ac de dictis *num.* 8. nec aliquid esse applicabile peculio aut deposito Abbatis: nec ea dona esse subditi, sed bona propria & debita monasterio. Quod tamen clarius est, quam ut animaduersione opus esset, Religioso viro.

¶ Potest etiam Abbas, de prædictis bonis communitatis, facere sumptus personales intra monasterium, tam pro se quam pro hospitibus, etiam intuitu Abbatis & aliorum monachorum, in dũtrumque iuxta Regulam c. 53. quæ neminem excipit aduenientium, intra terminos Religiosæ frugalitatis, nec profanæ redundantis, nec miseræ prementis. Et extra monasterium pariter, cum regulari & permittu comitatu, non solum pro negotijs & rebus monasterij: sed etiam pro proprio negotio, non excedente tempus honestæ recreationis, aut temporis prout usitato modo, in triennio permittitur, in Religione. Atque etiam in itinere, si aliquando (vt solet) concurrant in via, aut hospitio, quos inuitare ratio postulet, alias de rusticitate arguendus Abbatialis splendor, & beneficentia. Simul etiam cũ decenti pauperum

X.

De hospitibus & alijs.

elemo-

eleemofyna. Hęc enim omnia, onera funt officij, & Abbatis dignitatis, ex bonis communjatis implenda. Quę & alia, quę specificari nequeunt ob proximitatem, arbitrio boni, & prudentis viri consideranda funt, vt sinceriter & sine fraude fiant, nec quisquam iniuste aliena oneri portet, aut sub eis dignitas indignę commellatur ludare.

XI.

De remunerationibus alijsq;

¶ Ad hęc autem onera officij adimplenda, ab Abbate, de bonis communibus monasterij, de quibus loquimur, redducendę sunt illę donationes, aut largitiones antidorales, de quibus dixi, *cap. 9. num. 16. casu 12.* & opportuna dare benefactoribus monasterij, & gratificare strenue ei seruentibus; & xenijs etiam obsequiosis, comiter & iuste in commodum monasterij deuincire, aut depinctos conseruare. Imo, & hęc aliquando extendi ad eos, qui amicitia, aut sanguine iuncti sunt, non condamnabo. Eos enim, in rationabilibus casibus & temporibus, aliquid sentire delictum, de persona in Abbatibus dignitate constituta, a tempore quo priuatus monachus erat, videtur equum, & ex rationabili re-

ligionis voluntate praesumpta permissum; dum raro & moderatę fiat. Ad predicta etiam reuoca remuneracionem boni nuntij, vulgò *Albricias*, quę & in subito euentu, & pro Conuentu solent dari, & in expeditiorem negotij exitum, solent procuratibus promitti; & quę paschalibus incipientis anni temporibus litrenę, vulgò *Aguinaldo*. Quę & similia concedi debent & permitti Abbatibus soli, nisi vbi considerabilis quantitas, & vel mera gratuitas, requirerēt, consensum conuentus. Sūtque conformia ijs, quę adducit Thomas Sanchez, *tom. 1. consil. lib. 1. cap. 6. dub. 8. & lib. 2. cap. 2. dub. 38. n. 8.* in simili.

¶ Loquendo verò de secundo genere bonorum dicto *sup. num. 4.* Sicut ipse Abbas, potest dare licentiam subditis, expendendi suas eleemofynas, aut depositum resue, eis, modo ibi dicto, peculiariter permissas; ita & ipse, ex data sibi a religione cum officio licentia, libere expendere. Neque in hoc inuenio limitationem in nostra Congregatione, nisi quam ipsius rei natura petit; vt vltus & expensio sit in rebus licitis & honestis, ita, vt ex contrario

XII.

De secundo genere bonorum quid;

stario

TRACT. MONAST.

trario, in utroque casu, sit idem atque expendere sine licentia aut invito domino; quia neque Religionis, respectu Abbatis: neque Abbatis, respectu monachi subditi, reputatur licentia ad turpia aut illicita. Igitur quantum ad culpam, eodem modo, existimo peccare Abbatem illicitè expendentem bona communia primi generis, & hæc secundis; quia omnium dominium pariter est monasterij. Solum quantum ad obligationem restituendi, differentiam esse censeo: ut omnino illa constringat respectu bonorum prioris generis, modo possibili monacho, ad satisfaciendum, quod inde vel corraserit vel læserit, ex bonis posterioris generis, priuando se illis, aut abstinendo ab alijs sibi concessis, &c. in alijs vero bonis secundi generis, ut non urgeat restitutio, eo modo. Quod quo pacto ita sentiam iam declaro.

XIII.

In eis excusatur restitutio,

¶ Et quidem id ita esse mihi persuadeo, ex differentia admittenda inter illa duo genera bonorum, quam loco citato recognouit Ledesma, & quam re verà videmus practicari. Nam si quis Abbas, aut Prior vel minister rerum tempora-

rium, in reddendis rationibus deficiat, cogitur auctoritate superioris & ordinis satisfacere & restituere defectum, de elemosynis illis aut deposito, sibi peculiariter permisso, nec ignorat Religio, totum illud ad dominium domus & communitalis læsæ pertinere; ergo considerat illud quodammodo alienum, & indubitum domui, cui per illud satisfactum esse vult. Similiter si Religiosus abliguriat, vel male expendat eas elemosynas, aut peculiare depositum, etiam si, quoad mores, si Prelatus sciat, corrigatur reprehendaturque, tamen de restitutione expensi, nec ad ratiocinium venit, nec curatur, tamquam si sibi soli damnum intulerit. Quæ signa sunt voluntatis Religionis, aut Superioris, non sanè consentientis peccatum, aut potentis illud suo consensu & licentiâ excusare; sed remittentis obligationem restitutionis, quam non reputat iniuriosam domui; & quia restitutio adhuc impropria, qualis est omnis facta à Religioso, qui nunquam in rigore de suo restituit; in hoc secundo genere bonorum, adhuc est magis impossibilis. Nam & si per

per impossibile ea fieret, satis erat restitutionem fieri eisdem elemosynis & peculiari depositis; & tamē manebat adhuc in conditione bonarum secundi generis, in quibus Religio aut Superiores nunquam ab inferioribus expetunt satisfactionem aut restitutionem. Sed quasi admittunt ut ij qui se ipsos defraudauerunt, patiantur damnum & peccati & amissionis, absque aliquo alio.

XIV.

De iuramento non recipiendi respectu Generalis.

¶ Offerēbat se in presenti consequenter exponendum, quoad nostros, decretum Clementis VIII. in Motu proprio reformationis cuiusdam ut habetur 3. to. 3. priu. 37. sed tamē id tāgit communem monachorum nostrae Observantiae, de hac paupertatis materia, tractationem. At in presenti solum Abbatū & superiorum potestatem prosequimur; ideo petenda erunt infra Cap. 30. an. 2. De ipso autem Generali Reformatore nō est facta nō ē, quia in quantum Abbas localis sui proprii monasterij, quod de aliis Abbatibus, intelligitur de illo; & insuper posse in quibus limitatus nō fuerit, in casibus

necessarijs dispensare, & licentiam dare omnibus praelatis & subditis Congregationis. Quoad iuramentum verō, quod ipse inter alia praestat, de non recipiendo aliquo, cuiusvis sit qualitatis aut quantitatis, munere, directē, vel indirectē; quod pariter Capitulares praestant etiam ex parte sua de non dando; manifesta sunt verba: Nemo ergo se decipiat, ut vel Generalis inclinetur suum, non in testimonium Dei sed in avaritiam, aut inferior obsequiosus interpretetur inlectens iuramentum: seu ut: que sibi blandiatur de paruitate materiae. Nam paruitas materiae in proposito est difficilis cognita, & per se etiā cognita in iuramento, non excusat a veniali, a quo caueere debent, maximē Superiores, quibus vel defectus exempli, vel scrupulus scandalum timēdus est, ne augeat culpam. Atque ut nulla sit materia, debet esse tam parua, ut citra paruitatem reputetur nulla; & nulla verius nulla, quam quae non est, nihil recipiendo, vel dando. Aliter autem circumuenire iuramentū, vanū est, quia Deus non irridetur.

TRACT. MONAST.

Abbatum, quo ad Iurisdictiones
temporales, potestas.

C A P. XXI.

I.
An iurisdic-
tio tempo-
ralis nobis
liceat affir-
matur.

Hic temporali iurisdic-
tioni, in seculares ter-
minos & vassallos, quoad
Cistercienses; multum ve-
detur repugnare Alexan-
der III. in cap. *Recolentes, de
statu monach.* & iuuatur ab
eo, quod recollere dicit, sci-
licet plationem ordinis;
quem huiusmodi bona ab-
dicasse constat, ex exordijs
Cistercij, in paruo, cap. 16. &
in magno, lib. 1. cap. 4. Nihil-
ominus generaliter, de co-
sensione, & coherentia ho-
rum bonorum, cum statu
Ecclesiastico, & Religioso-
rum, adeo certum est, vt si-
ne Romana Eccl. sia iniu-
ria, contrarium defendi ne-
queat. De quo Bellarminus
*Tom. 1. lib. 5. de Pontifice cap.
9. Salas de legibus, disp. 7.
sect. 6. Suarez de legibus, lib.
3. &c.* Deinde non esse co-
tra Regulam S. Benedicti,
luculenter probat Anto-
nius Yepes, in *Chroni. S. Be-
ned. tom. 7. cent. 7. ad annum,
1099. cap. 3.* Atque licet ea
abdicatione, sicut & iurium de-
cimiarum & oblationum,

& aliorum bonorum, in
principio a Cisterciensi-
bus ex seruore, super ero-
gando ad obseruantiam
Regulæ, facta sit, tamen, vel
tentando rem, facta fuit, vel
experiendo incommoda ca-
rentiæ bonorum in deser-
tis, pro victu, diuino cultu,
hospitalitate, & alijs mona-
steriorum obligationibus;
desisterunt tandè ab illo ri-
gore, cedendo necessitati,
cum conuientia eorum,
cui intererat, & ita ritè ad
terminos præsentès redu-
ctum est.

¶ Hoc autem testantur
plura. Primò. Nam ad annũ
1148. Magnus P. N. Bernar-
dus, acceptauit amplissimã
illam munificentissimam;
que talium bonorum do-
tationem, pro monasterio
de Alcobatia in Portuga-
lia, vt constat ex relatione
Bullæ Gregorii XIV. excus-
sa Venetijs inter eius Con-
gregationis priuilegia, &
hittoriam enarrat Britus
Cisterc. lib. 3. d. cap. 18. &
alii. Secundò. Ad annum

II.

Et probatur.

1244. idem Alexander III. cuius est illa supra adducta decretalis, plura bona gr̄a-
gia que confirmat *tom. 1. priuil. 4. Tertio.* Ad annū
1249 decimas & oblatio-
nes habuisse, indicat Inno-
centius IV. & Bonifacius
VIII. *ibid. priu. 21. & 47.*
Quarto. Ad annos 1334.
constat *ibid. priu. 58. num. 3.*
statutam fuisse formam iu-
ramenti, quam facerent Ab-
bates Cistercienses, à Be-
nedicto XII. eiusdem Ordini-
nis alumno, quod iam, ante
rioribus temporibus, posse
disse ea bona temporalia
& feudalia, de quibus iur̄s,
signum est, alias superac-
cum esset iuramentum.
Quinto. Vasallis etiam ex-
pressis, & omni alio genere
horum bonorum, fortificat
rem Innocentius V. *III. tom. 1. priuil. 108. nu. 3.* & Papius
III. pro nostra Observantia,
tom. 3. priuil. 1. Ultra quæ, se-
re omnia nostra monaste-
ria, & antiquissimis Regum
priuilegijs, & nouioribus,
etiam adiudicatis iuribus,
possident, tēporales iuris-
dictiones integras, civiles
& criminales, cum omni
mero mixto imperio, &c.

III.

Cui eius
domini, &
cui exerci-
tiū cōpetat.

¶ His suppositis, duo in-
ter nostros sunt certa. Pri-
mū, huiusmodi iura, esse pe-
nes ipsum monasteriū, ita

vt nō seorsum Abbati, sed
simul cum conuentu toti
communitati competant.
Quod ex dictis, de dominio
& proprietate constat. Se-
cundum est, exercitiū huius
iurisdictionis, totum penes
Abbatem insolidū esse; ita
vt in consulto cōuentu alio
ve, constituat iudices, tabel-
liones, aliosque ministros
iustitiæ; quod constat ex an-
tiqua consuetudine, & pra-
xi, in ipsis etiam diffinitio-
nibus fundata. Et ita Abba-
ti, hæc potestas demandata
est, & acquisita, vt nec Gene-
ralicam inuertere, aut mi-
nuere liceat. Sicuti nec po-
testat præserare ad beneficia,
& alia quæ ita sunt propria
individualiter cuique mo-
nasterio, vt vel ab ipso, vel
ipsius voluntaria commissio-
ne, ubi personalia vota non
sunt necessaria præcisè, pro-
cedere debeant. Quod si in
prædicto exercitio potesta-
tis, male se contra iustitiā,
aut diffinitiones gesserit Ab-
bas, cognoscere, iubere, &
sententiarè, quid iure agen-
dū sit, Generalis, & officii
sui erit; sed per se amouere
ministrum, aut titulū dare
nullo modo. Quo autē mo-
do se gerere debeat Abbas
in his, in nostra Cōgregatio-
ne, iuxta diffinitiones eius,
& leges Regni, ipse perspe-
ctum

TRACT. MONAST.

¶ Si habeat, & iuxta modū: & diuersitatē iurisdictionū, & municipales terrarū leges & mores, quæ consulenda sunt.

IV.

Causa ad irregularitatem.

¶ Abbatem conferentem titulum officii iudici, aut etiam specialem commisionem, in causa sanguinis, vt debitum iustitiæ faciat, etiā si virtute illius deformat iudex, aut furca suspendat delinquentes, nullam incurrere irregularitatem, expressum est in *Cap. fin. ne Clerici vel Mon.* & tenent doctores quos citat Stephanus de Auila *tract. de censur. 7. parte disp. 3. sect. 2. dub. 4.* Caueat autem ne suo consilio, in particulari moneat iudicem, de supplicio vel pronuntiando vel infligendo; neque tanquam, auctoritatem præbens iudici, sententiam sanguinis pronuntianti, aut illam exequenti adhsit: fiet enim irregularis, iuxta *Cap. ex literis, de excessibus prel.* & quos citat supradictus Auila *dub. 16.* Sed hæc, aliāq; huiusmodi, animaduersione nõ egēt, huius specialis tractatūs.

V.

¶ Equiparationis.

¶ Spheram autem huius temporalis iurisdictionis, circa officia, & alia ad illam pertinentia, æquiparandam esse cum temporali iurisdic-

tione Dominorū titulariū, Comitum vel Marquionū, qui supra se Regem agnoscunt, docuit expressè Thomas Sanchez *to. 1. Consil. lib. 2. c. 1. dub. 38. & 39.* ex Salom. Aragonio & aliis. Ex quo colligo, posse Abbatem, in terris monasterii iurisdictioni subiectis, remittere non solūm pœnas pecuniarias, quæ *Camora* vulgò vocantur, & ad monasterium, mediante iurisdictione, pertinent; sed etiam pœnas corporales, post latam à iudice sententiā, vt ex Auedaño & ex consuetudine docet citat^o Sánchez *lib. 3. dub. 5.*

¶ Item à iudicibus seu Merinis potest esse appellatio, vel ad ipsum Abbatem monasterii cuius est iurisdictione, vel ad eum, quem ad audiendas appellationum causas constituerit ipse Abbas, vulgò vocatum *Alcalde maior.* Ex eodem Sanchez *ibid. dub. 6.* Atque habere potestatem constituendi iudices appellationum, defendi posse, non solūm ex iure communi, iuxta annotata ab Alberto Bruno *conf. 102.* sed etiam ex iure Regio, iuxta legem GuadalaJaræ latam, anno 1590, quam refert, hoc docens, Couarru. in *pract. quest. cap. 1. num. 7.* Grego. Lopez, *lib.*

VI.

¶ Appellatio ad Abbatē qualiter.

18. tit. 23 par. 3. versu. Para
 el Rey. Auendaño, de exe-
 quend. mand. Reg. Cap. 6. in
 princip. & ex praxi, quam &
 ego seruari vidi, & seruaui
 sapius quadruplici trien-
 nio Abbas monasterij de So-
 brado. Cæterum à iudice ap-
 pellationum, qui quasi v-
 num tribunal cum Domino
 constituit, si appellatio rur-

sus facienda est; non ad Ab-
 batem, sed ad Regium tri-
 bunal Regni debet esse, ex
 citato Couarru. & ex Ca. Ro-
 mana in princ. de Appellat. in
 6. Alia autē adducit etiā ci-
 tatus Sanch. locis vbi sup. &
 dub. 37. ibid. quæ parum ap-
 plicabilia nostris sūt; & vt fo-
 resia ab alijs tractāda; & ita
 supradicta indicasse sit satis.

*Quorundam Abbatum monasteriorum-
 ue, præ alijs, præeminentia.*

CAP. XXII.

I.
 Monasterij
 Montis-
 sion iura.

DVM propria nostræ
 Cōgregationis tracta-
 mus, oportet, in illustrandis
 iuribus, illius præcipuis par-
 tibus non deesse, quæ aliqua
 præeminentia, inter alias,
 præcellunt. Et primo de mo-
 nasterio, huius Obseruan-
 tię initiatiuo, de quo dictū
 est sup. cap. 2. n. 2. scilicet S.
 Mariæ Montis- sion, vulgō
 S. Bernardi, extra muros To-
 letanæ vrbis: in cuius fauo-
 rem, adducam fundamenta,
 quibus inniti possunt illius
 Abbates, qui vsque ad litis
 contentionem (quoad fieri
 possit excusandam) contra
 Cōgregationem aliquan-
 dō cepērūt decertare, corā
 Illustriss. Nūtio Apostolico
 Primuēst ex Leone X. 10. 2.

priu. 23. n. 3. vbi sic: *Præfati
 monasterij Montis- sion, quod
 præfata Cōgregationis caput
 existit, omnibus & singulis
 prærogatiuis, præeminētijs, &
 antellationibus, quibus, tam
 ex priuilegio Apostolico, quā
 dicti magistri Martini, & alijs
 congregationis huiusmodi dif-
 finitionibus, ac etiam de con-
 suetudine, vel alias ipsum mo-
 nasterium gaudet, in omnibus
 & per omnia saluis nihilomi-
 nus remanentibus, &c. Quæ
 bulla expedita fuit anno
 1522: mense Decembris.*

¶ Circa eam aduerto, nō
 ex omni parte fuisse recep-
 tā, cum in ea nu. 4. officium
 Generalis Reformatoris,
 quinquēnale fore disponat;
 quod cōstat ab an. 1517. suis

II.

Def. etas.
 Bullæ illius

TRACT. MONAST.

se triennale; & sine aliqua in
 terruptione continuatum.
 Præterea aduerto, hanc bul-
 lã, esse reuocatoriã alterius
 bullæ ipsius Leonis X. quã
 ediderat anno 1516. ad cuius
 reuocationẽ tantũ impetrã-
 dã, missus fuerat à Congre-
 gatione, nominatus in ea
 monachus; quem excessiue
 mandatũ, cõprobant ex li-
 bro Ordinis fol. 44. in quo
 nihil de obrinendis præmi-
 nentijs monasterij Montif-
 sion, datum erat. Vnde cau-
 santur aliqui, bullã deficere
 ex *l. si procurator, l. Procura-
 torũ, & l. Mandati. Cod. Mã-
 datis* & quia interuenit sug-
 gectio falsi, deficit ex *o. de cõ-
 firmationib⁹ de cõfirmat. vtili
 vel inutili*, & cum Bulla sit
 in forma cõmuni ad petio-
 nẽ partis, nullũ præiudiciũ
 generat tertio, quod latè
 probat Mirand. *to. 2. Man q.
 45. a. 1. & alij. l. mō & quocũq;
 modo, præiudiciũ tertij, nõ
 intelligitur vnquã inferri,
 vt notauit sup. s. 23. n. 6.*

¶ Sed tamen ab his calũ-
 nijs seu defectibus, liberari
 potest bulla; ex eo quod ei⁹
 clausula, neq; impetratoriã,
 neque confirmatoriã est il-
 larũ præminentiarũ; sed so-
 lũ præseruatoriã, ne in reuo-
 catione tolleretur, nihil vel
 iuris vel firmitatis adiciẽs,
 sed in præxistenti statu re-

linquẽs. Nã illa verba *saluis
 remanẽtibus* nihil aliud ope-
 ratur. Sic, *salua gratia*. Quia
 tilian. *l. 11. c. 1.* id est nõ dero-
 gata: sic *saluo iure amicicia.*
 Tullius *ad Appium. lib. 3.* id
 est non sublato. Atq; Gloss.
*in l. item labeo. ff. Familia her-
 eis fundæ.* docet, verbũ *saluo*
 vel *saluis*, esse dictionẽ mo-
 dificantiam & reseruatiuã
 præcedentiũ; quod longè ab
 est à voce *confirmandi*, aut
iubendi, quod perperã exi-
 stimauit marginator ante-
 cedentiũ diffinitionũ. Illud
 est autem indubitabile, ea
 verba *saluis &c.* solũ ad præ-
 habitas præminentias re-
 fectri; atq; ex priuilegio nõ
 lã præextisse, nisi quã tra-
 cuit Eugen. IV. *to. 2. pri. 8. n.
 3. vt Abbate Reformatore*
absente vel impedito, Abbas
cõuentualis monasterij Mõris
sio, primus sit diffinitorũ; & ne
 que id perseuerauit, tubie-
 cti scilicet mutationi, sicut
 pottori iure, & alia quæ per
 diffinitiones ordinata essent,
 si quæ erant.

¶ In quò mihi generalis
 resolutio est: Quod si diffi-
 nitorũ Capituli generalis,
 condat aliquam diffinico-
 nem in fauorem alicuius ge-
 neris personarum, vel alicu-
 ius priuati monasterij, desi-
 gnando eis aliquam præ-
 eminentiam, vel honorificũ

I V.

Doctrina
 re certa,

mi;

III.

Aliter libe-
 ratur illis
 calamajis.

monasterium, & eam diffinitionem, etiam per Apostolicam Sedem confirmetur; tamen eis inde adquisitum tale est, ut sine iniuria, possit Observantia diffinitorium simile, si conuenientius ei videbitur, contrarium disponere, se solo validdè, si quod præcesserat, tantum accidentaliter (vt dixi *sup. cap. 6. num. 17.*) esset confirmatum & Pontifice; aut si confirmatum erat, essentialiter, poterit ipsi nouiter confirmandum proponere, reuocato priore, absque ullius vel iuridica querela, vel actione resistendi, ex præcedente concessione. Hoc quantum ad Papam, quis sanus mente negabit? qui nec sibi, nec successoribus, admittit potestatem ponendi & reponendi Apostolicas constitutiones & decreta, vt praxi & innumeris exemplis constat. Quantum ad Capitulum generale subinde eodem modo patet, ex ijs qua de illius iuridica & Apostolica potestate condendi diffinitiones & statuta, dicta sunt *sup. pra. cap. 6. & 7.* a quo nec se alienat, nec arcere succedentia Capitula potest, vt aliquid diffinat iure irreuocabili. Vnde nihil tale ex prædicto Leone X. video

subsistere; sed ex munificètia ipsius Cōgregationis qua, debito respectu, gratia suæ Observantia principio, alia postmodum adhibuit & conseruat.

¶ Pro quibus, recentius fundamentum illius monasterij, est aliud priuilegium Fulij III. per Illustrissimum Joannem Poggium illius & lateris Legatum, & Hispania Nuntium *tom. 3. priu. 3.* anno 1553. in quo disponitur, quod Capitulum generale, quod (vt ibi refertur) in monasterio Montis sion & non alibi ex quadam Cōgregationis consuetudine, Apostolica auctoritate probata celebrari debebat, in alio quouis celebrari valeret. Cum hoc quod idem monasterium, omnibus priuilegijs & libertatibus, quibus de presentè tam per diffinitiones quam per priuilegia & inualta Apostolica gaudet, potiatur & gaudeat. Atque non imponantur sibi reparationes generales ordinis. Neque soluantur quinque mille marapetinos, collegio scholariū Theologorum solui solitos, excepto quando ipsum monasterium habuerit scholarem in eodem Collegio. Atque etiam cum hoc, quod ratione expensarum, ex quibus ob non celebrationem Capituli in ipso

V.

Fundamentum aliud.

TRACT. MONAST.

*monasteria liberatur, non pe-
tatur Prioratus de Bona-
ual, qui eidem monasterio
vnicus existit, nec eius red-
ditus, nec aliqua eorum pars,
&c.*

VI.

Contentio
de eo.

¶ Hinc aliquando orta
est contentio, & mota lis,
inter Congregationem &
illud monasterium; hoc ex-
tendete iura, illa refringe-
re volente; liteque vtrin-
que durante, cecidit Gene-
ralatûs dignitas; in perso-
nam Abbatem & filium e-
iusdem monasterij, atque
semel, per eius electionem,
fractis voluntariè animis
colligantiû, lis etiam con-
tentionis sopita vel extin-
cta est; imò & accessit in-
stauratio veterum, diffini-
tionum de nouo excusarum,
quas, ipso cum alijs diffini-
toribus condente & dispo-
nente, mirum esset non fa-
uorabiles fore, quantum
eisdem bene visum fuit lo-
cum esse, iustâ consideratio-
ne non reluctante. Nec ego
reluctabor quasi iudicem
agens, sed notabo quid in
prædictis controuersum e-
rat; quam succincte.

VII.

Difficulta-
tes in illo.

¶ Primò ex parte con-
cedentis, dubitabatur de
potestate Legati, ad consti-
tuendum aliquid aut cõtra
Canonicum ius, aut in præ-
iudiciû tertij, iuxta Sylue-

strum verb. *Delegatus. n. 22.*
& verb. *statutum. n. 2.* & Mi-
randa citatum *sup. n. 2.* Et in
hoc certè præiudiciû sin-
gularû monasteriorû inter-
ueniebat; & etiâ aliquid iuri
oppositum, si ad expensas
Capitulares extendatur, de-
cernente eas Innocent. III.
*in Cap. in singulis. de statu mo-
nach.* Secundò, ex parte pe-
tentium, quia videtur facta
petitio à tota Congregatio-
ne, cui diriguntur literæ, cû
ex libro Ordinis fol. 213.
constet solum à quatuor
Consiliariis prodiisse, quos
carere potestate, ad huius-
modi contractus, tangentes
omnia monasteria, arguitur
ex *cap. 29. de Reg. iur. in 6.*
vt quod omnes tangit, de-
beat ab omnibus approba-
ri. Quod si ex prædictis, il-
lud Breue à principio non
substitit; nec postea tra-
ctu temporis conualuit, ex
*ca. auditis. de elect. & l. Quod
initio. ff. de Reg. iur.* Tertiò,
in ipso Breui, non statuit
præminentias futuras sed
quas habebat *de presenti*; &
ita ultra expressas ibi; quæ
eumque adiectæ sunt ab eo
tẽpore, non comprahendû
tur in eo. Quarto, Quia no-
mine repartitionum gene-
raliû, non videntur intelli-
genda aliqua, quæ sunt pe-
culiars expensæ, vel pro suo

27

36

43

victu

A

victu indiuideo, vel pro suo singulari negotio, specialiter faciendæ, in quibus explicandis inutiliter immorari nolo, qui nec iuri nec gratiæ quidpiam detractum iri intendo. Quintò, quia exemptio à solutione syn. macapetitorũ, pro scholari Collegij Theologi solitorũ fuit respectu Complutensis, quod tunc erat; nec videbatur extendi ad Salmantinũ, postea magnis sumptibus erebdi à Congregatione, & sustentatum expensis aliorũ monasteriorum, quibus gratis imponitur illud onus, respectu collegatũ Monastii. Imò & ipsa portio totius solui Cõplutensib; differentiã temporum excreuit in duplum, quod sicut alijs, eidem etiam monasterio videbatur addendum. Sextò, quia ex eodẽ Breuitate constat, monasteriũ illud, in amotione celebrationis Capituli, quod in eo solebat fieri, liberari ab expensis illius nõ modicis; quarum intentu, Prioratus Bonæ-vallis eidẽ annexus fuerat. Et non solũ ex hac parte, cõmodum & emolumentum reportat, liberatũ ab expensis & sumptibus; sed retinet pingues redditus illius Prioratus, interclusa actione repetendi ipsa Congregationi; & insu-

per quasi paciscendo, de reliquis honoribus potiũdis, ac oneribus non ferendis, quæ notabilis contractũs videtur inæqualitas. Quæ à me solũ insinuando dicta sunt, ne meum, vniversa Congregationi, cuius iura pertracto, iniuriosum silentiũ fuerit, ipsa vero, ne sua taciturnitate vel negligentia sibi noceat, viderit.

¶ Accedit secundo loco monasterium S. Mariæ Vallis-bonæ ad ripam Durij, quod & secundum fuit in Reformatione Observantiæ, vt apparet tom. 3. priuil. fol. 200. Huius Abbas, defectu Abbatis aut Prioris Monastii-sion, præstet electionibus Capituli, & electum Generalem confirmat; gradumque sedendi post prædictum Abbatem habet; quæ & si quid est aliud, nullo diplomate Pontificio cauentur, sed solis definitionibus statuuntur, alte illis stabilita, & sine disceptatione iurgioque seruata, vtique & seruanda; cum alterationis nulla vnquam extiterit causa, nec extabit vt exinde coniectare licet.

¶ Inter monasteria etiã privilegiata, possumus numerare Collegia Vniuersitatum, Salmanticensis, & Cõplutensis; item & monasterium

VIII.

Vallis-bo-
næ præ-
minentia;

IX.

De Collegi-
is & c.

TRACT. MONAST.

sterium S. Anne Matritense, & S. Mariz de Palazuelos, De tribus autem Prioribus, quantumque exemptiones & libertates sint, maximè libera dispositione Capituli generalis statuta sunt, eius etiam arbitrio mutabiles, in quibus non est quod immerer. De ultimo verò extat Præsati Legati Iulij III. breue tom. 3. pri. 2. confirmans, inter alias, quandam diffinitionem scilicet: *Ut monasterio de Palazuelos applicentur sexcenti ducati in annuis redditibus, quolibet anno, designando monasteria, à quibus soluenti sint, & quod sit liberum, ab omnibus repartitionibus generalibus dictæ Congrega-*

tionis, & à solutione quinque millium marapetinorum Collegio Theologorum (nempe Complutensi) solui solutorum, &c. Hæc autem vel ex toto vel ex parte cessare poterunt, si consentiat in eo monasterium cuius interest, & velit non uti indulto Apostolico; annuente Generali aut Capitulo; nam quisque potest renuntiare iuri suo, nedum priuilegio, ut ex Cap. Nuper. de Decim. & Panormit. alijsque tradidit Syluest. verb. Priuilegium. num. 10. §. Octauo. Vel etiam sicut dictum est supra num. 4. & prout de repartitionibus dixi supra cap. §. num. 15. & 16.

Capituli, & Generalis; & Abbatum circa monasteria Monialium potestas.

CAP. XXIII.

I. **D**E potestate quam habet ex priuilegijs nostra Obseruantia, ad vniendum monasteria Monialium eius Reformationi, dixi sup. Cap. 16. num. 11. nunc circa vnita, licet paucissima sint, quid iuris sit est viden-

Monasterium Monialium diffinitionis triplex.

dam. Nam sunt in triplici differentia. Primò, Quædam quæ toti Obseruantie & Congregationi in communi, immediatè subiecta & vnica sunt, ut monasterium S. Michaelis propè Pontisferrati oppidum, & de Huel-

ga de Aviles, in Asturia, & Ferreira, in Gallecia. Secundo: Alia immediate subiecta ipsi Generalis dignitati: ut sunt in ciuitate Vallisoleтана, Huelgas, & Bethlemi Tertio, Quae immediate subduntur peculiaribus Abbatibus; ut Abbati Morrolae, monasterium S. Columbae Beneuentanum; & Abbati Hortensi, monasterium Boni-fontis. Omissi autem monasterium de le se extra muros Salamancae quod iam olim dimissum a Congregatione, & rursum charitativè receptum, tandem reiterans, multa licium molestia, detractionem Obedientiae, ab ea ultra, decreto facto in diffinitorio hoc anno 1645. iustum est solui, atque iterum dimitti. Quod si executioni non fuit mandatum, quid iuris, in eo sit diuersum, docebit licet euentus.

II.

¶ Sed de monasterio de Ferreira, quod peculiariter de nonast. Ferreira. erat subiectum Abbati Meyer, usque ad annum 1600. in quo, ad subiectionem primi generis translatum est, requirit aliquis. Etsi respondeam, factum viete priuilegiorum adductorum, loco supra citato, excipiet forte; Quod ea sunt adueniendum monasteria non

reformata, sed illud monasterium iam erat reformatum & unitum, ut constat ex ipsa vnione Meirae cui erat annexum tom. 3. priuileg. fol. 215. facta, cum omnibus in rebus & pertinentijs suis: ergo iam erat extra spheram illius facultatis. Ad quod ego: concedo sufficientem esse eam vnionem, ut inter monasteria reformata computetur, & gaudeat iisdem priuilegijs, & iuribus; quia sufficienter cum capite censentur unita membra, iuxta Cap. Non decet 12. dist. & s. celebratè. de Consec. d. 3. At tamè cum vnio illa fiat, mediante vinculo subiectionis & superioritatis, in tenuentiaque obedientiae ex vna parte, & iurisdictionis ex alia, quae mutuo referantur; sunt in ea diuersi gradus, iuxta quos, vnio maiorem vel minorem effectum praestat. Idque exemplo naturalium, instar animae rationalis indiuisibilis, quae corpori vnica, non pariter praestat effectum omnibus partibus, sed iuxta certum cuiusque modum, vel solum vegetandi, vel etiam sentiendi, vel adhuc ratiocinandi. Quapropter cum in hac latitudine, perfecta vnio sit ea, quae totaliter sit, immediate, respectu iurisdictionis

Explicatur

TRACT. MONAST.

ditionis absoluta, toti Cōgregationi, ad quam præcipue tendunt privilegia; ad huc, eorū virtute, poterat perfici ea vno. Præterea, quia iam semel intra Cōgregationē constitutis cœnobijs, ex consensu partiū vitæ renūctantium iuri suo, prout interfuisse erat opus, stabiliri etiam potuit, & aliter renouari vno.

III.

Triplicis
differentiæ
subordina-
tio.

¶ Nunc ergo de primis monasterijs, quoad subiectionem, & visitationē, &c. nulla est disceptatio: ea enim, sicut cætera Congregationis monasteria monachorum, plenè Capitulis, & Generali, & visitatoribus, eodemque modo subsunt. Deinde monasteria secundò munerata, quorum tamen uniones non videt; at ex perpetua praxi & recepta consuetudine, tamquam ab Ordinario suo, solum a Generali visitantur, aut ex eius cōmissione, & ab eo cætera electionum, Confessorum, Spiritualium & temporalium, tamquam à proprio Prælate dependent. Atque de tertio genere, idem contingit, respectu Abbatum particularium, in illis prædictis filiationib⁹; solo discrimine adiecto, de quo statim: est enim operæ pretium, in gratiam omnium, rationem reddere,

¶ Sciendū est itaq; anno 1597. impetratum esse Rescriptum Romę, ut habetur tom. 3. prin. 34. à Sacra Congregatione & quam Sixtus V. instauravit, pro Concilio Trid. in quo Rescripto, cum rogatum esset, circa prædicta monasteria filiationum. Primo, An subderentur etiam visitationi & correctioni Generalis Reformatoris, & visitatorum generalium, an verò tantummodo debeant visitari & corrigi ab Abbatibus, quibus remanserunt subiecti? Secundo. An prædicti Abbates, possint visitari & corrigi à prædictis superioribus Religionis, in his quæ sunt superioritatis administrationis & gubernationis earumdem monasteriorum? Tertiò, An prædicti Abbates, in modo & forma seruanda in electione Abbatissarum, in deputatione confessorum, & aliorum ministrorum, in assignatione & declaratione causarum, propter quas, superiores & alij ministri clausuram monasteriorum monialium ingredi possunt, subdantur legibus & statutis prædictæ Congregationis, quatenus non aduersantur decretis Concilij? Quarto. An Capitulum generale seu Prouinciale orafita Congregationis, possit pro obseruatione Superiorum ordinum

IV.

Rescriptū
de tertio
genere.

num

mum, speciales penas statue-
re prædictis Abbatibus, e-
tiam suspensionis & priva-
tionis? Ad ea Sacra Congre-
gatio respondit, sic: Ad pri-
mum: Hæc monasteria subij-
ci etiam visitationi & cor-
rectioni Generalis & Visi-
tatorum. Ad secundum: Pos-
se. Ad tertium: subdi. Ad
quartum: posse.

V.
Declaratur
ex parte.

¶ In quibus, circa pri-
mo nulla videbatur esse
dubitatio quoad subiectio-
nem; iuxta privilegium
Bonifacii VIII. tom. 1. prin-
cip. in hoc acceptatum,
cum Moniales ordinis cor-
rigi & puniri statuit, *secun-
dum consuetudines approba-
tas, & generalia facta & fa-
cienda ipsius ordinis instituta.*
Nam imprimis, Capitulo
generali, per potestatem
condendi definitiones, ne-
gari non potest ea facul-
tas & superioritas, ut o-
bligent etiam monasteria
Monialium ipsis Generali
subiecta; & per modum le-
gis; ex dictis sup. cap. 6. & 7.
habebat potestatem, in om-
nia quatuor puncta Rescrip-
ti. Ceterum & in causis par-
ticularibus, denegatus non
est recursus tantum Monia-
lij; ut quæ immediate sub-
dita sunt Abbati locali ap-
pellent, aut recurrant ad
Generalem, & Capitula; &

quæ Generali subiectæ sunt;
ad eadē Capitula recurrere
possint, iuxta Constitutio-
nem Clement. VIII. pro no-
stra Congregatione tom. 3.
prin. 30. sunt enim legitimi
Superiores Superiorum ip-
sarum. Alias Ordinarijs
proprijs respectivè, pri-
mā instantiā, ex modo unio-
nis, reservatā esse, & illam à
superioribus præcupari,
nisi in defectu manifesto in-
feriorū, eorumque negligē-
tia supplenda, prout in, *de-
cretalibus eod. tit. & in 6. per
plura c.* non licere existimo.

¶ Quod verò controuer-
sum & litigiosum extitit,
fuit, voluisse Generalem Re-
formatorem tunc, institue-
re visitationem ordinariam
in his monasteriis Filiario-
rum, sicut fit ab ipso Gene-
rali, in alijs primi generis;
& à Visitatoribus generali-
bus, à quibus antea nulla-
tenus fiebat; & à Generali
certo modo; scilicet solum
se informando verbaliter,
de modo procedēdi Abba-
rum, circa tales filiationes;
nec institūdo visitationē,
nisi pro aliqua iniustitia re-
pellēda, ipsis petētib⁹. Qua
de causa cū Generalis pro-
cederet, virtute supradicti
rescripti, illud fugillabāt; ex
eo quod hæc causa nō erat
de aliquo dubio Concilij;

VI.
Opponun-
tur aliqua.

&

TRACT. MONAST.

& ita non pertinebat ad Congregationem illam. Deinde quia defung ea verba quæ solent apponi, *facto verbo Sanctissimo, &c.* maxime quia ex constitutione illius Congregationis, per Sixtum V. cauetur, vt fiat consulto Papa. Tandem quia fuit in præiudicium tertij, & inauditis partibus; quo pacto non subsistere suadetur, ex ijs quæ adducit Sylvester *verb. Rescriptum. num. 4. & verb. statutum num. 2. & Miranda tom. 2. Manual. q. 45. art. 1. concl. 2. & alij.*

VII.

Oppositio factis sit.

¶ Nihilominus Rescriptum, excepto hoc ultimo, quædam alia iugillari non potest, authenticum enim habetur, & à Congregatione legitima; Quod vt constat, scire oportet, prout habetur in ipsa constitutione Sixti V. quæ est 74. apud Laërtium Cherubinum, *tom. 2. Bullarij* pro executione & interpretatione Concilij Trid. constitutâ esse Congregationem octauam, & pro Consultationibus Regularium Congregationem vndecimam. In qua sic inter alia statuit: *Causas vero quas inter ipsos Religiosos oriri conigerit, iuxta quorumcunque Religionum instituta, eorumque dispositione aut interpre-*

tatione comprehendantur, eas ad Congregationem Concilij remittant. Vnde propria eius causa eras. Deinde, omittis illis verbis supra adductis, non conuincitur in re fuisse omissam requisitam consultationem, ad valorem rescripti; præsertim quia ea non iniungitur nisi pro Concilij dubijs; & ipsi alijque Congregationibus, pro grauioribus rebus Papæ referendis. Magis autem urgebas vltimum ex quo, & ex consuetudine alijque, ex bono & æquo, absque lite (quod satis est) reducta est differentia & contentio ad antiquum modum indicarum, & caute definitio noua, *Cap. 9. num. 17.* Et quidem recte. Nam quod consuetum est, non iam arbitrarij sed necessarium dicitur ex Baldo Innocent. & Panormit. *in Cap. certisiani de sepultur.*

¶ Quoad cætera communiora Sacris monialibus, peti poterunt, à Miranda *tom. 1. Man. peculiari tract. Llamas in Append. ad summam. Thoma Sanchez lib. 6. summ. cap. 17. alijque, lectu rerum facti;* tamen indicabo quædam, quæ peculiariter cum materia nostra consentiunt. Primum est Moniales omnes nostræ

VIII.

Circa Moniales. Notab. i. de Indulgentijs & legibus.

Obsery

Observantia, & gaudere omnibus indulgentijs & privilegijs, in ijs quibus conditio lexis non repugnat: & teneri legibus & diffinitionibus eidem quibus monachi, in sibi congruentibus, modo dicto. Prius expressit Urbanus IV. *tom. 1. priuil. 37.* & ita fit extensio ad eas à Sixto V. & Gregor. XIV. *tom. 3. priu. 15. & 12.* Posterius statuitur ab Honorio III. *cap. ult. in fin. de statu monach. cui consonant privilegia nostra Bonifacij VIII. tom. 1. priu. 49. & Clement. VIII. tom. 3. priu. 34. & ipsa constitutiones Ordinis:*

IX.

Notab. 2.
de clausura.

¶ Secundū est, Moniales nostræ Observantia, non obligari ad clausuram ex voto, bene tamē ex precepto, statuto in iure, *cap. Periculoso. de statu Regul. in 6.* innovato per Concilium Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 5.* censuris & pœnis aucto, à Sixto V. Bulla quæ incipit. *Deori & honestati:* Confirmato à Gregorio XIII. Bulla quæ incipit, *de sacris Virginitibus*, quibus omnibus ligari certum est, prout traditur ab authoribus, ad quos etiam communes casus egressionis remitto.

X.

Notab. 3.

¶ Tertium est: censeo ingressum in monasterio mo-

nialium, ratione electionis De ingressu in Monasterio
facienda, seu eligendi Abbatissam, vt sic, non licere, ¹¹⁾ esseque lethalem & pœnis obnoxium; nisi in casu necessitatis, scilicet ratione suspectæ negotiationis in iusta, aut notabilis inquietudinis, aut alterius casus, cui ad effectum electionis, aliter quam per personale ingressum eorum, ad quos spectat electio, bene occurrere non possit. Hoc durum videbitur aliquibus aliter practicantibus, & quo pacto ipsi viderint. Reclamat enim expressè Concilium Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 7.* citatum etiam in diffinitionibus antiquioribus, & in nouis excusis anno 1637. *cap. 45. num. 5.* iustum seruari ad literam, simul cum Pij V. & Gregor. XIII. Bullis, ablati generaliter consuetudinibus in contrarium, per eadem diffinitiones, *cap. 43. num. 3.* Consentientibus omnibus authoribus. Vno excepto Llamas supra citato, quem merito refutat Sanchez, *lib. 6. summ. cap. 16. num. 50.* nisi in prædicto casu necessitatis, hæc enim excipitur ab ipso Concilio, eadem *sess. cap. 6.* idem Miranda citatus, *qaes. 2. art. 15. concl. 3.* refutato etiam Llamas, idē Cruz

TRACT. MONAST.

Cruz *in epit. Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2.* cum citatis ab eisdem.

XI.

Notab 4.
De eodem

¶ Quartum est; idem dīcendum esse, de ingressu ad confirmandum Abbatissam electam, vel ad dandum habitum novitiæ; vel ad conferendum proficēti velum, in quibus nulla interuenit necessitas ingrediendi clausuram, tenentque authores citati. Quibus adde Hieronym. Roderic. *in Compend. qq. Resol. 26. nu. 29.* & ipsum I. Iamas alias largum, in prædictis renuentem. Quæ expressè cauta in diffinitionibus *vbi sup. pro monasterijs filiationum*, nihil minus habere debent in alijs. Idem dico de ingressu in principio visitationis, si solum ingressus sit ut se præsentent, qui eam sunt facturi, exhortatorio sermone, more solito, hoc enim aptissimè fit de foris ad crates. Et quamuis hunc ingressum admittat Sanchez *vbi sup. num. 54.* qui alios omnes reijcit; ducitur debili aut falso fundamento, quod scilicet talis præsentatio & intimatio visitationis, debeat fieri, exclusis novitijs, conuersis & ministris monasterio. Quæ ratio est debilis, quia sicut à capitulo arcetur famulæ

seculares, ita & à choro, ubi Moniales congregari possunt, poterunt arceri novitiæ & quæcūque alijs. Sed & est falsa, quia in præfatione & exhortatione, quæ pariter fit, nihil secreti interuenit; quare inter nostros monachos, nullus ab ea actione excluditur; & ita sicut de alijs pariter sentio in hac re.

¶ Quintum est; in huiusmodi calu Visitacionis, duos licere ingressus, & iudicari necessarios, vnus ad videndam clausuram monasterij, ædificia, officinas, cellas, fenestras & similia, quæ proprijs oculis cerni oportet; idque in visitationibus ordinarijs. Generalis, aut Visitatorum; nam in extraordinarijs, super aliqua causa, quæ eam inspectione non exigit, nec ingressus ille exigitur, nec licet. Debere autem huiusmodi ingressum esse ante pronuntiationem Visitacionis, ratio ipsa suadet; ut prius perspectis, quæ reformari aut prouideri oportet, inter mandata adimplenda possint conscribi, & præcipi quæ animaduersa fuerint. Quod si ea inspectio clausuræ & officinarum, fiat simul cum supra dicta præsentatione; ratione illius, præsentatione fieri

XII.

Notab 5.
De eodem

ri

ri intra monasteriū omnino licebit; imò & tunc esse faciendam, tam propter dictam convenientiam; tum vt eo modo liceat, re bene perspecta, & multā experientia notatā, tradidit impensē Miranda, citato *tra. de sacris Mon. q. 2. art. 15. concl. 2. versus fin. cui adhæreo. Alter ingressus est ad pronūtiationem, & correctionem Capitulumque culparum: In quo currunt motiua supra adducta à Sanchez, & est communis omnium cōsentus.*

XIII.

Notab. 6.
de licentia.

¶ Sextū est; Prælatos ordinarios Regulares, in monasterijs monialium sibi subiectis respectiue, esse ad quos cura clausuræ, & potestas dandi licentias, in casibus legitimis ad ingressū aliis, pertinet; & eadem facultate vtendi, & concedendam egressuris Monialibus; idque priuatiue ad Episcopos, quorū in his nulla potestas est aut iurisdicō, prout ex citato *Cap. Periculoso. & ex Trident. Sess. 25. de Reg. cap. 5. & 9. & aliis tenet Sanchez lib. 6. sum. cap. 15. num. 1. & cap. 16. num. 13. cum Navarro & Llamas ab eo citatis, & Hieronymus Roderic. in *Comp. pand. quæst. Resol. 26. num. 8. & quos citat.**

¶ Septimum: Quod prouisio officiorum, scilicet Confessorum, aut œconomorum monasteriorū monialium, in nostra Obseruantia sit in solidam à Generali, & ab eo dependet approbatio, & licentia confessorum in eis; exceptis monasterijs filiationū, quibus in solidum ea prouident proprii Abbates, prout de factis practicatur. Cōtra quod non obstant verba Eugenii IV. *to. 2. priu. 8. num. 13. Nam illud priuilegium, expeditum fuit an 1047. Quo tempore cepta Reformatio, ad summum tribus tantum monasterijs Montis sion, Vallis bonæ, & Vallis Ecclesiarum constabat; vnde dispositio priuilegii anticipata, effectum non habuit, nec subiectum in quo caderet; procedenteque aggregatione, mutata est dispositio, & inducta consuetudo prædictæ potestatis, iuri conformis. Neque item obstat constitutio quædam Gregorii XV. quæ incipit, *in sciutabili & c.* expedita anno 1622. circa gubernium Monialium, & deputationem confessorū, diuersimodè valde disponens. Nam ob ingentia incommoda inde emergentia; atque etiam instante Rege*

XII.

Notab. 7.
De officiorū prouisione.

Hispa.

TRACT. MONAST.

Hispaniarum Philippo IV. suspensa fuit omnino eius executio, ab Urbano VIII. anno 1625. & suspensionis effectus commissus Illustr. Nuntio Hispania Julio Sacherio, a quo tunc solemniter & iuridice facta est, Madriti die 21. Aprilis eiusdem anni, cuius authenticum instrumentum habuimus, quia & prædicte causa, Re-

ligionis nomine, inter alios Prælatos, ijdem tempore & loco, aliquam gelsumus partem, dum Abbatis munere fungerer in nostro Madriti cœnobio. De institutione autem Confessorum monasterij illius Burgenfis, vocati *de las Huelgas*, etiam si alieni ab Observantia congregatione, non nihil ad nos *infra cap. 25. n. 8. & 15.*

Visitatorum generalium, aliorumque partes.

CAP. XXIV.

I.
Declaratur
ius & mo-
dus Visita-
torum.

I Am à Generali & Abbatibus descendendo, ad aliarum personarum officia gradum facimus; & se offerunt Visitatores generales, de quorum electione & munere dixi *sup. Cap. 4. & 5.* inter alia: at nunc peculiariter coram iura indicamus. Quod vero Ordo Cisterciensis, non nisi per monachos eiusdem Ordinis visitari possit, concessit Alexander IV. *tom. 1. priu. 31.* & Innocentius VIII. honorificè hinc Motu proprio, *ibid. priu. 110. n. 1.* Cæterum præter commune decretum, de eorum institutione & munere, edicam

à Concilio Trid. *sess. 25. de Reg. cap. 8. & 20.* extat pro nostra Observantia privilegium Eugenij IV. *tom. 2. priu. 8. n. 9. Ut in Capitulo, per Presidentem & diffinitores, deputentur Visitatores idonei, qui annis singulis, ad singula virorum & feminarum monasteria accedant, & in capite & membris, nec non in spiritualibus & temporalibus visitent, &c.* Horum tamen electio, postmodum per Iulium III. reddita est ad rotam congregationem Capitularium *ro. 3. priu. 2.* & modus est, prout iam tenet consuetudo, non visitandi nisi semel in triennio, ut præfi-

Et Genera-
lis

sit Clem. VIII. to. 3. priu. 37. n. 11. Nec enim crescente Congregatione, potuit, singulis annis, impleri illud decretū Eugenij etiā anticipatū, vt dictū est *sup. preced. c. n. 14.* & ita tamquam ferē diuinatum guberniū, ab illis primoribus, licet benē prouidis Patribus, alterari & perfici indies necesse fuit. Generali verō Reformatōri, *toties quoties opus fuerit, tā sua ordinaria quā Apostolica auctoritate* visitationē cōpetere post alios, expressit prafatus Clem. VIII. to. 3. pri. 29. n. 4.

II.

Dub. 1. An
subsistat Ge-
nerali.

¶ Quare specialiores ali-
quas dubitatiūculas percur-
rēdo, Prima est, an Visitato-
res generales, quatenus ta-
les, subdātur, aut subordi-
nētur Generali Reformatō-
ri? Respōdeo: in nostra Cō-
gregatione, de factō non
subordinari: nisi tantūm in
cognitione causarū recusa-
tionis: & eis approbatis, in
facultate subrogādi aliū in
locū recusati, ita vt Gene-
ralis, nec possit ab eis pro-
cessū alicui⁹ causā petere,
nec impedire aut reuoca-
re sententiā, sicut in diffini-
tionibus dīponitur. At de
possibili, ego integrū cōse-
o esse Capitulo generali, sub
ordinare eorū potestatem
Generali, non vt ordinariā
eorum iurisdictionē, qua

ex privilegio & Concilio
gaudēt, auferat: sed vt supe-
riorē, ad quē in casu legitī-
mæ appellationis, perti-
neat negotium, constituat.
Contra quod nihil, ex pri-
uilegijs aut Concilio ob-
stans inuenio, nisi discon-
uenientiā, si ad solum Gene-
ralē esset appellatio: ener-
uare enim plurimū Visita-
tionū effectū, disciplinē re-
gulari maximē necessariū.
Hodiē debere esse ad Capi-
tulū ferē dictū est *sup. c. 17.*
n. 7. sed expressius statim.

¶ Secūda dubitatio, quę
nascitur ex præcedēte: Ad
quē debeat esse appellatio
a grauamine aut sententia
Visitatorū? Respōdeo con-
sequēter, licet omīssum sit
in privilegio Clemēt. VIII.
de quo *sup. c. 17. n. 3.* debere
esse sicut de Generali di-
ctū est. Ex quo enim quasi
æqualē cū eo in suo munere
fortiuntur iurisdictionē
ea eisdē superiorib⁹, scilicet
Capitulis intermedijs,
& Capitulo generali, simili-
ter subordinata censetur.
Aliud est de visitatione ex-
traordinaria, facta per cō-
missionē Generalis, penes
quē vt pote delegantē, ordi-
naria & propria remanet
iurisdictione, ad quē tota cau-
sa & appellatio deuoluitur,
iuxta *Ca. si delegatus. & c. si
a subdelegato, de offic. iud. de-*

III.

Dub. 2. Ad
quem sit
appellatio?

O leg.

TRACT. MONAST.

leg. in 6. illa vero independentia à Generali in alijs Congregationibus innisa, aut sublata est, & suis diffinitionibus standum.

IV.

Dub. 3. de subrogati.

¶ Tertia dubitatio: An quando, recusato aliquo visitatore generali, subrogatur alius, iste procedat delegata iurisdictione à Generali subrogante, an ordinaria & propria, sicut Visitatores electi in Capitulo generali? Respondeo, hoc ultimum esse dicendū. Primò, ex noto iure, quod subrogatus habeat naturam subrogati. Secūdò, quia talis constituitur visitator, beneficio legis & diffinitionis, iuxta privilegia & Conciliū citata *na. n.* sed talis est iurisdiclio ordinaria; ex Innocentio *ad Cap. 1. de offic. Archid. & Sylvest. verb. iurisdiclio*, & alijs, ergo. Tertio, quia alias, vnus ex duobus Visitatoribus, procederet ordinaria iurisdictione, & inde nō subordinata Generali, vt dictū est; alter subrogatus procederet delegata & subordinata illi, quod in eodem iudicio, est impossibile. Quare Generalis, in hoc, nudā ministeriū designandi Visitatorē, habet tantū. Quartò, à paritate; quia quādo loco Visitatoris, infirmitate deventi, subintrat Abbas vi-

cinior, exercet cū altero officiiū, aquali autoritate cū socio, nullatenus depēdēte à Generali, etiam eo inconsulto & inscio. Quintò, à signo quia in casu dubitationis propositæ, Generalis nominans personā loco recusati aut impediti, nō potest limitare iurisdictionē, nec alterare vt talem; ergo eam ipse non confert, sed aliunde, ea conditione posita, confertur.

¶ Quarta dubitatio. An Visitatores Generales, in suis visitationibus, vltra obseruantia requisitā, pro iure & Sacris Concilij canonibus, pro Regulāq; SS. P. N. Benedicti, adiunctis nostre Congregationis diffinitionibus; possint aliquod mandatū, ex proprio capite, addere obseruandū vniuersaliter ab omnibus, præter illa, quibus processus actaque visitationis cuiusque monasterij, materiam aptam præbuerint? Ego ad hoc, ceaseo non posse, nec eorū officiiū esse. Ad quod probandū omitto, si mandatū præter aut supra Regulā & proprias obseruantie leges sit, quod non posse iuberi, debito modo explicatum; est communis sententia plurimorū, quos citat & sequitur Thomas Sanch. *lib. 6. summ. c. 2. n. 15*

V!

Dub. 4. quid possint præterire.

inter quos mihi præcipuus
D. P. Bernardus *lib. de præ-*
cep. & dispens. cap. 8. & qui-
bus addi possunt plures, de
quo in Notis Regula; à me
dictum est. Nam hoc non
solum de Visitatoribus, sed
de alijs superioribus & Præ-
latis procedit.

VI.

Non cove-
nit ipsis vo-
luntaria
placita ex-
cogitate.

¶ Sed rationē ad rē dedu-
co, quia mun^o ipsorū est,
quod Innocent. III. c. in sin-
gulis. de stat. mon. expressē
ait: *Vt singulas Abbatis, so-*
cundū formā sibi præfixam
studeant visitare, corrigentes
& reformantes, qua corre-
ctionis & reformationis offi-
cio viderint indigere. Quod
ius expressē innovavit Co-
eil. Frid. citatū, n. l. nec am-
plius voluit. Idem: Eugen.
IV. & Clem. VIII. ibid. ci-
tati: Eugenius, Vt ad statum
debitum, singula deformata, si
qua repererint reforment, re-
staurēt & reducant, ait, quæ
verba eius sunt: Clementis
vero, in monasterijs totius or-
dinis, regularia & canonica
instituta inuolubiliter obser-
uari faciant, & c. Ad quæ
cōformiter antiquissimus
Cisterciensiu vsuū liber, c.
123 & 124. formā visitatio-
nis præscribens ait: Vt Visi-
tator, ad corrigendos excess-
us, & conservationē pacis in-
tendat, & quantū poterit sal-
ua ordinis disciplina, animos

fratrū ad ampliōrē reuerentiā
propriū Abbatis, & gratiam
mutua in Christo dilectionis
inducat, & c. In quibus om-
nib^o nihil nouiter ad inuē-
tū, aut excogitatū admitti
tur, sed præfixa formā, quæ
correctione & reformatio-
ne indigēt, scilicet vbi indi-
gēt reformare, iuxta inuēta
in singulis Abbatijs, ob id di-
citur, si qua repererint defor-
mata. Alienū itaq; est ab
officio suo, vt noua formæ
atq; cōmuni gubernatio-
ne, præoccupando authori-
tatē, certo modo, Capituli
generalis, cuius est statuta
condere vniuersaliter om-
nibus obseruanda; eorū ve-
ro solum reformare, restau-
rare, resarcire, semper re-
nepe speciale monasterij
malō, remediū adhibere,
quod ipsi congruat pecu-
liariter, & cuius indigeat.

¶ At oppones: in nostris
diffinitionib⁹ caueri, ne Vi-
sitatores in mandatis incul-
cent ea, quæ vel in Regula,
vel in ipsis diffinitionibus
expressa sunt: ergo nullum
restat mandatū à Visitato-
ribus, iure suæ visitationis
imponendū, nisi aliqua no-
ua adinueniant & excogi-
tent. Ad quod antequam
respondeā, pro responsio-
ne esse posset. Nihil magis
desiderabile esse, quā ita

VII:

Obiectio
concessa est
iudicatur.

TRACT. MONAST.

Omnia inueniri, vt nihil su-
perfit inuigendū, & om-
nia ita esse correctā, vt ni-
hil cogat addere correctio-
ni. Itane vt malus reprobā-
dus est Meditus, nisi caute-
ria abt pharmaca adhibeat,
etiā non indigent? Iniquus
ne reputabitur uisitor, ni-
si paginā oneret mandatis,
etiā nulla urgente neces-
sitate? Si Regulæ aut diffini-
tionis fradōrē monachum
inueniat, si aliquod piacu-
lū perpetrasse, & id si semel
ritē correctū est ab Abbate
satis est; non enim bis in
idipsū iudicatur. Si non est
correctū corrigan, & ritē
animaduertis fontibus dis-
cedant: quid amplius iura
requirunt? Vituperabitur
ne uisitor si nō inueniat,
aut adinueniat mādāta, qui-
bus epistographa repleat
folia? Absit, oppositū enixe
exigit reformatissima Car-
thusia, in prologo 2. par. sta-
tut. quibus semper pro Re-
gula vsa est, inquit. *Hor-
tamur successores vt ab oner-
osa & periculosa statutorum
& ordinationū vltiori non
necessaria multitudine cessēt.*
Notauitque Damasus Pa-
pa, ex cuius chronico illud
habetur. *Maiores Religioso-
rum, quanto plura statuta sui
ordinais faciunt, tanto plus Re-
gulam confundunt.* Et ego, li-

cet rarū sit hoc tempore, iā
semel expertus sum uisita-
tores, qui neq; correctionis
aliquid inuenientes in quo-
dam monasterio, nec quid
speciale quod præciperēt,
etiā si à monachis conuen-
tus & à me, tunc eius apud
Sacramenia Prælati (quod
in solius Dei laudē memo-
rem) requisierint, etsi inso-
litū nullo relicto mandato,
pertransiere cōuersationē mo-
nasticā conuentūs, & exhor-
tantes ad perseuerantiā, ab
omni mandato puram pa-
ginā reliquerunt, idq; lauda-
biliter officio suo fugētes.

¶ Sed ad obiectionē di-
rectē respondens; dico ver-
ba diffinitionis confirmare
meā sententiā, vt in non ne-
cessarijs & requisitis, ad ef-
fectū uisitationis, iuxta exi-
gentiam cuiuslibet mona-
sterij faciendā, ablineant à
mandatis inserendis in ea.
Et talia sunt quæ, per Re-
gulā, tanta Sanctissimi Le-
gislatoris autoritate, &
per diffinitiones, suprema
Capituli generalis potesta-
te, sūt disposita; & ita vt sic
iterare mandata superfluum
est, sed propria iteratio, est
transgressorū supplicium. Nā
hilominus ad religiosā ob-
seruantia, posset esse neces-
saria aliqua circūstātia, vel
aliquis

VIII.

Sed respō-
detur ei-
dem.

aliquis strictior modus præcipiendi, vel pœnâ in dictâ, vel obedientia formali aut etiam censura expressa: Sût & alia, quæ in tali monasterio, pro illius obseruantia aut gubernio ordinari oportet, vel facienda vel omittenda; in quibus sufficiens materia necessaria solet esse, & apta singulis, absque aliena omnibusque cõmuni, inuentione voluntaria.

IX.

Dub. 5. An idem sit, de Generali.

¶ Quinta dubitatio ex eadem resolutione nascitur: An Generalis eisdẽ cancellis coarctandus sit? Et respondeo: quantum ad conuenientiam, & visitationis proprium scopum, ita debere fieri, iuxta citata *num. 6.* atque si aliquod mandatũ videat conuenire pro toto ordine; aptius posset Generalis, simul cum diffinitorio in Capitulo expedire, quã visitationibus repetendum reseruare. Imò & aliqua, quæ in visitatione Generalium, videmus repeti; & per seuerare diu, satius esset, ad modũ diffinitionis reducere. Ceterũ quãtũ ad potestatem, est alia ratio in Generali, qui est Ordinarius Prælatus totius Religionis, cui omni tempore incumbit reformationis onus, ad quod si opus sit potest, & in

terdum tenetur generalia mandata iuducere, vt generaliter tradidit Thom. Sanchez *lib. 6. summ. cap. 2. n. 17.* & specialiter de nostro Generali dictum est, *sup. cap. 11. num. 1.* & c. seruatis tamen limitibus per diffinitiones eidem constitutis, quos irrumperere non potest, vt ibidem stabilitum est, *num. 7. & 8.*

¶ Sexta dubitatio est, circa illa verba, *sup. num. 1.* adducta, ex Eugenio IV. pro Visitatoribus, & similia Clementis VIII. *tom. 3. priu. 19. num. 4.* pro Generalis visitationibus; vt fiant *tam in capite quam in membris*, quidnam operentur? In quo cõseco; nõ extrahi visitationẽ à consueto modo fiendi, iuxta constitutiones ac diffinitiones ad quas privilegia se referunt. Atque in re, amplectendum est sensum & acceptionem, secundum quam, eadem verba intelligit Congregatio Casinensis, in Constitutionibus excusis Parisijs, anno 1603. *2. p. cap. 2. num. 6.* vt visitatio fiat circa Prælatus & Monachos, de quibus inducit verba: *Quoniam intentionis Patrum nostrorum est, quod in visitationibus vitia tam in capite quam in membris radicatus amputentur.* & c. Et

X.

Dub. 6 de capite & n. e. bus.

TRACT. MONAST.

Idem sensus habetur in declarationibus & constitutionibus Camaldulensium impressis Florentiæ lib. 2. ca. 17. Quare non iniungit aut exprimit ibi, visitationem, Prioratū, aut Ecclesiarum seu grangiarum annexarum principali monasterio, cuius Abbati incumbit proxima & propria visitatio, prout consuetudo tenet, soletque eidē, sub pœnis etiam a Generali & Visitatoribus præcipi, si adest aut timetur negligentia, cū principale monasterium visitant. Quo tamen usu, non excluditur, quod personas ibi residentes aduocent, ad visitationem & iudicium, si causa requirat, sint etiam, pro eisdem annexis, relinquunt convenientia mandata, prout obtinet laudabilis praxis, sed non ad ea loca personaliter visitaturi accedendo, & instruendo visitationem, quod proprium Abbatis localis est, in suis annexis.

XI.

Dub. 7. de
absolu-
tione in fi-
ne visita-
tionis.

¶ Septima dubitatio est, de absolutione à censuris, & irregularitate, quæ in fine Visitacionis fit, tam à Generali, quam à Visitatoribus. Nam P. Marcus à Villalba ad marginem diffinitionum excusarum anno 1584. num. 78. rationem red-

dit, ex eo quod Benedictus XII. in Bulla illa fulgens sicut stella &c. tom. 1. priu. 58. plures pœnas & censuras imposuerat, absoluedas ab Abbate Cistercii, ac proinde in capitulis, ad cautelam Capitularibus impertiebatur; indeque ad nostra Capitula & Visitaciones profluxisse morem. Ad quod ego dico, rationem illam iam à principio Obseruantie cessasse, cum ostenderit sup. Ca. 15. n. 10. Bullæ istâ reuocatâ fuisse & conseruat ex Eugen. IV. to. 2. pri. 7. n. 15. Nihilominus retineri & retinendū esse morem illius religiosæ ceremoniæ dicendum est, in alijs etiam Religionibus visitatū, vt retert Eman. Roder. to. 1. q. 20. ar. 6. & eius Compendiator Re sol. 3. n. 14. Nam & de precationibus illæ sanctæ, proficue sunt, & absolutio à pœnis debitis pro peccatis, & à censuris, & irregularitate, & quibus ignoranter innotantur, est efficax, iuxta facultates absoluentium; quæ vel de iure, vel ex priuilegijs proprijs, aut cõmunicatis eis cõpetunt, qui secundum totum quod possunt intendunt agere.

¶ Octaua dubitatio. An **XII.** Visitatores generales, possint creare commissarios, de quibus possint

Dub. 8. An

delegare

quibus possint

quibus delegent visitationem aliquam? Et ratio dubii est, quia eis competit iurisdicatio ex privilegio perpetuo, imò ex lege & iure, quæ constituunt iurisdictionem ordinariam; ergo eam poterunt delegare. Sed nihilominus respondetur negativè. Nam licet ordinaria sit quatenus dum actu habetur, non dependet ab aliquo delegante; sed tamen patitur limitationes. Primò; quia non habetur ea iurisdicatio nisi ad tempus, scilicet dum visitatio durat. Secundò, Quia Eugenius IV. expressè limitat, ut *personaliter accedant*. Tertiò, Ex iure expresso, *Cap. fin. §. is autem, de offic. & potestat. iudic. delegat.* Quartò, Ex diffinitione, quæ id non patitur, providens Visitatorem, defectu cuiuslibet personaliter obire munus non poterit. Quintò, quia non numerantur Visitatores, inter Prælatos Regulares, quibus solum, inter inferiores Episcopis, concedit facultatem visitandi per alios, doctrina Sylvestri, *verbo Visitatio nu. 1.*

¶ Nona dubitatio est, circa illa verba Motus pro prii Clementis VIII, & pro

prii nostræ Congregationis tom. 3. priuil. 37. num. 11. ubi de visitatoribus ait: *Nec aliquod officium incompatible, & maxime Abbatia, Præsidentiave habeant, ut munus visitationis, toto illo triennio, semel obire valeant, ac item sapius si necessitas aut decretorum, executio illam ex postulat.* Hoc ultimum, per decreta ipsa, hæc est diffinitiones Obseruantia, ad unicam tantum vicem in triennio, sine necessitate alterius, statutum est. Illud etiam prius pro Visitatoribus principalibus, hoc est primò electis in illud officium, servatur; ut nec Abbatiam nec Præsidentiam admittant, nec nominentur ad Abbatiam, dum semel in Visitatores sunt electi, & acceptauerunt officium. Non tamen ita prædicatur, de Visitatoribus secundariis, qui in eodem Capitulo generali simili forma, eliguntur, ut mortuo aliquo ex prioribus, aut à moto ab officio, pari autoritate, absque aliquo alio requisito, subintret, suo gradu, in eius locum prout disponitur à Iul. III. tom. 3. priu. 2. Hij enim, licet eligantur in hoc munus

supplenti-
bus electis

XIII.
Dub. 9. de

TRACTAT. MONAST.

Supplendum, adueniente casu; non tamen excluduntur á nominationibus Abbatum; eo effectū, vt si in monasterio, ad quod nominatio fit, eligantur, acceptatā Abbatiū, censeantur renuntiare prius officium; sin aliter illud retineāt. Quod, an cum prædicta Constitutione Clementis VIII. subsistat dubitatio requirit. In quo plurimum defero consuetudini, quæ legibus interpretationem & supplementum adhibere solet, maximè non refragante auctoritate clara, aut ratione. Et in præsentī ita est: vbi de his suppletibus vicem Visitatorum, specificè non agit, sed de ijs qui absolutè & præcisè obituri sunt munus; illi autem quasi conditionaliter instituuntur, & dū expeditos se exhibeant seu extèr tempore, quo accidat casus, non videtur, arcēdos esse, ab alijs officijs, aut reputandos inhabiles ad ea, nēpe nullatenus exercenda, cū ea impossibilitate iniuncta in Motu proprio.

XIV.

Dub. 10. de
Secretario.

¶ Decima dubitatio, circa alia verba Iulij III. rom. 3. prt. 2. confirmantis definitionem: *Quod diffinitores eligant vnum Religiosum in Secretarium Abbatis Refor-*

matoris, qui assistat cum Abbate Reformatore, & visitatoribus, visitationibus monasteriorū dictæ Cōgregationis, & nō aliquis alius, excepto casu, quo dictus Secretarius esset legitime impeditus vel infirmus, &c. Hoc aliter practicatur, & per nouam diffinitionem iam ferè per 50. annos Secretarius ille soli Generali assistit, & Visitatoribus nullus; sed alternando, officio Secretarij fungitur vterq; Visitator. Quod similiter habent Fulienses in suis Constitutionibus. ad Cap. 2. Regulæ. An id bene in nostris cohareat, & ritè alteratum sit dubitatur? Ad quod dico, coherentiam solum videri fundatam, in eo quod dicitur *excepto casu, &c.* Nam re vera egerime poterat idem Secretarius, assistere visitationibus Generalis, & visitatorum; quod impossibile esse, experientia docuit; & tanto impedimento comperto, scilicet non posse duobus dominis seruire, remansit penes Generalem. Dum vero verba illa petunt quod, *nul-
lus alius assistat*, satis adimpletur, in modo supraposito. Quibus accedente iam longa consuetudine, interpretatio etiam, quæ non in

con-

congrua est, legitimum ro-
bur accepisse videtur. Aliás
reuocare constitutioné in-
tegrum non erar, iuxta do-
ctrinam traditam sup. cap.
6. à num. 14. cum seqq.

XV.

Aliqua re-
missiue.

¶ Alia attinentia ad præ-
dictos Visitatores Genera-
les, quoad electionem, &
qualitates eorû, & quoad li-
mitationem, vt quantum ad
priuationem Abbarum aut
diffinitorum procedere nõ
possint, notata sunt supra
cap. 4. & 5. & cap. 9. à num.
6. & seqq. & in diffinitioni-
bus clarè contenta, sicut &
honores & præminentia
ipsis statuta, & iuramentum
quod ab eis exigitur, de
non recipiendo quidpiam
sicut de Generali, dictum
est, Cap. 20. num. 14. De qui-
bus, cuiuslibet Cõgregatio-
nis constitutiones sunt con-
sulendæ, quæ peculiare mo-
dos procedendi præscri-
bunt.

XVI.

Alij visita-
tores.

¶ Sunt autem etiam alij
Visitatores, instituti per
priuilegium Iulij III. tom. 3.
prin. 2. quorum munus est,
certo tempore triëniij, post
finitas Visitaciones ordina-
rias Generalis & visitato-
rum: sex aut septem mona-
stera percurrere, siue ad pe-
tionem partis, siue ad iurû
propriam, visitanda; non vt
sententiam pronuntient, si

quid occurrerit, inquiren-
do de excessibus prædicto-
rum; sed vt informationes
deferant videndas. Capitu-
lo, prout ad vnguem exprimi-
t diffinitio, & supradic-
tum priuilegium. Et nos
sup. Cap. 8. num. 1. insinuaui-
mus, respectu Generalis ca-
viã deponendi, ferè impos-
sibilitatem casus; in quo
nunquam (vt apparet) eue-
nturo, aliquid scribere super
uacaneum videtur. Ad hos
autem in id munus deputa-
tos Visitatores, qui in secũ-
do Capitulo intermedio à
diffinitorio eliguntur, per-
tinet visitatio ordinaria mo-
nasterij, cui Generalis, Ab-
bas præfatus est, scilicet
S. Mariæ de Palazuelos ad
ripam Pisoricæ flautij, iuxta
Concil. Trid. sess. 25. de Reg.
cap. 20. vbi cauetur quod ip-
sa quoque monasteria, quæ sũt
ordinum Capita, iuxta sanctæ
Sedis Apostolicæ, & iuin, que
Ordinis constitutiones visiten-
tur. Quapropter in hac vi-
sitatione, excepta persona
Generalis Abbatis illius do-
mus, circa quem solum mo-
do insinuato procedunt; de
cætero eandem potestatem
habent, quam alij Visitato-
res generales, in visitatione
aliorum monasteriorum; vt
corrigan, & puniant, & mã
data obseruanda pronun-
tiant,

TRACT. MONAST.

erent, quæ propria auctoritate, Generalis nequeat dispensare aut tollere. Ex quo enim iurisdicatio non est illi subordinata, sed in eo superior; constat ita esse tenendam, & observandum modum à Capitulo generali, per eius diffinitiones constitutum, in quas ut limitatas non potest Generalis, ut dictum est sup. cap. XI. num. 8. & 9.

XVII.
Item alij
extraordi-
narij.

¶ Igitur de alijs Visitatoribus extraordinarijs, pro aliquibus casibus aut eventibus, siue ex commissione Capitulum, siue ipsius Generalis, cui & ex iure & ex privilegijs, competit, quoties opus fuerit, ut ex:

prelsit Clemens VIII. sup. num. 1. citatus, &c. cum in ijs casibus procedant, ex iurisdictione & potestate delegata, ex eorum commissione merienda est, nec eius limites poterunt transire. Quod pariter intelligendum est de Abbatibus, in suis prioratibus annexis, aut ubi ipsi iurisdictionem suam ordinariam exercere & visitant, poterunt commissarios creare, quorum facultas, ex delegatione & modo illius, omnino pendebit, iuxta communem doctrinam de officio & potestate iudicis delegati, in Iure, & extra, ab auctoribus traditam,

*Secretariorum, & Presidentium, ac
Priorum extra monasterium, Procura-
torum, aliorumque munus.*

C A P. XXV.

I.
De Secreta-
rio Capitu-
li.

Diximus de Visitatoribus; & inde procedimus ad alias personas, quæ diversis funguntur officijs, licet regularibus, non tamen monasterialibus, hoc est non intra monasterium principale, in quo residet Abbas aut Pra-

latus, de quibus in sequentibus postea agemus. Et primò, est officium Secretarij Capituli generalis, qui omnibus illius actis, tam extra quam intra diffinitorium assistit, & fidem de eis facit, & similiter reliquis Capitulis intermedijs, aut alias

alias ritè congregaris. Eius electio & gradus dicta sunt supra Cap. 4. & 5. & constant ex privilegijs ibi citatis. Nec aliquid momenti superest addendum, nisi quod simul de alijs officijs Capitularibus quæ ibi eliguntur, tractavi in *Notis l. generalibus Reg. ad cap. 65. numer. 14. 15. & 16.* an debeant prouideri dignioribus, an sufficiat dignis; & hoc ad summum concessi in Scrutatoribus, & in Promotore, propter rationes ibi adductas; cætera, inter quæ est prædictum officium Secretarii, dignioribus in conscientia esse conferenda à suffragantibus, omnino resolui, & probaui prout ibi latius.

II.

De Secretario Generali.

¶ Secundò, est officium Secretarii Generalis Reformatoris, quod eligitur à diffinitoribus tantum, Generali excluso ab hac electione. De quo dictum est aliquid *Cap. præced. num. 14.* & hodie solum circa personam Generalis exercet officium, siue in visitationibus, siue extra illas, publicis literis aut instrumentis testimonium & fidem adhibens, iurat tam de fidelitate sui officij, quam de non recipiendo aliquo munere aut dono, & de-

seruando secreto, quod verè in officij fidelitate inclusum est, & quod, omni reuerentia, alijs ex iustitia, teneretur facere, utpote cuius fidei & scriptis tantum credulitatis defertur, tamquam qui constituitur authenticus Notarius Apostolica auctoritate. Quod de Scriba aut Secretario Capituli ex Pio II. anno 1471. concessum Congregationi Casinensi, restantur eius constitutiones *1. parte cap. 15. num. 2.* & Generalem Reformatorem habere eam facultatem creandi Notarios monachos, ex Pio V. id concedente Ordini Prædicatorum, adducit Compendium nostrum Cisterciens. *verb. Notarij §. 2.* Nihilominus monasterium nostrum Superaddi, nuper impetravit indultum auctoritate Apostolica Innocent. X. ut electus monachus in Archidiaconi præfecturam, eo munere & officio gaudeat, idque indulto perpetuo, pro quolibet ritè electo, durante tempore officij, & præstito de eius fidelitate iuramento, coram Abbate.

Notarius Superati.

¶ Sed de præfato Secretario Generalis, occurrit dubitatio, circa verba

III.

Dobis re: soluitur.

Iulii

TRACT. MONAST.

Iulii III. tom. 3. priu. 2. vbi de eo dicit: *Qui toto illo triennio, non possit nominari, neque eligi in Abbatem, neque pro triennio sequenti, possit eligi in dicto officio Secretarii.* Hoc vltimum non videtur generaliter etiam statutum à C. em. VIII. tom. 1. priu. 37. num. 9. dum ibi non decernit de officijs omnibus eligi solitis in Capitulo generali. Circa primum, interdum videmus, semel electum in Secretarium Generalem, ut Hilominus nominatus in Abbatem cuiusdam depositurum officium Secretarii, si eligatur. In quo à verbis privilegij videtur discedere, quæ *non nominari & eligi prohibent*, ad quam inhabilitatem (ut apparet,) aut impedimentum tollendum, prius renuntiandum erat officium; sed noluit spoliari, sed quodammodo super veteri. In defensionem autem illius facti, quod non semel accidit, id solum inuenio: scilicet, privilegium huiusmodi Secretario, non assignare aliam functionem, quam assistere visitationibus. Vnde prout ex præcissa vi privilegij, dum visitationi alicui non assistit, cum effectu officium non habet, & ideo impossibilitas nominationis & ele-

ctionis, per illud triennium, cum officio vero, & cum effectu, venit intelligenda, ex intentione verborum. Qua propter hæc via, ex dispositione, conceditur ei habitus vocis actiue & passivæ, ad Generalatum futurum quæ ex officio carebat, si illo, vel in vna visitatione fuerit sanctus, vsque in finem illius triennij; ut pote qui eo modo immunis iudicatur, & potius nomine quam re Secretarius, ad effectum privilegij.

¶ Deinde tertio, est officium Præsentium, qui præficiuntur tribus monasterijs, unitis hodie Collegio Complutensi nostro. Quod ut constet, sciendum est vnum vocari *Azebeiro*, diocesis Compostellanæ, aliud *Pennz-maior* Lucensis, tertium *Franquera* Iudensis. Hoc vltimum unitum fuit à Leone X. illa duo priora, simul cum alio monasterio monastium S. Michaelis à Iulio II. anno 1505. Fuit autem hæc unio prædicta, pro Collegio nostro Salmanticensi destinato, & erecto in Ecclesia S. Salvatoris, quod erat membrum monasterij Vallis paradisi. Hac verò erectione durante, impetrata facultate, soluta est unio S. Michaelis, (de quo

IV.

De Præsentibus & Præsentibus
tyscorum.

sup.

Pensio mo-
nast. S. Mi-
chaelis,

sup. cap. 23. num. 1. atque vni-
tum est hoc monasterium,
cum alio S. Guillelmi
quod etiam erat Monialiū;
& ne redditus inde proue-
nientes Collegiō, omnino
abessent, Clemens VII. an-
no 1523. assignavit, super
dictum monasterium S. Mi-
chaelis, pensionem perpetuam
109. marapetinos, prout in
diffinitione. Vnde solum re-
manfit vniō trium dictorum
monasteriorum, Collegio Sal-
manticensi. Sed postmodum ab
eodem Clemente VII. soluta
ea vniōne tunc, & extincto
eo Salmanticensi Collegio,
gloriosius alio tempore
surrecturo; translata est
vniō anno 1532. ad Collegium
D. Bernardi Compluti, ea-
que hodie perseverat pro eo.

V.
Modus v-
nionum.

¶ Modus vniōnū, quantum
ad Azebeiro, & Pennam-
maiolem, est, in sustentationem
monachorum in Collegio
studentium & illorum
seruitorum, & non in aliam
causam. Dummodo in di-
ctis monasterijs remane-
rent, duo ad minus presbi-
teri saculares vel regulares,
deputandi ad nutum Re-
formatoris, qui Missas sibi
celebrarent. Et quantum
ad Franqueram, ita vt rema-
neret aliquis monachus ordi-

nis Prior nuncupandus, ad
nutum verō Reformatoris
promouendus & amouendus,
qui diuinis faceret deservire,
nec defraudaretur monasterium
debitis obsequijs, nec
minueretur in eo solitus
numerus Monachorum. Ita
firmé ex Bullis Iulij II. &
Leonis X. quarum tenorem
sequutus est Clemens VII.
prout sedulo adducuntur
omnia à Magistr. Ioanne Lope
tomo 3. priuilegiar. pagina
208.

¶ Ex his elicere licet, quæ
atrinent ad Præsidentes
horum monasteriorum
vniōrum, qui tametsi à
domesticis aut vicinis
abusuè vocentur Abbates,
tam longè sunt à dignitate,
vt nec Prælati rationem
habeant; sed sunt ministri
ad nutum Generalis
amouibiles, solum ex
delegata illius facultate
gubernantes, nunquam,
etiam tempore vacantis,
aut demortui Generalis,
succedentes in ordinariam
iurisdictionem; quæ
semper est penes
Generalem, aut penes
quem, defectu
Generalis, diffinitio
declarat, eius vicem
tenere, à quo
similiter in sua
iurisdictione
depédēt hi
Præsidentes. Vnde vt sic,
legiti-

VI.

Inde deducit
ratio rei.

mi.

T R C A T. M O N A S T.

mitate nataliū, aut dispensatione in ea non indigent, nisi accidat simul institui parochos parochiæ secularium, annexæ eidem Præsidentis. Quæ omnia constant ex communi doctrina Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 27. sect. 2. num. 8. & alijs locis, Syluestr. verb. Prælati, num. 3. & quæ à me dicta sunt in Notis Reg. ad ca. 65. & in superioribus non semel, vt supra Cap. 9. num. 3. & c.

VII.

Præfationes
vt delega-

¶ Quod igitur huiusmodi Præsidentes, omnes functiones Prælatorum habeant, aut exercent in illis exiguis monasterijs, vt præceptum in virtute sanctæ obedientiæ imponere, censuras fulminare, Sacramenta suis administrare, confessiones audire, & confessores instituere (modo statim dicendo) & alia in spiritualibus & temporalibus facere; omnia ex commissione & delegatione procedunt. In qua (vt obiter hoc dicamus) non est opus, omnia expressè & sigillatim contineri: nam ex quo vniuersalis domus administratio eis committitur, quæ ad id necessaria sunt intelliguntur commissa, etiam si non omnia dearticulentur, iuxta Caietani do-

Grinam in summ. verb. excommunicatio cap. 64. dum modo cum fundamento consuetæ sine ita intelligi, & executioni mandari, cum cognitione Superioris fieri patientis. Nam & hæc citata licentia & sufficiens delegatio est; & licet actus non exprimaturspecificè, si tamen in generali verborum modo benè comprehenditur, pro expressa delegatione habetur, vt pluribus, ex more, & citatis tradidit Thomas Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 25. num. 2.

¶ Licet autem, ex delegatione à Generali facta, possint hi Præsidentes omnia ea facere, quæ iurisdictionis sunt ordinariæ, attamen eam alteri subdelegare non possunt, hoc enim solum delegato Principis specialiter conceditur, cap. fin. de officio delegati, & c. & alijs iuribus. Instituere confessores, est subdelegatio, quæ vt sic non potest subsistere. Vt autem per Præsidentem quamuis delegatū, valeat talis actio aut similes, duplici via procedi potest. Primò, si constet talem delegationem esse ad vniuersalitatem causarum ibi occurrentium, sine aliqua restrictione; quia talis dele-

VIII

Quoad confessiones
qualiter
subsistat.

CAPIT. XXV. DIX

gatus, etiam si totam suam vniuersalem delegationem non posset subdelegare alteri, bene tamen voam aut aliam rem, vt tradidit Sanchez vbi sup. di. p. 31. n. 3. cū seqq. Tamen quia hoc mihi non constat, & oppositum scio, de Prioratibus extra monasterium, vt v. g. Sancti Iusti respectu Abbatis Superaddi, a quo similem delegationem habet Prior, tamen si non dubitem, amplio-rem dari Præsidentibus de quibus loquimur: Ideo altera via est, vt Superior, licet non possit dare delegato potestatem subdelegandi, det illi potestatem designandi personam, cui ab Ordinario primò delegate cōsatur potestas, ad alterius tantum designationem. Tunc enim Ordinarius Prælatus, siue sit Generalis, respectu Præsidentium, siue Abbas, respectu Priorū extra Monasteria, in quo radicata est & propria potestas, cōfert eā immediatē talibus monachis designatis, solo nudo ministerio designationis commissio Præsidenti, aut Priori; quod & sceminae Abbatissæ committi valeret, si aliās quā ad idoneitatem designandi cōfessoris, opportunē prouideretur.

Nec scio, quo alio pacto, queat saluari modus approbādi cōfessores, quē audio exerceri ab Abbatissa illius celeberrimi cōnobij Burgenfis de las Huelgas, pro se & eius filiationibus. De quo tamē *infr. n. 15.* Atq; prædictus modus mihi probatur, & tueretur idem Sanchez vbi sup. num. 18. & Valerius Reginal. lib. 1. nu. 37. & 33. Imò addo, si superior non cum proprietate loquendo, det facultatem ponendi & auferendi cōfessarios, non esse interpretandam secundum subdelegationem propriam, quæ inuvalida est, & inutilem reddit actum; sed in bono scilicet & modo, quo effectum, secundum intentionē committentis actionem, obtineat. Argumento eorum quæ in simili tradidit Lessius de iust. & iure. lib. 2. cap. 41. dub. 9. & citatus Sanchez, lib. 6. summ. cap. 4. num. 45. & cap. intelligentia; de verbo signif.

¶ Est tamen difficultas de his Præsidentibus; an possint confirmari in officio vltra triennium, vel saltem exacto triennio in vna Præsidentia, possint transferri ad aliam? Difficultatem facit Motus præcipuus Clementis VIII. tom.

IX!
Difficultas
de relectio-
nibus

Nota.

TRACT. MONAST.

3. *pr. 17. a. n. 5. vbi de Abbatibus, ac Presidentibus ait: Abbatia irem munus, nec nõ Presidentia, tertio quoque anno in Capitulo vacet, & ad iungit; nec ultra Abbates & Presidentes, in earum administratione cõfirmari possunt. Hoc decretum, quantum ad Abbates derogatum est per Urbanum VIII. Bulla quæ incipit: In supremo, anno 1628. vt possint immediate, & successiue, ad alia monasteria administranda promoueri, in eorumque Abbates assumi, &c. Quare quoad Presidentes, re & nomine diuersos, & in ipso Motu proprio distinctos, remanet in sua vi. Sed re vera vis, quantum ex illis verbis sumi potest, solum assequitur, vt officium, tertio anno vacet, nec ultra triennium illud confirmetur in eo, nõ verbum confirmare, cadit supra præhabitu & antea exercitum officium. Et ex vi eorum verborum, idem esset dicendum de Abbatibus, ne in eadem Abbatia confirmarentur, nam transferri ad aliam, non est confirmari, sed denuo eligi & institui. Hæc inquam ex vi illorum verborum est.*

X.

Ad idem
alia verba.

¶ Sunt autem alia verba, in eodem Motu proprio, *num. 9. quæ pro his, alijsque*

*officijs, subiungo, ait enim: Abbates vero, ac etiam visitatores, consiliarij, Procuratores, caterique officiales ministri omnes, qui in Capitulo generali eligi solent, per triennium tantum sint, in suo quisque officio & potestate, exceptis diffinitoribus, quorum munus tempore Capituli generalis durat. Qui vero perfuncti fuerint triennio, per aliud saltem triennium vacent; eorumque potestas & officium, ad alios insequenti Capitulo eligendos transferatur, liceat tamen, si ita Capitulo visum fuerit, ad maiorem utilitatem, Procuratorem in Vrbe ultra triennium confirmare. Quamquam autem hoc vltimum de Procuratore Romæ, non clarè discedat ab illo priori sensu, *num. præced. indicato, tamè ab omnibus, à principio, intellecta & practicata sunt verba, de vacatione officij absoluta, non solum in eodem monasterio, aut loco, sed vbique, vt Abbas, v. g. altero triennio Abbas nõ esset, & sic de alijs ibi contentis. Vnde ita practicatur in visitatoribus; idem in diffinitoribus, postquàm eorum officium coaluit in vnum cum Consiliariis, vt dictum est *sup. cap. 4. num. 1. & vt Abbates possent reliqui, aut transferri ad alia mo-***

na-

monasteria, opus fuit, expen-
dulari, instantia Capituli
generalis, impetrari ab
Urbano VIII. vt dixi-
mus.

XI.

Collectio
ex officio.

¶ Hinc ergo colligo
Præsidentes istos, solum, vt
in eadem Præsidentia non
confirmantur, per clau-
lam illam, *num. 9.* allatam
constringi; sed ad aliam
posse transferri, quia in hac
secunda clausula, Præsiden-
tes non continentur aliquo
modo. Non quidem nomi-
ne, vt constat; sed neque
sub alijs, verbis, cum non
sint de officijs, aut officia-
libus in Capitulo eligi solit-
is; sed ad solum genera-
lem, & extra Capitulum,
& extra dependentiam ab
eo, pertineat deputatio eo-
rum, & pariter amotio. In
quo plenam potestatem
habet Generalis. At circa
temporalia eorundem mo-
nasteriorum, vt vel sibi, vel
alteri domui applicet ali-
quid, de redditibus & pro-
uentibus eorum, habet nul-
lam. Nam hæc omnia vni-
sunt Collegio Compluten-
si nostro, autoritate Apo-
stolica, quibus defraudari
non potest, aut ab aliquo
inferiore impediri. Quod
vero de factis; proventus
Præsidentie de Azebeiro,
& Franquera applicati sunt

Collegio nostro Salmanci-
censi, ex eo licite substi-
tuit; quia solutio eiusdem
& amplioris quantitatis, Notandū;
aliunde subrogatur illi, au-
thoritate Capituli imposi-
ta alijs monasterijs, nihil
derogando dominio vni-
onis, sed prospiciendo com-
modiori solutioni, & in-
demnitati reddituum sol-
uendorum. In quo nulla
iniuria sed potius utilitas
domini interuenit. Atque
si quid Præsidentes, vltra
taxam sibi impositam, ali-
quando ex annuis emolu-
mentis acquirunt, ædificijs,
litibus, negocijs, & alijs re-
gularibus obligationibus
cuiusque sui monasterii, re-
spectiue, impendere in
conscientia tenentur, po-
stius quam alteri alicui trad-
dere; non dico Generali
qui de his nihil disponere
potest se solo, sed nec cum
partitiones, & onera im-
ponunt atque distribuunt.
Quibus in quocumque e-
uentu incumbit, primo lo-
co, providere præcisissime
onibus, & conseruationi illius
domus, à qua præstationes
fiunt.

XII.

¶ Jam quarto, Evicino
succedit officium Priorum,
eorum qui extra monaste-
rium principale, præsi-
cunt.

De Priori-
bus extra,

P

cunt.

TRACT. MONAST.

dicuntur alicui Prioratus, an-
 nexo dicto monasterio, vt
 e. g. Prioratus S. Iusti vbi
 lex ad minus monachi com-
 morantur, respectu mona-
 sterii Superadi, & Prio-
 ratus Bonz vallis, respec-
 tu monasterii Montis-
 Slon, & alij similes, qui
 etiam, in monasterio prin-
 cipali, gaudent honorifi-
 co officij gradu, vobis Prio-
 rem Claustralem, seu quem
 Regula S. Benedicti Præpo-
 sitū vocat. De his autē om-
 nibus, vt vno verbo dica-
 mus, eodem modo tenen-
 dam est se habere, respec-
 tu Abbatum propriorum,
 a quibus dependent, sicut
 dictum est de Præsidenti-
 bus respectu Generalis, ea-
 dem prorsus proportione
 seruata. Sunt vero alij qui
 abusue vocantur Priores,
 nullatenus eo gradu, & per-
 sonatu gaudentes, sed vel
 officium parochi agentes,
 in aliqua Ecclesia vniuersi-
 tatis monasterio; vel ad ministran-
 tes aliquam illius grangiā,
 qui promiscue vulgo ap-
 pellantur Priores. Vbi que
 enim abusus titularum ir-
 repperit; vt nemo proprio
 nomine vocatus, satis se
 honoris existimet conse-
 quutum, nisi usurpet alie-
 num, & et inferiorum a Dio-
 cesi, nisi vocando se re men-

A b o s e s s o
 r i o n i q u a m .

tiazis. Sicut hi omnes, pa-
 riformiter dependent, in
 obedientia & omnibus, a
 natu & voluntate Abbatis
 sui sicut alij monachi. So-
 lum in Parochio, excipit iu-
 risdictionem ordinariā of-
 ficij, quam eam Abbas non
 conferat, vt tractatum est,
 sup. cap. 18. a num. 8. dum
 conseruatur in officio, mu-
 nia illius, ab ipso paro-
 cho, vt licite & valide fiant
 dependentiam habent; ne
 sine illius licentia aut com-
 missione, prout res fue-
 rit, agantur. Quæ ex com-
 muni doctrina de officio
 Parochi desumenda sunt,
 alia dicta sunt citato loco.
 ¶ Sexto. Sunt Procura-
 tores generales, qui assi-
 stunt negotijs forensibus
 Congregationis, vel in A-
 postolica Curia Romæ, vel
 in Regia Hispana Matriti;
 vel in Regia Cancellariæ
 Prætorio Valisoleti; vel in
 Regali Audientia tribuna-
 li apud Farum, vulgo *Co-
 rrunna*. In his enim tantum
 locis constituantur a Ge-
 nerali, prædicti ministri,
 pro communibus causis Re-
 ligious; a quo solum ha-
 bent, nomine religionis ge-
 neralis mandatum vulgo *po-
 der*, vt habeantur eamquam
 legitima pars, cuius defen-
 su, vel demandatio, vel defen-

Nota

XIII
 De Procura-
 toribus.

fen

senſo opportuna non de-
 ſiciat. Nam de cætero ad
 cauſas particulares inſti-
 tucdas, vel iuſtitias pro-
 ſequeudas, à monaſterijs,
 quorum cauſe ſunt, habenda
 ſunt particularia man-
 data iuxta quæ, & religio-
 nis ſtilum, ex iuſtitia, & ra-
 tione officij, obligatur ad-
 eſſe negotijs, & præſtare ne-
 ceſſariam ſollicitudinem; ita
 vt ſi per illos ſtet, & culpa
 ſua patiatur damnum reli-
 gio, aut monaſterium, ſatis-
 factio etiam ipſis incumbat
 in conſcientia; prout
 per generalem doctrinam,
 & regulas obligationis of-
 ficij, conſiderandum eſt. De
 quo etiam conſulant iura,
 ſ. *Monachi*, 6. q. 1. c. ex parte
 de Poſtulando. *Clement. Reli-*
giouſ. de Procur. & Sánchez,
lib. 6. ſum. cap. 13. per totum.
XIV. ¶ De his autem occur-
 rit difficultas, ex Motu proprio
 Clementis VIII. in
 verbis adductis, *ſup. num.*
 10. An ex adu triennio ſui
 officij, poſſint in eadem
 procuracione cõfirmari ſe-
 quenti triennio, aut ſaltem
 ad aliam transferri? In quo
 quantum ad confirmatio-
 nem in eadem, prout ex-
 cluditur, per exceptionem
 factam ibi, de ſolo Procuro-
 ratore Romæ confirmabi-
 li. Et excludi etiam cen-

XIV.
 Difficultas
 quæ præ-
 valet.

ſeo, quoad translationem,
 quia pari modo cū Abba-
 tibus, & alijs expreſſe no-
 minantur, nec poteſt rati-
 ſe aliunde excludi, quod ex
 preſſe, & clare compræhen-
 ditur in clauſula. Ideoque
 ad id inuertendum, ſicut in
 Abbatibus opus fuit Apo-
 ſtolico indulto, ita erit &
 in procuratoribus. Nam de
 his forenſibus in ſpecie lo-
 qui, exceptio prædicta ma-
 niſeſtat, neque ad oppoſitum
 mihi probabilis ratio af-
 fulget.

¶ Septimò. Etiã in officijs
 extra monaſterium, cõputo
 Cõfeſſores, aut œconomos
 Religioſos, circa monaſte-
 ria monialium; illos, vt ſpiri-
 tualia adminiſtrent, hos, vt
 tẽporalia curent. De his au-
 tem dictum eſt *ſup. c. 23. n. 14.*
 & recolendum totum illud
 cap. vt cuique cõſtet, à quo-
 nam Præſato dimanet eorũ
 pro ſua cuiuſque prouintia
 poteſtas; ex quo principio
 regulandę ſunt actiones in
 morali ſuo eſſe & valore.
 Et quantum ad monaſteria
 monialium noſtrę Congre-
 gationis propria, ex dictis,
 citato loco conſtat, Generalem
 Reſormatorẽ eſſe Præ-
 larum, à quo inſolidum dimanat
 iuriſdictio ſpiritualis
 Cõfeſſorũ, exceptis ſiliatibus
 in quib; à proprio

XV.
 De Cõfeſſo-
 ribus. &c.

TRACT. MONAST.

Nora de
Monaste-
rie Bar-
genfi.

earum Abbatibus dima-
nat. Sed sunt alij Confes-
sarii qui deputantur Regio
Monasterio Burgensi, dicto
de las Huélgas, & duodecim
aliis eiusdem filiationibus,
quæ extra Observantiam
& independentia á nostra
Congregatione sunt; tam-
en præcarîo ab ea obti-
nent, dari eisdem, mona-
chos, qui confessoriorum
officio præficiantur. In eis
que nominandis, ex parte
Congregationis, solus Ge-
neralis est author, sicut in
similibus Congregationis
officiis; sed dissimili effica-
cia. Nam neque habet co-
æqualem potestatem, vt ne-
cessario recipiant confesso-
res á Generali destinatos,
neque propriam, aut or-
dinariam iurisdictionem,
quam ipsis delèget. Circa
quod, quantum ad Con-
fessores (vt tetigi *sup. num.*
8.) difficultatem, nec ab

ipsis, qui interdum valde do-
cti ibi tale munus obie-
runt, satis vnquam decla-
ratam intellexi, adeò for-
minæ illius quasi-prælatio,
sustinetur ambigua. Tâmet si
inuenio nouum authorem
Leandrum, *de Sacram. par. 1.
tract. 5. de Pœnit. disp. 11.
quæst. 46.* dicentem: *Abba-
tissam Burgensem habere in
specie priuilegium à Summo
Pontifice, eligendi sibi, aut
monialibus confessorium; imo
& secularibus sibi subditis,
sine confirmatione Episcopi cui
subiecta sunt.* Hæc illo: Sed
in hac subiectione respectu
Episcopi, omnino fallitur,
nihil enim minus; vere et
etiam falli in priuilegio il-
lo specifico ad rem, quod
nec ipse profert, nec ab
alijs proferri video, forte
latet omnes & sola consue-
tudo remansit, quæ diligentî
indagine digna erat, in re
tanti momenti.

*Prioris Claustri, aliorumque officiorum
monasterialium ratio.*

C A P. XXVI

I.
De Præpo-
sito seu
Priore.

DE officialibus monasti-
cis, qui intra cœnobii
claustra versâtur, vt aliquid

dicamus, á Priori, qui post
Abbatem secundus est in
monasterio, incipiendum

era

erat atque de eo longior
 mini tradenda ratio, nisi
 id fecissem in *Notis literalibus*
Regula ad cap. 65. de pra-
posito Monasterij. Vbi eius
 nomen, & electio, & obli-
 gatio, & sufficientia tradita
 sunt, & conformiter ad
 nostram Congregationem
 in qua ab Abbate omnino
 dependet, solum votis con-
 factiuis seniorum acceptis.
 Debet esse ex legitimo ma-
 trimonio, aut rite dispensa-
 tus, iuxta dicta *sup. cap. 3. &*
num. 2. Eius potestatem et-
 iam latius discussi, in cita-
 tis *Notis, ad cap. 71. Regulae,*
 distinguens tempus presen-
 tiae Abbatis, & absentia, ite-
 tempus vacantis monaste-
 rij per mortem, aut alio
 modo, & per suspensionem,
 quae morti equiparatur,
 quamdiu durat suspensio,
 Statuque, vivente Abbate,
 quamvis absente, Priorem
 eius non habere rationem
 Praelati, aut iurisdictionem
 ordinariam, sed ex delega-
 tione Abbatis, & ab eo de-
 pendentem; bene tamen in
 vacante, quia ex nostra dif-
 finitione, imo & conformi-
 ter ad ius, ut ibidem proba-
 ui, succedit tamquam Pro-
 abbas, propria, & independe-
 nti ab alio loci praelato,
 potestate, sed exceptis pre-
 eminentiis Abbatialibus, or-

dinariâ quoad alia. Quod
 idem, alius qui tali casu eo-
 pacto Proabbas constitue-
 retur, haberet. Unde fa-
 cile est, functiones ei com-
 petentes iure ordinario eli-
 cere, ut ibi specialius tradi-
 didi; quas tamen tenebitur
 temperare iuxta limitatio-
 nes nostrarum diffinitio-
 num, aut alterius superio-
 ritatis, quae praecipere, &
 limitare possit, aut etiam
 ampliare. Quae omnia quia
 citatis locis rationibus,
 & authoritatibus fulcui,
 abstinco in praesenti, hac
 indicatione contentus.

¶ Post Priorem siue
 Praepositum, sequitur Sub-
 prior; qui licet suo ordine
 semper, in actibus con-
 ventialibus, absente Ab-
 bate, & Priore, succedit in
 praesentia, & etiam, dato
 casu quo Abbas & Prior ab-
 esset pariter a domo (quod
 tamen ne simul contingat,
 stricte cauetur, & obser-
 uatur) etiam in praesentia
 domus, sicut Prior Ab-
 bati, ita Sub-prior Pri-
 ori succederet. Et de eo
 tunc, similiter Philosophan-
 dum esset, & pariter in va-
 cante monasterio, quamvis
 id numquam (quod sciamus)
 acciderit; sed tamen,
 quamvis humano modo,
 per diffinitiones preventa

II
 De Sub-
 priore

TRACT. MONAST.

Et, nihilominus accidente aliqua inopinata Prioris aut Pro-abbatis, alteriusve anterioris Præsidentis morte, contingens est ad Subpriorē devenire Superioritatem monasterij. Ipse autē, pari consultatione facta a solo Abbate constituitur, & eādē cōsultatione præmissa, iuxta nostram legem amoveri potest. Quod licet ex ea valide fiat, sed ut licet, semper exigetur aliqua causa rationalis, & proportionata, pro qualitate officij, si in eo aliqua æstimatione aut honor tertij versentur. Nam minor causa requiritur pro minore officio; & pro aliquibus etiam nulla, sed natus & voluntas Prælati, quæ irrationabilis non sit, de quo dixi sup. c. 9. n. 6 & 7. & cap. 18. n. 2. & 3. Audio in alijs Cōgregationibus, absque cōsultatione, in solidum per Abbatem ista fieri, nec repugno; nam expressē, tantum pro Præposito, exigitur in Regula; quam & in cōcessisse consuetudini, vel alteri legitimæ dispositioni, credendum est.

III.

De Cōsultatione

Est deinde officium Cōsiliarium, qui eliguntur à conventu votis decisivis, pro gravioribus causis, vel in diffinitione ex-

pressis, vel ingeris accidentibus determinandis, simul cum Abbate. Nam & in alijs, ultra Cōsiliarios, adhibentur, seniores, sic vocati vulgo *Ancianos*, qui vel certis officijs præditi sunt, vel ad minus quinque annū post acceptū Sacerdotiū exegerūt, sic nostris. Igitur in electione eorū, in cōscientia esse præferendos digniores, tenui & probavi in *Notis Reg. ad cap. 65.* An vero ipsi votum habeant tantum cōsultivum, quid senserim, ex vi Regule, declaravi in ea *ad Cap. 3.* Verum tamen, prout nunc constituti sunt in nostra Cōgregatione, votum habere decisivum dicendum est: non obstante nomine cōsiliandi, quod ex se non videtur imponere necessitatem, iuxta *Cap. Quisquis. 14. q. 1. & cap. cum olim. de Arbitris.* In præsentī tamen oppositum est verum. Nam etiam cōsiliū accipitur pro cōsensu, *Cap. Venerabili. de offic. deleg. & ex Panormit. Sylvester, verb. Cōsiliū. n. 4.* ait, iuxta Iubie. Et materia, cōsiliū sapientie cōsensum. Et ita in his suadet. Primò, Praxis, & communis consuetudo. Secundò, ipsa in alijs declaratio, quæ fit dum adijcitur,

quod

quod vota consultiua sint, quæ sequi non teneatur Abbas; vnde de Consiliarijs, decisiuus consensus intelligitur. Tertio, Quia isti dantur Abbati in rebus à diffinitione determinatis, tamquam coadiutores officij, concollegæ participæque muneris; ad instar diffinitorū qui Consiliarij sunt, cū præcisa decisione, vt dixi *cap. 8. n. 13.* Quarto, idipsum indicat tam acurata electio illorum quæ non solum per vota decisina (vt dictum est) fit, sed adiecto præcepto obedientiæ; ex voto, obligante ad eligendum aptiores. Atque de hoc inter nostros dubitat nullus.

IV.

De Magistro Nouitiorum.

¶ Præterea Magistrum nouitiorum exigit Regula S. Benedicti *cap. 58.* vbi eius describit qualitates. Erat vnum ex requisitis à Clemente VIII. *to. 3. priu. 37. num. 6.* vt nullus ad Abbatem ascenderet, quin prius, munus Prioris, vel magistri nouitiorum aut lectoris sacrarum literarum obisset. Sed quod, Abbatibus digniores & maturiores videbatur præparare personas; dum properant ad illas, obfuit præfatis officiis, quibus, ne illa conditio deesset, iuuenes immaturi præ-

ficiabantur, & idcirco ab Urbano VIII. reuocatum est. Casinenses, in constitutionibus suis *1. par. cap. 24.* ad annos Sacerdotij pro Prælatura requisitos, biennium amplius, pro Magistro nouitiorum, requirunt: nec immerito, cum tantum pòdus & momentum, in sobole religiosa enutrienda consistat. Sed tunc & semper labor est inueniendi prouentum & maturiorem, in hoc opus voluntarium, ac se vitro in Christo offerentem, *ecce ego mitto me.* Nempe ferè omnibus, non hac laboriosa viâ vel simili, sed breuiculo & facili tramite ad Prælaturam contententibus.

¶ Etiâ in quolibet monasterio, iusti numeri monachorum, est Lector, qui moralibus Theologiæ materijs legendis incumbit, modo per diffinitionem præfixo. Et licet per Cõciliū Trid. in hoc, *lectio Sacra Scriptura*, præcipiatur. *sess. 5. cap. 5. de Reform. §. in monasterijs quoque monachorū* iam consuetudo obtinuit, eâ lectione casuum conscientiæ satisfieri Cõcilio, quod & præxis admissa docet, & testatur Hieronymus Rodericus in *Compend. quæst. res. sol. 9. r. num. 2.* Cur

V.

De Lectore.

TRACT. MONAST.

autem huiusmodi Lectores, per duodenarium tempus, in nostris, non habilitetur ad suffragium Capitulare, prout dictum est sup. cap. 4. d. num. 2. constat ex verbis illius privilegii. *In collegijs ordinis, aut in aliqua vniuersitate.* Per quæ excluduntur aperte.

VI.
De Præli-
gatoribus.

¶ Quoad Prædicationis officium, in nostra Obseruantia, illud ex obligatione exercet in conuentu, quicquid que sacris literis, iuxta ordinarium studiorum modum operam dedit. At ex titulo, & peculiari munere honorificentia & præminentia, solum instituti sunt, ex privilegio Urbani VIII. illi, de quibus, eo adducto, egimus, cap. 4. n. 5. nec est quid addamus particulare, quod inde & ex diffinitione non constat: & quod commune est muneris prædicandi, profert præcitus Hieron. Roder. Ref. 112. & quos ipse citat; alijque, non cõpendio, sed amplis voluminibus docent, quod meum non est persequi.

VII.
De Cõfessariis.

¶ Cõfessoriorum munus, in excusabile est omni Christianorum cõtui, nedum religioso conuentui; quorum institutio ad Abbatem perinet, & licet in principio triennij consultationem se-

niorum, sicut in alijs officijs a sola nihilominus Abbatis voluntate dependentibus, faciat; tamen in discursu triennij, sine ea, aduenientibus de nouo monachis, alia ve ratione, eos instituit & reuocat, & limitat; & denique eius delegatione gaudent & funguntur officio. Seruatis tamen illis, quæ de materia ista, dicta sunt sup. cap. 23. per totum. Vnde etiam de facultate confessorum quoad monachos, aliqua desumenda sũt, coniungenda cum alijs, quæ insuper, & quoad seculares, insinuabimus infra cap. 28. per totum.

¶ Decanos etiã nostræ Congregationis diffinitio designat, in monasterijs maioribus, & in certis temporibus, vt Quadragesimæ. Et quantum ad nomen & officium, iuxta Regulam S. Bened. egi late in *Notis ad eam* cap. 21. & cap. 64. Atque exhibi discussis (vt quod sentio dicam) abusive diffinitio vocat, & instituit decanos; quos Regula solũ admittit, aut disponit, in casu quomonastrerium non regatur per Præpositum: Quem cũ semper habuerit, nostra Congregatio, & (vt reor) omne gratia S. Benedicti, gubernatio, aut institutio decanorum

VIII.
De Decanis.

quæ

quæ conditionalis erat, ce-
 savit. Nihilominus, quod
 addit aliqui Praesidentes,
 aut Zelatores, ad Priorem,
 & Sub-priorem, qui ordi-
 narii sunt, appellentur de-
 cani, parum interest; dum
 eius officium, ex iniuncto,
 & voluntate Abbatis, sicut
 in alijs cõmissionibus ver-
 balibus, & obedientijs, cõ-
 stet. Quorum officialium di-
 versitas & multiplicatio,
 ad Abbatẽ pertinet, vt dixi,
 pro exigentia materiz, in ci-
 tatis *Notis*, ad c. 31. & 32. vbi
 etiã de Cantore & cãtu mo-
 nastico nõ penitenda dedi,
 ad c. 11. per totũ, & alia inde,
 ab eo qui volet, petenda.

IX.
 De cellera-
 rio, & alijs

¶ Cellerarij officiũ, cuius
 & nomen & rationem re-
 tinet Obseruancia nostra,
 iuxta Regulam, continet
 omnem œconomiam domus,
 in temporalibus, de quo
 egi latius ad ipsã citato, c. 31.
 Rebus Ecclesiæ & ad diuinũ
 cultũ pertinentibus præfici-
 tur Sacrista, cuius ferẽ totũ
 munus indiffinitione ex-
 pressũ, habetur in iure, *cap.*
vnico. de officio sacriste, ad di-
stis, c. 1. & 2. de officio Custo-
dis, iuratusque accedit ad
 officiũ, sicut cellerarius, &
 Ostiarius; qui c. 66. *Regule*
 (vbi de eo egi) claudendis,
 & aperiendis portis mo-
 nasterii præficitur. Atque

eodem pacto hospitijs
 suscipiendis hospitijs, mo-
 nachus Hospitator, de quo
 ad *cap. Regule 53. num. 18.*
 & 19. & agrotis curandis
 Infirmarius, de quo ad *cap.*
Reg. 36. item & Bibliothec-
arij, pro librorum cu-
 stodia & cura, officium an-
 tiquum, & ex *Regula* esse
 notavi, ad eius, *cap. 48 num.*
16. Nec oblitus sum Archi-
 uij, ad *cap. 32. num. 1.* asser-
 uandorum instrumentorum
 scriptorũ gratiã, cuius præ-
 sectus Archiota: & in no-
 stris, deputatur ab Abbate,
 votis decisivis Cõsiliariorũ
 & iurat; nec immerito, vt
 pote de officio magni pon-
 deris, & confidentiã; de
 quo tetigi sup. *cap. 25. num.*
2. De alijs vero artifici-
 bus mechanicis, solitis in
 monasteriis, egi late iuxta
Regulã S. Bened. exigentiam
 ad *cap. 46. illius*, de
 quibus hic non opus est
 repetere, nec exigit neces-
 sitas.

¶ Attamen pro supra-
 numeratis aduerto, quantũ
 ad eos qui iurant de officio
 bene & fideliter gerendo,
 tractum videri ex iniuncto
Benedicti XII. qui de Prio-
re, & *Sacrista id decer-*
nit, tom. 1. priu. 58. num. 10.
 & *Iulij II. priu. 91. nu. 9.* qui
 etiam nominatim paribus,
 idem

X.
 Notandum
 de prædi-
 ctis.

TRACT. MONAST.

idem caser. Nihilominus obligationem exigēdi, aut præstandi iuramentum, nō ex illorum vi extare conuincitur: Primo, ex eo, quod ea priuilegia nostrā Congregationem non constringunt: illudque Benedicti, quia iam notauimus reuocatum fuisse; aliud Iulij, quia directum est Abbati Cistercij, pro monasterijs commendatis. Secundo in illis priuilegijs, nullus officialis excluditur in generali iurisdictione; & in-expresse, quam facit Iulius II. fit mentio etiam Infirmarij, & librariæ seu Bibliothecæ Custodis, cum tamen his & alijs omissis, solum ex definitionis præscripto, iuramentum præstent, infra Abbatem (de quo dictum est, *cap. 19. num. 2*) Prior, Cellerarius, Sacrista, Ostiarius, & Archiote. Quod signum est capitulum generale, non obligatione illorum priuilegiatorum adactum; sed arbitrio suo, & potestate ductum: Et quidem ex paritate, etiam ad alios extendi poterat, in quibus non minor ratio militat, ut sunt Priores, & Grangiarj extra Monasterium, &c. cum tamen illi prædicti, soli iurēt, acque in rebus, & materijs, in quibus obligamur ex vo-

to, quod aduenit sæpe obligationi præsuppositæ ex iustitia, aut Dei lege, satis id videbatur in omnibus, ut statim expono.

¶ Circa quod iuramentum, illud aduertendum occurrit, obligare iuxta materiam modum, & grauitatem, aut leuitatem; & ex leui materia, in persona publica, ex officio obligata, posse, cōsurgere graue peccatum, quod in priuata esset leue, prout exposui in terminis in *introduc. ad Notas Regulæ art. 1*. Verumtamen transgressio voti, aut iuramenti, de re leui ut sic, solum leuis est culpa. Quod si hoc iuramentum cadat in materijs votorum, ut v.g. infidelitas in materia paupertatis, aut proprietatis, addit nouam circumstantiam diuersam specie, efficit enim ut votum sit iuratum. Et ratione voti solius, iam religiosus constituitur reus, & sacrilegio obnoxius, quod satis erat euilibet, ut contineretur in officio, absque eo quod sæpe, ad obligationem voti paupertatis, cuius effractio in quolibet actu proprietatis interuenit, adiciatur à Prelato præceptum Obedientiæ. Quo fit ut duplicis voti sit transgressor; sicut etiam adiecto iuramento,

XI.

Notandū de iuramento ad dicitur

noua

nona ratione & in confessione explicanda, aut cognoscenda, sacrilegus: & tanquam ex voto iurato, seu iuramento promissorio, in eludendo promissionem, duplicata diuersa que malitiae reus: de quo Suarez, tom. 2. de Relig. lib. 2. de iuram. cap. 2. num. 4. & cap. 3. & 5. & alii. Ceterum obligatio iuramenti huiusmodi ministrorum, sicut Abbatum, diffinitorum, &c. quod ratione & causa officii fit,

seu ab aliis exigitur, ad hoc ut eisdem ab illis, aliquid prestetur vel non, solum durante officio, ministerioque illo, aut dignitate durat, ex vi iuramenti, cuius causa tunc cessat, dum persona amouetur quocumque modo ab officio, iuxta ea que tradit Thomas Sanchez, lib. 4. summ. cap. 2. num. 42. & Bonacina, tom. 2. de secundo. precept. disp. 4. quas. 1. punct. 17. in fine, iuribus & autoribus citatis.

Circa literarum studia, non nulla cognoscenda.

C A P. XXVII.

I. **Q**uam sit, ex mente Romanorum Pontificum, studiorum ac literarum cura, pro nostra Religione Cisterciensi, conicere licet vel ex privilegiis Benedicti XII. & Innocentii VIII. tom. 1. priu. 58. & 121. Prior enim, etiam professione Cisterciensis, a num. 3. usque 4. singulari affectu promovendi studia religionis, usque ad gradus Doctoratus, & Cathedrarum moderationem procedit, cum extrema honorificentia. Posterior precedentium vesti-

glis inherens, num. 10. licet paucis verbis, eadem sedulo commendat. Nilominus, qui primitus huius nostre Observantiae Patres statuta ediderunt, vno eo que ab Apostolica Sede confirmato, tom. 2. priu. 10. num. 11. statuerunt, monachum nullam, extra monasterium, ad generalia, nec particularia studia mitti posse. Cito tamen experimento docti, non sine Religionis iactura, ea commercia literarum a Religiosis arceri, rursus ab Alexandro

TRACT. MONAST.

VI. tom. 2. priuil. 16. num. 2.
*impetrant, Quod Salmantica
 seu Vallisoleti, aut alijs Vni-
 uersitatibus studiorum gene-
 raliū, aliqua Collegia, aut
 loca honesta, ad quæ Monachi
 Observantia, sub visitatione
 & correctione Abbatis refor-
 matoris, ad studium transmi-
 ti possent, constituendi, & da-
 putandi potestatem haberent.
 Atque consequenter, pro-
 sequitur facultatem assig-
 nandi eisdem collegijs, aut
 locis, fructus, seu redditus an-
 nuos, seu etiam bona immobi-
 lia; monasteriorum Obser-
 uantiæ; pro sustentatione
 Monachorum, ad tempus
 ibi studentium, eisdemque
 seroientium, &c.*

II.

Collegio-
 & crectio

¶ Hinc ergo prodire
 Collegia nostra, Salmanti-
 cæ, Compluti que ex edifi-
 catis, quæ hodie honorificè-
 tissimè exant; de quibus
 dictum est, *sup cap. 25. nu. 4.*
 Ex quorum primo, Salmā-
 ticensis, scilicet toto Orbe
 celebratissimæ academix,
 Lauretanæ V. Marię nuncu-
 pato, à quo potiora & stu-
 diorum, & honorum meo-
 rum, primordia accepta re-
 colo, sacrorum Bibliorum
 Cathedrę moderator extitit
 Mag. Fr. Ludouicus Ber-
 naldus Cōgregationis etiā
 Generalis emeritus, præter
 ceteros, ipso ætate maiores

Insignes eo-
 rum alumni
 Salmanti-
 censes.

& subsequentes, egregios
 in literis viros, quorum ni-
 mis longum esset, texere se-
 riem. De quibus & hodie
 superstites sunt, vndequa-
 que laudandus & suspiciē-
 dus Mag. Angelus Manri-
 que, in eadē academia, Pri-
 mariæ, post alias, sacrę Theo-
 logiæ Cathedras Antecessor
 emeritus, ac inde Episcopus
 Pacensis: atque eo iunior
 & recentior Mag. Christo-
 phorus Lazarraga, breuī
 curriculo, ad Cathedrā
 Theologiæ Regimen ad-
 uectus, & inde in Episcopū
 Castaginēsem, apud indos,
 assumptus, alii que plures,
 qui haud dissimiliter floru-
 ere florentque. Ex altero ve-
 ro, Complutenis Vniuersi-
 tatis, nostro B. Bernardi
 Collegio, fuit Olim Cypria-
 nus ille Cisterciensis, qui in
 illa, Sacrę scripturæ Cathed-
 ram Regens, vt portentū
 illius seculi habitus est. Post
 quem Ignatius Iberius, ac
 Dominicus Asteti, vterque
 inde ad perpetuas Nauarræ
 Abbatias, Regis munere,
 promoti, & alii præclari,
 nec inferioris nominis Ma-
 gistri. Sed inter eos præcla-
 rissimus enituit P. Mag. Fr.
 Petrus Lorca Primarianus
 diu adeptus Cathedram, ex
 ætissima scholasticæ do-
 ctrinæ monumenta relin-
 quens,

& Complu-
 tenses,

quens. Postquam iunior & qui hodie uiuit Mag. Petrus Quiedo, qui inde, Cathedrali academico munere fungens, apud Indos primū Archiepiscopalem S. Dominici insularem sedem, deinde Episcopalem de Quito occupans, tandem Archiepiscopalem pinguisimam, de Chuquizaca, seu Charcas, obtinet. Adēstque nunc aequaliter Vesperarum prius, Cathedralicus, iam & Primarius Mag. Chrisostomus Cæuro. Nec omittam, vel (alijs suppressis) iure fraternitatis, proprii mei monasterii Superati filiū, Mag. Athanasium de Cucho, eiusdem Collegii, imò & vtriusque insignem propaginem, iterato nutu Regio, & merito suo semel Iranzi, nunc Piteriensem Abbatem. Quibus & alijs Congregationis nostræ germinibus, prædicta Collegia perpetuo uernant, & Religioni Cisterciēsi splendorem honoremque mirifice cōciliant, & ipso donante conciliabunt, ut omnia in Dei cedant gloriam, eoque sine & scōnore fauendum esse literis & earum studiosis, æquum & iustum esse cognoscatur: & Pontificum, per sua Priuilegia, fauorem & patrocinium obtinuisse, ex his quæ

adducimus constat.

¶ Circa quam materiā huius cap. propriam oportet notare; etiam si præfatus Alexander VI. indulgēt illud studiorum dederit; tamen prohibitionem non mittendi aliquem monachum ad studia, qui extra monasterium habitet, permanere; hoc est. extra proprium Collegium, aut locum, modo dicto, à Religione deputatum. Ad quod accedit Concilium Trid. sess. 25. de Regul. cap. 4. in quibus: *illi autem qui studiorum causa, ad vniuersitates mittuntur, in conuentibus tantum habitent, alioquin ab ordinarijs contra eos procedatur.*

¶ De electione & confirmatione Abbatum prædictorum Collegiorū, quatenus diuersę sunt ab alijs dictum est, *sup. cap. 5. num. 11. & 12.* & illud etiam habent diuersum, quod extraordinarie vacante Abbatia, alicuius Collegii, potest elegeri in Abbatem, non solum ex ijs qui prænominati fuerūt in Capitulo, sed etiā ex actualibus prælatis, etiam inuito monasterio, cuius Prælati inde amouetur ad Collegium, ita disponente diffinitione nostra *cap. 6. nu. 18.* Quod non est contrarium

III.

Notandum de scholasticis.

IV.

Item de Abbatibus Collegiorum.

pri-

TRACT. MONAST.

privilegio Iulij III. tom. 3. priuil. 2. statuente, quod non possit eligi in Abbatem, qui non fuerit nominatus in dicto triennio ad tale officium Abbatis. Nam etiam verificatur de electis in Abbatibus, esse de nominatis. Facetque expresse, pro Collegio Salmanticensi, eius Bulla ex Gregorio XIII. tom. 3. priuil. 3. Attamen ad Complutense; cuius Abbatia in ratione dignitatis, erecta est triennio postea à Sixto V. tom. 3. priuil. 19. vbi nihil exprimitur, solum per similitudinem & paritatem deducum videtur. Quæ tamen similitudo & paritas, si aliunde nõ lisoret, aut repugnaret, in privilegiis, inefficax ratio est à paritate argumentari; vt notum est in eorum materia. Illud vero quod in privilegio Salmanticensi habetur, vt de triennio in triennium prorogari possit Abbas, & per Clementem VIII. tom. 3. priuil. 37. num. 9. est generaliter ablatum, & per Urbanum VIII. Bulla quæ incipit in supremo, ita restitutum, vt solum immediate & successiue possint ad alia monasteria promoueri; & ita omnino non licet ea prorogatio.

V. ¶ Continet autem illud privilegium Alexandri

VI. facultatē applicandi Collectionis in sustentationē, non solum redditus annuos aliorum monasteriorum, sed etiam immobilia bona. Quoad hæc tamen, numquam eo vsa est Congregatio; nam vniones factas Collegio nostro Complutensi, peculiaribus in specie privilegiis manuit, de quibus egi citato, cap. 25. num. 4. Salmanticensi, vero, vbi Abbatia munus gestimus, olim, scimus nullam factam esse talium immobilium applicationem; bene autem annuos redditus solvendos, situatos in alienis monasteriis; dum proprios competentes prouentus nõ habet. Atque per hoc, ampliori & expressiori privilegio gaudere Capitulum, ad imponendas contributiones pro Collegiis; & eis hac via prouidendam constat; quàm pro aliis, de quibus egimus, sup. cap. 9. à num. 12. cum seqq.

¶ De privilegio & suffragio perpetuo Magistrorum Capitularium, iam egimus sup. cap. 4. à num. 2. nec alia minutiora, quæ diffinitionibus continentur, & quandoque facilius alterantur, libet inculcare. Illud autem omittendum non est, quod nuper, annis præteritis, institutum est, in nostra

VI.
De Magistris
sterijs cõferendis

Con-

Congregatione, & executioni mandatum, virtute extensionis privilegii Gregorij XIV. tom. 1. p. 11. 22. vt Collegium Theologiae S. Mariae de Palazuelos, quod & Generalis Sedes Abbatialis, & Capitulorum locus est, erigeretur in vniuersitatis & academiae, in qua gradum, vsque ad Magistrum apicem, acciperent, ij monachi nostri, qui ex licentia Ordinis graduum essent, cum prohibitione accipiendi gradum predictum abbi, exceptis Salmaticensi atque Complutensi academiis, nisi ex licentia peculiari pro alijs vniuersitatibus. Ad quam nuperam constitutionem fulciendam, necessario adigor in presenti, ex ratione operis suscepti, & propter dubitationem aliquorum, quibus satisfieri oportet, etiam si pro nouitate, prolixior euadam, quam in alijs soleo.

co, & alijs, quos citat & sequitur Flavius Cherub. in Compendio Bullarum Laertij, tom. 2. constit. 60. P. 17. scbol. 2. Deinde suppono, hanc facultatem de facto a Pontifice concessam, non solum publicis, illis vniuersitatibus, quas toto Orbe erectas cognoscimus; sed etiam peculiaribus religionibus, ac determinatis earum Collegijs; id quae non solum pro gratibus conferendis propriae Religionis alumni; sed etiam alienis, vt in Benedictinorum Valisoletae Congregatione, Collegium de Trache, apud Nauarram; & in Dominicanorum ordine in Castellae veteri Collegium Abulense S. Thomae idem indultum, quoad suos, habere certo modo, Augustinianos Italiae ex Gregorio XIII. adducit Citatus Flavius Cherub. vbi sup. const. 83. illius Pontificis. Atque ex Iulio II. & Pio IV. in fauore Societatis IESU, iuxta eius Compendium, tit. Graduum, §. 1. & 2. Emanuel Roder. tom. 2. q. 74. art. 4. & apud eundem, art. 1. de Praedicatoribus, alia ex Bonifacio IX. & Innocentio VIII. ad predictam facultatem, intra ordinem concernentia.

VII. Ad id ergo suppono, facultatem Doctorandi, iure communi, ad Apostolicam sedem pertinere; vt tenent Doctores, in Clement. 2. de Magistris, vbi Cardinal. & Panormit. Item Alexand. consil. 10. lib. 6. num. 2. & ibi Apostill. i. lit. A. cum Anacarrano, Gemignano, Fran-

His

TRACT. MONAST.

VIII.

Afferitur
facultas &
probatur.

¶ His suppositis ad intentum, quod prædicta facultas nobis possit communicari, manifestum est; cum in prædictis exemplis & aliis, de facto concessa sit, & ex privilegio Pontificis habeatur ab illis. Ex parte Monachatus, non repugnat, ut pluribus probat Thomas Sanchez, lib. 6. summ. cap. 14. num. 44. cum seqq. quoad passivam habilitatem suscipiendi gradus. Quod vero activa potestas conferendi eos, per privilegium extensionis, communicata sit, de facto; suadetur ex amplissima clausula illi; quæ supra quaelibet concessiones & indulgentia cadit: *Quorum tenores (ait) præsentibus haberi volumus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis, etiam si talia sint quæ specialem, & individuum requirant mentionem seu particularem insertionem, ad prædictam congregationem regularis Observantiæ S. Bernardi, &c.* De quibus verbis, in simili, Flavius Cherub. citatus, Schol. 1. in const. 9. Julij. III. ex Malone, consil. 147. lib. 6. num. 6. & alij ait, id operari; ut quæcumque indulgentia comprehensa dicantur, ita ut nulla restrictio, aut distinctio fieri possit.

IX.

Remouetur
obstaculum.

¶ Quod si discurremus per limitationes ipsas illius

privilegii, quas adduximus sup. cap. 1. nullum obstaculum inde conlurgit. Nam facultas hæc viget in usu, non est contraria decretis Concilij, nec gubernio nostro, imò apta illi; ut qui eo honore literario afficiendi sunt: intra ordinem, nec diuagentur extra, nec sumptus, & expensas agant excusabiles. Obijcies tamen illud, ex c. si. Episcopus. de Pœnit. & remiss. in 6. extensionem privilegij esse generalem, & quod: in generali concessione, illa non veniunt, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Hoc autem in præsentim non obstat. Nam in primis negari non potest speciales concessiones, sub illa generali: necessario intelligendas esse. Alias nullum effectum haberet privilegium, quod amplissimum omnes fatentur; frustraque geminatio tanta verborum, & virtus, clauularum robur, rerumque nomina insumerentur. Nec est à nobis restringendum, quod sine restrictione conceditur, aut arguenda superfluitatis verba Pontificis, maxime tam in pense prolata, & ex favore, & affectu, significantia, quæ frustranda non sunt, iuxta ea quæ adducit Sanchez, lib. 5. summ. cap. 4. num. 19. & alij.

alijs, idem, lib. 6. c. 17. n. 43. in fine, & ex cap. in his de priuileg. & c.

X.
Probatur
amplius.

¶ Deinde verò quod hæc facultas, propter magnitudinem singularem, aut egregie insignem, excipienda non fit, probatur. Primo. Ex pluralitate exemplorum, quæ adducta sunt, num. 7. Secundo. Satis insignis est Pontificaliũ vsus, & quæ inde concessæ sunt consecrationes, etiam interueniente Chrismate, Abbatu Cistercij & quatuor Co.abbatibus, in priuilegio Innocentij VIII. & tamen communicari nostris per eandem extensionem Gregorij XIV. dubitauit nemo; Ergo minus de communicatione presenti. Tertio. Quia prædicta definitio, interminis explicatis de graduãdis proprijs monachis, licentia præmissa Capituli, & præcedentibus tum literarum studijs, actibusque examinis consuetis, pro gradu recipiendo, non abhorret à propria constitutione, pro Cisterciensibus facta à Benedicto XII. citato priuilegio num. 39. & c. ubi Baccalaureorum, Lectorum, & Magistrorum institutiones & deputaciones, iuxta morem Parisensium faciendas in

proprio Cisterciensi studio, committit Capitulo generali Cistercij, & alijs, modo ibi expresso. Unde hæc facultas, non potest iudicari inuisa, aut aliena à concessione extensiuâ, & communicatiuâ Pontificis. Quarto. Quia ita sensere viri docti, maxime Magist. Angelus Marique, qui tunc Generalis Reformator Congregationis, primus Collegium illud, in prædictum modum Vniuersitatis erexit, simul cum Capitulo generali; cuius semper in academia Salamantina, vt iam dictum est, versati, & aliorum auctoritati, plurimum deferendum est, in tali materia.

¶ In Prædicta autem Vniuersitate, supremus Professor, qui Cancellarius vocatur, constituitur, per designationem diffinitionis, Generalis ipse, cui etiam peculiari ratione ipsius officij incumbit, vt res serio, & cum auctoritate tractetur, ne tantum perfunctorij & ludicri gradus, appareant. Nam licet in Obseruantia nostra, laudabiliter, numquam licentia ascendendi ad huiusmodi honorificos literarũ gradus datur, nec oporteat dari, nisi

XI.
Animad-
uersio ad
re. n.

Q

Piz

TRACT. MONAST.

præexistentibus studiis & meritis, tamen ipsa exercitia, decorem & gravitatem sortiri debent. Illud vero quod simul introductum est, ut electus Generalis, si antea magisterij apice non est insignitus, statim coram Congregatione, à decano Universitatis, eo insigniatur, non improbo, maxime si electio sit Dei, in cuius oculis, facile est honestare pauperem, *Eccli. 11.* & quia in personas doctrinâ, & meritis eo apice dignas, solet cadere semper. At tamen monitos esse velim, tam electores quam eligendos teneri respicere in electione, ad huius Magisterij meritum; ut neque indignus illiteratus se ingerat eligendum; neque elector, cui potius iudicium de eo incumbit, eligat indignum & insufficientem. Nam licet quis verè sufficiens & dignus, etiam si in graduatione habeat defectum matriculæ, cursuum, examinis, aut aliarum solemnitatum, iure humano, requisitarum, non irritetur actus,

aut contractus in conscientia; dum habeat requisita iuxta veritatem iuris naturalis; neque peccet mortaliter, nisi aliquid falsum iuramentum intercedat, ut docet Thomas Sanchez *to. 1. consil. lib. 1. cap. 1. dub. 57.* tamen indignum & insufficientem Doctorare, aut Magistrum, siue Licentiatum, efficere, in quavis facultate, Theologiæ, iuris & Medicinæ, mortale reputat ipse ibidem, cum Navarro, Cobarrubias, Henriquez, & Lopez, solumque excipit Baccalaureatum in eisdem, & Magisterium in Artibus, ex quorum insufficientia, paruum dispendium, ut sic, videtur imminere. Et quamquam in gradibus his potius honoris quàm exercitij, aliquid amplius videatur indulgendum ex communi usu, tamen electum si videas vbilibet, insigniter in facultate illiteratum & indoctum, magisterio in augurari repente, quid sentiendum sit, aliorum considerationi relinquo.

Ad moni-
tio in casu



Circa

*Circa Sacramenta, actiua passiu-
que potestas, quoad Religiosos, ac
seculares.*

C A P. XXVIII.

I. **Q**Uæ ad materiam hu-
ius Cap. pertinent,
iam dicta indicabo, & om-
missa, pro meo intento, di-
eam. Et quantum ad *Bap-
tismum*, monachus, excepto
casu necessitatis, ex officio
non baptizat, nisi Paro-
chus sit, aut ex commissio-
ne Parochi; alias mortali-
ter peccat, vt tradunt om-
nes, iuxta, *Cap. Placuit com-
muni. 16. quas. 1.* Atque ex
eodem, & *cap. non licet. de
Consecr. dist. 4.* suscipere
baptizatum, ex officio Pa-
trini, non potest. Quam
prohibitionē ad solos Re-
ligiosos monachales re-
stringit, ex Egidio, & Hur-
rado, *Leander, de Sacram.
1. p. tract. 7. disp. 7. quas. 16.*
cuius rationi non assen-
tior, hodie, ex ea Mendi-
cantium differentia à mo-
nachis. In quibus tamen
ait solum esse veniale pec-
catum, cum Hinojosa &
aliis, *vbi sup. quas. 17.* Sed
vt quid etiam cum veniali
Patrinet monachus, nisi &

illud casus causaque excu-
set. Quoad *Confirmationem*,
si monachus non est Con-
firmatus, ante susceptio-
nem cuiuslibet ordinis, cō-
firmetur ab Episcopo, qui
est ordinarius minister Cō-
firmationis; nec alius Sa-
cerdos præter Episcopum,
nisi ex Commissione par-
ticulari Pontificis. De quo
& de alijs, ad utrūq; Sacra-
mentū pertinentibus, imò
& ad cætera, quatenus
communiora sunt, ex pro-
prijs materijs & authori-
bus præsuppono. De pa-
trino Confirmationis ea-
dem distinctione procedi-
turus Leander, vbi *sup.
trac. 3. disp. 5. q. 8.* & ego etiā
prout de Baptismo dixi.

¶ Sequitur *Pœnitentię*
Sacramentum. De quo
primum, quantum ad Re-
ligiosos, recolenda om-
nino sunt dicta de pote-
state Abbatum in absol-
uendo, & dispensando,
sup. capit. 13. 14. & 15.
& de monachis Parochis,

II.

De Pœni-
tentia.

TRACT. MONAST.

cap. 13. 4 num. 8. Monachos autem nostre Congregationis, non obligari ad confessionem, aut communionem mentis, ex vi Clement. Ne in agro, §. sane, de statu monach. late docui in Notis Regul. ad cap. 38. n. 6. 7. & 8. & alios etiam inde, sub mortali non teneti. Sicut nec Moniales, ex vi Concilij Frid. sess. 25. de Regul. Cap. 10. Similiter obligationem iterandi confessiones impositam Cisterciensibus ab aliquibus auctoribus, altius disculsi, & quoad monachos nostrae Observantiae non extare, declaravi, loco in Notis Reg. vitato, num. 10. credo, nec in alijs. In nostra vero diffinitione, saltem semel in hebdomada constitendum praescribitur; sed ex ea, iuxta generalem declarationem de obligandi ad culpam, peccatum non est, erit autem ex alijs circumstantiis moralibus, si occurrant in conscientia, exempli, scandali, &c. quas diffinitio non excusat, aut eius declaratio. Atque praedicta de Clementina, & Concilio habet etiam novissimè dictus Leander, de Sacram. par. 1. tract. 5. disp. 3. q. 48. cū seqq.

¶ Sunt autem Confes-

farii quidam in Capitulo De Confessione generali, qui auctoritate ^{alijs Capi} Diffinitorii nominantur, cum potestate absolventi ab omnibus criminibus, praeterquam se si apostolica reseruat, & dispensandi super quacumque irregularitate, homicidio voluntario, mutilatione membri & bigamia dumtaxat exceptis, iuxta privilegium Eugenij IV. tom. 2. priuil. 8 num. 14. & 15. Hanc facultatem & iurisdictionem residere in toto Confessu certum est; & ita non posse exerceri ab illo ut sic; sed delegandā in particulari aliquibus, per quos confessio, ut ipsa petit, singulariter audiat, & impendatur absolutio, ut in simili, de Tribunali Inquisitorum, tradit Henriquez, lib. 3. de Pœnit. cap. 7. litera T. & de Capitulo sede vacante, Reginal. lib. 1. num. 67. Atque ita nominatio illorum Confessariorum fit. Quorum potestatem durare etiam, finito Capitulo, vsque dum suspendatur, tradit Fr. Bernardus Gutierrez auctor nostri Cōpēdij Cisterciensis, verb. Capitulum, §. 7. quod ego posse fieri, quātū est ex facultate privilegij, quod nihil limitat, sed ex verbis id admittit, nō renno.

Sed

Sed cum hæc duratio pen-
fanda sit, ex modo delega-
ticnis, & cõmuni vsu eius,
reuerã solum in Capitulo
generali ea deputatio fit,
& totantùm durante; post
quod nec memoria rema-
net, nec uestigiũ. Quocũq;
autẽ modo, vsus illius fa-
cultatis, redducenda est ad
terminos explicatos, sup.
c. 13. n. 11. & c.

IV.

De Cõfes-
sarijs Con-
uentus.

¶ De Confessariis autẽ
ordinarijs cuiusque Con-
uentus, de quibus dixi, cap.
18. num. 7. videnda sunt ad-
ducta, cap. 13. quæ ad rem
faciunt. Deinde, quod eo-
rum facultas, semel con-
cessa per Abbatem, etiam
eo mortuo, vel amoto du-
ret, donec antea ab ipso,
vel postea à successore re-
nuocetur; constat ex nota
doctrina, de gratia facta,
quæ non expirat morte cõ-
cedentis, de quo Suarez,
tom. 4. in 3. p. disp. 27. sect. 4.
à tram. 2. Reginal. lib. 1.
num. 95. Sanchez, lib. 8. de
matrim. dif. 28. num. 64. &
alij cum Navarro, in cap.
Placuit. de Pœnit. d. 6. num.
261. Quod vero hi confes-
sarij, expositi pro conuen-
tu, iuxta modum dispositũ
ab Abbate, sint etiam pro
hospitibus religiosi no-
stræ Congregationis, ipsa
diffinitio disponit; ita vt

cum alio, nec licite, nec va-
lide confiteantur. Exceptis
Abbatibus hospiribus, qui
bus remanere expeditum
indultum iuris, cap. vlt. de
Pœnit. & remiss. non solũ
tenet Llamas, 1. par. summ.
cap. 5. §. 5. sed etiã alij soli-
dus opinantes; & idem de-
bet esse de socijs subditis
Abbatis hospitis, quos ip-
se, à quo iurisdicctio in
suos dimanat, poterit, cui
velit committere. si specia-
liter id faciat, aliã cũ diffi-
nitione se debent confor-
mare.

¶ Obiiciet tamen ali-
quis, ex nostræ diffinitio-
nis dispositione. Nam vel
illa obligat in conscientia,
vel non. Si hoc secundum,
ergo licite & valide confi-
teri poterit hospes cui li-
buerit, sine restrictione ad
confessarios conuentus. Si
primũ; ergo Abbas, & eius
socii restringuntur ad eos-
dem, cum diffinitio nihil ex-
cipiat, aut distinguat. In
quo illud certum est, de fa-
cto in nostris diffinitioni-
bus vt sic, non esse obliga-
tionẽ ad culpã, quod cũ plu-
ribus aliarum religionum
exemplis, tradidi in *Notis*
ad Reg. S. Bened. in introduct.
*art. 4. & licet in materia le-
ui, non possit superior, aut
legislator obligare ad gra-
uem*

V?

Obiectio
biceps.

TRACTATUS MONAST.

rem culpam, statim in materia graui, postea obligationem ad leuem culpam, vel ad nullam reducere, ibidem tunc pluribus, ratione, & auctoritate defendi, & explicui modum, quo subsistat, cum ratione propria legis, nostris diffinitionibus applicado. Propugnans, non esse ita, in obligatione Regulæ S. Benedicti, à qua omnè obligationem moralem, ausus est amouere, vnus singularis, Ioannes Garamuelus, perperam, & absque auctoritate, aut ratione alicuius momenti, vt in *Lacina addita Notis plicat.* 1. ostendo late, specialiter contra ipsum.

VI.

Declarator ex vna parte,

¶ Et vt respondeam dilecti, sciendum est, declaratione appositam nostris diffinitionibus, quod non obligent in conscientia, ad culpam etiam veniale, intelligi solum quantum est ex vi ipsius diffinitionis, non vero si aliunde nascatur ea obligatio; aut quia est in materia alias obligatoria, vt est notum ex D. Thom. 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 9. Suarez de *leg. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 7. Reginal. *lib.* 15. *num.* 4. & alijs passim: aut quia per ipsam diffinitionem, con-

stituitur & transferratur materia diffinitionis, in eodem statu & modo, quo seclusa diffinitione, transgressio est culpabilis ex alio capite. Hæc enim vis auferri non potest legi; & per eam vim mutata materia, non potest impediri obligatio, quam vel ex iure diuino, naturali, aut positivo habuerit. Huius generis sunt plures diffinitiones, per quas, nisi ea alteratio, & mutatio fieret, cum obligatione succedente in materia mutata, omnis gubernatio & legislatio aliter esset inanis, per illam declarationem. Exëplis fiet manifestum, v.g. iubet diffinitio, vt Abbas non possit applicare sibi, de bonis monasterij, in vsus peculiarem nisi decem decaros: si transgrediens diffinitionem, accipiat viginti, num quidlibet abitur à culpa, propter illam declarationem. Nequaquam. Quia diffinitio constituit materiam, intra vel extra terminos rei licite, vel alienæ, & correctabilis, volente, vel iniusto domino; quæ culpa transgressionis, per declarationem de obligatione ad culpam non excusatur. Item iubet diffinitio, vt Generalis in talibus alic-

nationibus, vel in materia electionum, alijs ve, non dispenser: num quid ex vi illius declarationis dispensabitur? multo modo. Imo nec libere, nec valide; non solum ob rationem assignatam sup. cap. 11. num. 9. Sed quia est diffinitio constituens materiam, extra spheram potestatis Generalis, qui eo ipso quod potestatem non habet in illam legem superioris, subiacet culpe, iuxta modum rei, qua non eximit ea de claratio; &c. Atque idem dixerim de diffinitione in hente, hospites Religiosos confiteri debere, cum confessarijs conventus; alterat enim materiam Capituli generale, pro sua potestate, subiiciens hospites confessarijs Conventualibus, & inhabilitans alios, ne eligibiles arbitrio hospitiarum, ita vt per diffinitionem iurisdictione sublata, tamquam sine ea, actio peccaminosa & invalida sit. Pro quo faciunt limitationes iuriam, quas ex diffinitionibus admittendas, adduxi sup. cap. 7. num. 13.

VII.

Declaratur
ex altera.

¶ Sed tunc vrger altera dilectatis pars, ad quam dicitur, non est, hanc pro ea dicitur, in modum intelli-

gendi diffinitionis vim, & potestatem, vt non intelligatur, nec obliget respectu Abbatis hospitis, & sociorum subditorum in eius presentia; siue in absentia specialiter sibi inuicem commissorum. Si ambo ad id habiles sunt, aut aliter iuxta idoneitatem eorum. Hec enim & videntur tit. Llamas ubi sup. & §. 14. & sentiunt plures. Et si quando accidit (nam & raro accidit eligere alios confessarios praeter designatos conventui) non reputatur praeposterum; sed potius permissum, & cui non resistit diffinitio, dum in ea salua creditur auctoritas, & iurisdicio proprii Abbatis, specificè in suos commissi. Quam tamen nisi Abbas hospes expressè concesserit, ex sola presentia Abbatis, non intelligitur data, sed standum communi ordinationi diffinitionis. Atque vt ea ordinatione communi vtratur, in Machus socios Abbatis hospitis, non indiget licentia eius licet praesens sit; ita enim ex lege ipsa praesupponitur, dum ipse Abbas aliud expressè non ordinat. Ita ut licet sit, vt duo socij de re ipsa vtriusque sub Abbate, in

TRACT. MONAST.

alieno monasterio ordinis, possint confiteri inuicem, aut vnum alteri; vt valeat, etiā omnino expressa debet esse, declarata voluntate praelati de monasterio etiam alieno: & tunc adhuc liberum erit subditis illis hospitibus, vel inuicē confiteri, vel etiam illius conuentus confessoribus. Quod admitto cum Suarez, tom. 4. de Rel. tract. 8. lib. 2. cap. 17. num. 3. Non vero illud, num. 2. quod ipse ait, duos sic directos in viā, intelligi commissos, vel inuicem si mutuo possint exercere officium confessionis; vel alias vnum alteri; ita vt alijs non possint confiteri. Hoc enim alienum est ab intelligentia, & praxi nostræ Religionis, in qua ea restrictio non est, forte in alijs Religionibus in quibus solemnior est, caeterantium sociorum associatio, ita interpretatum est. In nostra vero, in qua solum Abbatibus, ex diffinitione, eaque ad culpam non obligante, non licet itinerari absque socio, nulla inde limitatio intellecta est, respectu confessionis rite faciendæ. Aliud est de indecentia monachi, aut Religiosi, qui in presentia aliorum Religiosorum, &

maximè eiusdem ordinis, aut cum nota, aut sine causa, Clericum eligeret, quod tamen nihil de iurisdictione illius fori minueret. Et hucusque dicta, quantum ad monachos. Sed

¶ De eodem penitentia Sacramento, quoad seculares, habemus ex Eugenio IV tom. 2. priu. 13. quod: *Abbatibus, & quicumque alij per eos ad hoc, pro tempore, deputati confessores idonei dicti ordinis, quorumcumque vtriusque sexus fidelium, in dictis monasterijs cōfiteri volentium, quotiescumque ipsis placuerit confessiones audire valeant, eosque ab omnibus peccatis, præterquam Sedi Apostolica reservatis casibus absoluerent. Nec non peregrinationis, & alia quacumque vota, que commode seruare non possunt, in alia pietatis opera, in prædictis non reservatis casibus Sedi Apostolica commutare, ac cum eis in ieiunijs & similibus dispensare. Atque eodem modo posse absoluerent, ab omnibus & singulis sententijs, censuris, pœnis, ac fulminationibus: quauisquæ excommunicationum, suspensionum, interdictorum, à iure, vel ab homine, &c. Scilicet, etiam de non reservatis Sedi Apostolicæ,*

VIII:

Quoad seculares de Penitentia.

In

IX.
Norsda de
approba
tione.

In quo privilegio, no-
tare oportet, eo nos non
gaudere, nisi in *monasterijs*
nostris, non extra, ut nota-
uit Fr. Marcus Villalba,
dub. 12. item quod hi con-
fessores deputati ab Abba-
tibus, debeant esse appro-
bati ab ordinario Episco-
po; quod necessarium est
in omni confessorio secula-
rium, post Concilium Trid.
ex illius absoluto decreto,
sess. 23. cap. 15. Ad que cen-
seo etiam ad Confessiones
familiarum, intra monaste-
rium deferuentium, cum
Eman. Roder. *tom. 2. quest. 67.*
art. 1. Regnal. lib. 1. num.
174. Suarez, tom. 4. de Rel.
tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 7.
& alijs, non obstante Lla-
mas, tenente oppositum, 1.
par. summ. cap. 5. §. 15. atque
alijs etiam, ex declaratio-
ne Cardinalium, ex 4. *tom.*
disc. Farinacij, quæ tamen
hodie (et alijs monui) ex
decreto Urbani VIII. nul-
lam fidem facit. Item quod
etiam si communicemus
in privilegio Pauli III. a-
pud Bullarium Eman. Roder.
Bulla. 7. pro Societate Iesu
ad absolvendum seculares
& referuatis Papæ; & in alijs
privilegijs, simul cum su-
pradicto Eugenio, & refer-
uatis Episcoporum; iam
hoc per Clarentiam VIII.

& Urbanum VIII. limitata
sunt, prout dictum est sup.
cap. 13. num. 12. & 13. Ita ut
seculares absolvere non
possimus, à casibus Censæ,
nec à casibus ab Episcopis
ipsis referuatis, neque ab
alijs quinque ex referuatis
Papæ, citato loco à nume-
ratis & explicatis.

¶ Quod vero citatus
Villalba requirit, ad usum
predicti & similium privi-
legiorum, ordini concesso-
rum, ut Confessarius habeat
Bullam Cruciatæ, etiam si
penitens eam non habeat:
dicendum est eam neque
ex parte confessorij requi-
ri. Et iuxta rationem ipsius,
scilicet, quod gratia illæ
sunt factæ Religioni, debè-
ret, ab eo, ita dici, prout
inde, & quia Bulla solum
suspendit privilegia perso-
nalia, & nō quæ realia sunt
concernentia ipsam Reli-
gionem, etiam, respectu
Iubilei centesimi; tenet Sã
chez, *lib. 4. summ. cap. 54.*
num. ult. cum Enriquez,
lib. 6. de penit. cap. 16. num.
7. & lib. 7. de indulg. cap.
28. num. 7. & citatis etiam
Soto, Corduba, Lelsio, Vi-
llalobos, docet Compen-
diator Emanuells Roder.
Resol. 3. num. 42. & Res. 116.
num. 37. & illud Bullæ re-
quisitum excludit.

X.

De nō-ne-
cessitate
Bullæ ad
id.

Ha-

TRACT. MONAST.

XI.

De iura
moendi
confessa.
rios,

¶ Habet autem illud nostrum privilegium Eugenij num. 8. adductū, quod *Abbatēs, pro ipsorum nutu, revocare, & amovere valeant Confessores deputatos, aut deputandos pro secularibus.* Nihilominus nutus ille correspondet Confessariis, quos etiā antea, suo nutu, deputabant ex privilegio; non vero quibus, post Concilium, ab Episcopo competit iurisdictionis; & iam sine illo requisito, presentationis Prælati ex Clement. dudum, §. *statuimus*, de sepult. quod necessarium non esse in approbatione ad confessiones secularium, in qua Sacerdotem regularem communi seculari pariter Concilium tenet Suarez, 4. tom. in 3. par. disp. 28. sect. 5. num. 15. & Reginald. lib. 1. num. 195. & 196. & c. Tameñi Ludovicus à Cruce, de triptici Bulla, in Cruciatā, disp. 1. cap. 2. dub. 17. non sine fundamento, ad valde absolvendum, virtute privilegiorum, peccat presentatione & consensumque Prælati, id quod sedulo & merito, Ordinarij observare solent. Alias etiam si virtute bullæ, aut iurisdictionis Episcopalis, licet valore absolute non, in consulto,

& invito Abbate, & non obstante nostra dispositione, prohibente huiusmodi administrationem Sacramenti ad seculares, peccabit tamen Monachus in transgressione, iuxta modum præcepti, aut circumstantiarum. Imò, & eo res poterit procedere, ut iuridice causa cognita, & sententia dicta, possit Prælati eū effectu revocare iurisdictionem, & confessiones irritas facere, ut sentiunt Adrianus in 4. quas 5. de confess. dub. 1. Henriquez; lib. 6. de Penit. cap. 6. num. 6. Ioannes à Cruce, in epit. de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 2. & Hieronymus Rodet. in Comp. quas. Resol. 32. num. 11. qui alios citat.

¶ Sequitur iam de Communione, seu sacra Eucharistia Sacramento, quoad Religiosos; de quibus iam dictum est, sup. num. 1. simul cum confessione, idem enim est iudicium, de communione, et ibi remissio tenet. Vbi etiam in citatis Novis Regul. cap. 28. num. 3. & 4. de frequentis communionis, iuxta Regulæ textum egi, & de alio minus, aut magis frequente usu, num. 1. Nostro autem ex dispositione & usu, præ-

XII!

De Comunione
quoad Monachos.

non sacerdotibus, semel in hebdomada, scilicet Dominicis diebus, aut contigua festiuitate solemniori occurrente, regulariter fit, & inde festiuitas. Pro Sacerdotibus quotidie frequenter, ut in plurimum, sed interpolatio aliqua etiam permittitur, nullo dum notabilis non fit, eam fugillante. Quippe non adigimur necessitate Prælati, aut monasterij, ad celebrandum quotidie, cum inde nihil ad temporalia onera supportanda resultat; sed ad alias obligationes regulares (de quibus *infra cap. 29.*) & ad utilitatem nostram maxime spiritualement celebremus, & hostiam viuificam, sacris altaribus, omnimoda frequentia, inferamus.

XIII.

Item quoad seculares

¶ Quoad seculares vero ex iure, *Clem. Religiosis de Priuilegijs*, constat non licere Religiosis ministrare Eucharistiam, aut Extremam unctionem; nec matrimonium sine licentia Parochi, sub excommunicationis poena, ipso facto incurrenda, & Apostolica Sede reueruata. Attamen ex priuilegio Eugenij IV. *to. 2. priuilegij. num. 12. habemus, ut omnibus ad monasteria obseruantie venientibus (die*

Paschatis dumtaxat excepto) Eucharistia, Extrema unctionis, nec non alia Sacramenta, & Sacramentalia ministrare valeant. Atque Alexander VI. *tom. 2. priuilegij. 16. num. 5.* Concedit. *Ut etiam in ipsis grangijs & locis horrorum monasteriorum, ubi Parochiales Ecclesie non existant, ibi lonis & incolis confessionem, Eucharistiam, & alia Sacramenta, absque alicuius præiudicio, & iure Parochialis Ecclesie in omnibus semper saluo; ministrare liceat & licite valeant.* Vbi hoc præiudicium alterius, & ius Parochiale, quod vult esse saluum; intelligitur solum quantum ad decimas & primitias, Parochis à laicis persoluendas; ut ex declaratione Sixti IV. adducit Author nostri Compendij Cisterc. *verb. Grangia §. 1. & Eman. Roder. to. 2. q. 75. art. 1.* Et quod ait de Confessione intelligendum est, ut dictum est *sup. num. 9.*

XIV

¶ Hinc fit, ut in nostris monasterijs, & trûque Sacramentum communionis, & Vnctionis, possit licite ministrari secularibus. Et de ijs qui vel ex familia, vel alias infirmari contingat in monasterio, transitorium est ex

Etiam vnctio pro infirmis secularibus.

vlu.

TRACT. MONAST.

usu & praxi non enim unquam secularibus infirmis communicandis, aut vngendis, intra monasterium aduocatur aliunde minister. Pro quo Eman. Roder. 10. 1. q. 67. art. 1. Sed & priuilegium citatum, quod expresse sine restrictione loquitur de Vnctione, necessario intelligendum est pro infirmis, quibus solis & moribundis competit vnctio; & ita pariter de communionem eorum intelligi debet, quibus maximè prouisum esse voluit. Nam exceptio Paschatis non congruit Vnctioni; nec dicto casui infirmitatis, pro aliis Sacramentis. Idemque dicendum est in Grangijs, nisi aliud consuetudine introductum sit, aut in eptitudo Grangiarum ad id ex necessitate cogat.

XVI

*De com-
muni-
one
pro sanis.*

Præterea censeo etiã secularibus sanis & valentibus, si sint de familia, posse in monasterio ministrari communionem ad impletionem præcepti Paschalis. Nam licet hoc non admiserim in Sacramento Confessionis, nisi per approbatum ab Episcopo, sup. num. 2. consentio tamè in Communionem, vt aliquid operetur Concilium Trid. sess. 24. cap. 11. & sess. 25. de

Regul. cap. 11. eximés eos à iurisdictione Episcoporum, quod, saluo illo absoluto, & expresso decreto, quoad Confessorum approbationem Episcopalem, respectu secularium, vbi supradictato, de reliquo aliquem effectum & vim habere debet. Id quod magis fulciatur, ex sequentibus, quibus hæc facultas ad amplius extendi valet.

*¶ Nam insuper censeo valde probabile, ex priuilegijs licere, sine exceptione Paschatis, communicare seculares in nostris monasterijs, ad implereque præceptum. Quod verò nomine Paschalis communionis, intelligatur hæc adimpletiua præcepti, ante & post ipsum diem Resurrectionis, dixi sup. c. 13. num. 7. Quod autem eam potestatem sic extendam, his fundamentis nitor. Primum. Priuilegio nostro Eugenij IV. tom. 2. priuileg. 13. quod posterius est, & ampliatiuum, ad illud eiusdem adductum, num. 13. sup. ubi ait, *ipsis que Christi fidelibus, Eucharistia, ac Extremam Vnctionis Sacramenta, per se, vel quemcumque Sacerdotem cuiusuis de dictis Observantijs monasterijs ministrare. Cumque in anterioribus**

XVII.
*Et amplius
tur proba-
biliter.*

pri-

privilegio, exceptionem Paschatis diei, posuerit; & in hoc eam omiserit, videatur absoluta, & sine restrictione concessio; & ita tenet Fr. Marcus Villalba, *dub. 12*. Confirmaturque ex verbis Thomæ Sanchez, *de Matrim. lib. 3. disp. 23. n. 17*. ubi ait: *Quamuis, nec per Religionis privilegia, nec virtute Bullæ Cruciatæ liceat ministrare Eucharistiã, nisi soli Parocho respectu suorum Parochianorum in die Paschatis, eo quod excipitur illa dies in privilegijs & in Bulla; licet tamen, privilegiorum talium, aut Bullæ virtute, ministrare vagis & aduenis & peregrinis, &c.* quod late probat. Sed ad meum intentum perpẽdo, non aliunde negare illud prius nisi, eo quod excipitur illa dies in privilegijs. Sed in nostro privilegio non excipitur; ergo cessat ratio restrictionis. Neque nos distinguere debemus ubi lex aut privilegium nõ distinguit.

XXVIII

Confirmatio ampliatio.

¶ Secundum fundamentum est, privilegium Nicolai V. quod adducunt Emanuel. Roderic. *to. 1. q. 56. art. 3.* & eius Compendiator. *Ref. 127. num. 3.* & Ioannes à Cruce, alijque, concessum Monasterio S. Mariæ de

Guadalupe, ut tam intra dictum monasteriũ, quam extra in Grangijs & locis eius, possint omnes Presbyteri illius, ministrare Sacramentum Eucharistiæ, etiam in die Paschatis, & sic præcepto Ecclesiæ satisfaciunt. Quod toti ordini Hieronymiano communicatam fuit, à Sixto V. & communicari alijs religionibus habentibus extensionem; docent præcitati auctores. Atque per nostrę Congregationis extensionem Gregorij XIV. cuius virtute, satis erat unum monasteriũ habere indultum, ut nobis communicaretur; quod etiam nostro Eugenij privilegio adducto, consonum est. Citaturque etiam pro hac sententia Bejam 4. *par. 4.* Sorbũm & alios Ludonicus à Cruce, *de triplici bulla, circa Cruciat. disp. 1. c. 5. dub. 6.* Tametsi ipse ab ea discedat, sine responsione ad indulta præadducta; sicut Miranda *to. 1. Manual. q. 42. art. 2.* qui sine refutatione rationũ, solum à sententia deterretur; quia Curati id nimis egrè ferant, & Episcopi maxime contradicant. Quæ quidem ratio est, ut parce, & raro, & cum multum rationabili causa, ac sine contentione fiat; ne si quod scanda-

Cum anthi doto in v: sa.

TRACT. MONAST.

lum aut præiudicium sub-
 orietur, incipiat minus va-
 lere privilegium: argumen-
to. cap. suggestum de deci-
mis. Tamen vt excusetur
 profus excommunicatio
 citatæ Clementinæ, suffi-
 cientem probabilitatem
 credo; cæterum & cauenda
 est quævis, ex aliqua cir-
 cumstantia, culpa aut pec-
 catum etiam veniale, cum
 cuius dispendio, nulla pro-
 bilitas aliàs consulenda
 venit alicui.

supra *cap. 12. à num. 6. usque*
 12. De Matrimonio, si illud
 contrahere tentet Religio-
 sus, incidit in irregularita-
 tem similitudinariæ biga-
 miæ, quam non esse pari-
 ficandam cum vera biga-
 mia, quæ excipitur in pri-
 vilegiis dispensandi, no-
 tavi, *Cap. 15 num. 4.* Si verò
 authorizare matrimoniū
 sine licentia Parochi præsu-
 mat, incidit in excommu-
 nicationem dictæ Clem. Re-
 ligiosis. de Priuil. Quæ et-
 tiam omnia cõmunia sunt,
 nec quid peculiare ex no-
 stris privilegiis quod addu-
 cam habeo, in hac re.

XIX.

De alijs Sa-
 cramentis.

¶ De reliquis Sacramē-
 tis pauca occurrunt. Quan-
 tum ad *unctionem* nihil
 præter dictum *supra num.*
 14. Quantum ad *Ordinem.*

*Officij Diuini, & Missarum, in no-
 stra Congregatione Cisterciensi obli-
 gatio.*

CAPVT. XXIX.

I.
 Remissio
 aliqua de
 officio di-
 uino.

Quantum ad officium
 Diuinum, omnino re-
 missiuè tractatio nostra
 procedet, ne in hac com-
 pendiarie discussione re-
 petam, quod latè tractavi
 in *Notis literalibus ad Re-
 gul. S. Benedicti.* & propug-
 navi, contra recentem il-
 lius Cõmentatorem Ioan-

nem Caramuelum, *Lacinia*
addita ipsis Notis. per to-
 tam. & tanto acuratius &
 impensius, quanto opus
 erat, aduersus authorem
 in re insigniter audentem.
 Ad quod opus, (vt spero)
 breuiter lucem visurum,
 te conuenio, pro hac ma-
 teria, quisquis ex nostra

Ob.

Observantia, eius bono zelo & amore tenetis. Imò & ex quavis Religione ad chorum destinatis, aut etiam ex Clero ad horas Canonicas adigeris. Igitur tenui, in nostræ Religionis Congregatione, obligationem recitandi Divinum officium cadere sub mortali, in quemcumque monachum destinatum ad chorum, à die & hora suæ professionis, etiam si nullo ordine initiatus sit. Stabiliterque citatis *Notis ad cap. 18. Reg. num. 5.* & late defenditur, in *Lacinia segment. 9. cum seqq.* Et idem esse in monialibus destinatis ad chorum, *ibid. segment. 12.* insuper eam obligationem recitandi, non adimpleri sine attentione interna saltem virtuali, aliter fulcitur, *segment. 21. & 22. & 23.* & ab extrinseca authoritate & ab intrinseco, explicatur contra prædictum authorem & alios, & pro omni obligato ad officium divinum.

¶ Deinde eam obligationem intelligi, non solum de officio maiori & præcioso, quod habemus à Reula Sancti Benedicti, sed etiam in nostræ Observantia de minori aut parvo officio Beate Mariz, omnibus diebus, etiam privatim, & extra chororum; & si niliter de officio defunctorum, in illis diebus & modo, quo secundum nostrum usum præscribitur recitandum. Quantum ad officium B. Mariz, in *introduc. ad Notas art. 8. nu. 5.* & ex propriis fundamentis, & non obstantibus mutationibus Breuarii si quæ contingeret probant in ipsis *Notis, ad Cap. 18. a num. 8.* & contra instantias Garamuelis, in *Lacinia segmento 13. & deinceps late.* Quoad officium defunctorum, *ibidem segmento 17. per totum.* Quæ nam verò Religionis aut Congregationes, à nostræ Observantia distinctæ, in prædictis consentiant aut consentire debeant, ex eisdem locis eliciet prudens lector; nam pro nostris ea pronuntiata absolute dicta sunt; & omnino videnda, pro firmitate & complemento doctrinæ huius Tractatus, quoad hanc materiam. Quam quidem pari formiter acceptam, & merito observatam, sicut in Observantia Castellæ, video in Cisterciensibus Navarræ monasterijs, credo & Aragoniæ, &c.

II.
Specificatur de triplici officio.

¶ Nunc

TRACT. MONAST.

III.
 Recensentur
 Missæ
 obligantes.

¶ Nunc de Missarum obligatione erunt aliqua proferenda, quatenus nostræ Congregationis propria, & in aliquo etiam aliorum. Sunt igitur quædam Missarum onera regularia, in omnibus monasterijs, ex dispositione ordinis, nulla peculiari dotatione, obligantia. Tales sunt ordinariæ hebdomadæ Missæ maioris conuentualis: item Matutinalium, certis diebus, quibus duplex indicitur Missa: rursus B. Mariæ: præterea Defunctorum: quibus occupantur quatuor Sacerdotes hebdomadarij, iuxta numerum conuentûs, inuicem succedentes. Præter has, à monachis priuatim, quolibet mense dicitur vna Missa anniuersarii defunctorum, & per annum quinque alia anniuersaria quæ vocantur solemnia, in Breuiario, & libro V suum Cisterciensium nostræ Congregationis, designata, & pro quibus ea applicata sint, vt pro Episcopis, Abbatibus, Monachis, Parentibus, familiaribus, &c. Similiter pro Tricenario S. Lambertæ, in cipiende post eius festum, mense Septembri, viginti & sex Missæ, modo intra declarando. Actandem, pro

quolibet Religioso Congregationis moriente, tres Missæ à singulis Sacerdotibus dicenda, præter illam, quam dicunt, qui præsentibus funeri fuerint, in loco vbi interierit. Præter prædicta vero, sunt in aliquibus monasterijs, peculiaria alia onera missarum, ad quas ex dotatione aliqua tenentur; & quas adimplere, solum ad ipsa monasteria obligata pertinet. De quibus generatim dicemus, vt ad alia deueniamus, & obligationem specialè declaremus, quam leuiter ex occasione tetigimus in *Natiua Regula, in Lacina segm. 19.*

¶ Igitur in his missis, quæ ex dotatione testamenti aut contractus, quomolibet procedant; neque Abbas, neque Generalis, neque capitulum habent aliquam potestatem dispensandi; sunt enim debita iustitiæ, & ita sub illius obligatione, tenetur monasterium etiam ad satisfactionem, si omittat; & similiter Religiosus, qui ex iuncto aut stilo domus illius, obuenit sua vice, aut Superioris mandato, tales missas dicere, sub mortali, & onere restituendi, tenetur. Solum videbatur esse

IV.
 De Missis
 dotatis.

in

indultum Concilij Triden-
 tin. sess. 25. de reform. cap. 4.
 factum Abbatibus & Ge-
 neralibus Ordinum, vt in
 suis Capitulis generali-
 bus, pro sua conscientia,
 re diligenter inspecta, cōpo-
 nere possint & moderari
 talia opera, si excedāt capa-
 citatē apt. quantitatē dota-
 tionū. Tamen Ludouicus à
 Cruce, de triplici bulla, dis-
 3. de bulla compositionis dub.
 20, limitat Concilium, vt
 non intelligatur de mis-
 sis, in fundatione benefi-
 cij. impositis: quod tamen
 licet Episcopo per di-
 ctum Concilium, censent
 Henriquez & Miranda,
 item vt non intelligatur de
 missis relictiis post Conci-
 liū, vt sensere etiā Posseui-
 nus & Naldus; ducunturque
 quadam declaratione Car-
 dinalium, quæ pro prima
 limitatione adducitur à
 Gallemar, sed cui cum alijs
 detracta sit fides. vt dixi ca.
 13. num. 18.

V.

Decretum
 Urbani
 VIII.

¶ Sed tamen hodie, ex-
 tat. decretum Urbani VIII.
 anno 1625. in quantum ad
 propositum qui: Prohibet
 & interdicit, ne Episcopi
 in diœcesana Synodo, aut Ge-
 neralis in Capitulis genera-
 libus, vel alias, quo quomo-
 do reducant onera vlla mis-

farum celebrandarum aut
 post idem Concilium impo-
 sita, aut in limine fundatio-
 nis, sed pro his, omnibus red-
 ducendis aut impugrandis,
 vel commutandis ad Aposto-
 licam Sedem recurratur,
 &c. alioqui quælibet redu-
 ctiones irritas & inanes de-
 cernit &c. Cui decreto ita
 dum videtur: quod simul
 cum alijs de hac materia
 editis, publicatum Romæ
 solitis locis, & adductum
 à pluribus, vt Ascanio Tam-
 burinio tom. 2. de iure Ab-
 bat. disput. 3. quas. 9. August.
 Barbosa, in collectaneis: ad
 decretal. Rubric. de celebrat.
 Miss. num. 3. Hieronymus
 Roderic. in Compēnd. qq.
 Res. 25. num. 26. ab alijsque
 sæpius certificatum est. Preoccupatio dubij.
 Quod sufficere videtur ad
 faciendam fidem, in his con-
 scientiæ rebus, in quibus
 moralis certitudo conuin-
 cit operantem; quamuis ad
 ferendam iuridicè senten-
 tiam, instrumentis non au-
 thenticis nihil agatur. Si
 enim cognita, reperita, &
 acceptata à pluribus San-
 ctio, Apostolica, quia non
 deuenit authentica ad sin-
 gulos, omni vi caret, e-
 grè asserit aliquid quod o-
 bligaret, sicut aliquid vale-
 ret; cum rarissimè ad ma-
 nus

R nus

TRACT. MONAST.

nus habemus ea decreta Cardinalium authenticata, nec ipsa Pontificum diplomata, quæ in fide aliorum debito modo acceptantur & circūferuntur aliter habentur in plurimum. Sed tamen, ut id requisitū, quod obviandis imposturis exigit, ex Urbano VIII. Inquisitio Hispaniæ, suppleatur, omnino bene & indubitata certitudo moralis debet esse, in quibus etiam prudentis & recti iudicii discretio locum habere debet, nec libito casualis relinquendum.

VI.

Conclusio
de alijs
Missis pro
batur.
1.

¶ *N*unc ad alias Missas ordinis, & nostræ Congregationis regulares, deveniēdo, dico, earum obligationem esse sub mortali, respectu cuiuslibet particularis Sacerdotis, cui ex ordinario iniūdo & præscripto Ordinis, & modo per diffinitionem & usum imposito, incumbit respectivè. Quidquid sit, de potestate Capituli generalis, ad tollendum vel moderandum huiusmodi onera, quod apparebit inferius *num. 10.* Conclusio probatur generaliter, ex consuetudine ita recepta, ut prædictas obligationes Missarum non adimplere,

à sapientibus & timoratis in Congregatione semper censetur mortale; quod satis esse, ad effectum talis obligationis, statuit Sylvest. *verb. Consuetudo. num. 18. quest. 13.* & satis pluribus docui in *Notis Regul.* locis citatis *supra num. 2. & 3.* Deinde quia materia est gravis, & præcepta à potente obligare; & semper à Superioribus habita ut gravis, & satisfactioni obnoxia, quæ fieri iubetur ab ipsa diffinitione, quam primum de spolio defuncti, si in aliquo defuisset; & in superfluitate, eadem sedulitate animadvertitur, cum eadem existimatione. Quæ omnia signa sunt legis, aut diffinitionis graviter obligantis. Præterea quia etiam si respectu totius Congregationis, aut Capituli generalis, in his quæ liberè videtur disposuisse, videatur remansisse potestas aliqua, aliter disponendi; ut in sinuavi *supra cap. 15. num. 12.* & sine iniuria id possent successores; re ex natura sua inspecta; tamen & in his, ex aliquo accidente, potest intervenire obligatio ex iustitia. Et quid quid sit de libertate potestatis Superioris ad aliquod

2.

3.

quid

quid diuersimodé disponendum, aut alterandum nihilominus respectu eorum, quibus impositum est illud onus, semper ea vigens iustitia ratio interuenit; ergo indubitatè, iuxta materiam, adducit seorsum dictam obligationem præcisam.

VII. Quod ut explicemus, oportet nosse quibus applicentur illæ Regulares Missæ. Quamuis ergo, aliquid exprimat in V. sibus, tãquam ex antiquo Cistercij more proueniens; ut quod mensuræ anniuersariorum missæ, sunt pro Regibus & fundatoribus nostrorum monasteriorum; quod missæ tricenarij S. Lamberti, sunt pro fratribus illò anno defunctis, & similia: tamen iam hæc, post perfectam erectionem nostræ Congregationis, seorsum ab alijs sunt intelligenda, intra illius limites & respectu sui, proportionaliter applicari. Quod primum elicere possumus, ex quodâ indulto Iulij III. no. 3. riu. 4. in quo ad sedandos scrupulos, ortos in Congregatione, propter aliqua dubia onerũ & dotationũ Missarum, data est facultas specialis, certò modo determinandi & componen-

di earum: scimus vsurum fuisse Generalem cum effectu. In cuius indulti relatione fit mentio, quod, in quolibet monasterio Congregationis, una missa quotidiè, (scilicet hebdomada defunctorum) & singulo mense à quolibet Religioso alia (scilicet duodecim mensuræ anniuersarij) & à quolibet conuentu singula mense alia (scilicet per hebdomadarium Maioris dicitur) & singulis hebdomadis, quibus uniuersi dies hebdomada alias occupari non sunt, alia missa, (nempe per eundem hebdomadarium maioris) & quolibet anno à quolibet Religioso viginti tres, (nempe in tricenario S. Lamberti) & singulo anno à quolibet Conuentu triginta Missa immediate cum collecta & oratione Deus venia largitor, &c. dicantur; credaturque, Missas ipsas, pro defunctis benefactoribus dictæ Congregationis esse, &c. Quæ ultra triginta missæ, de spatio integro ipsius tricennarij, more antiquo Cisterciensij, celebrati intelliguntur, quo tempore durante collecta Deus venia largitor, &c. dicitur, tamen si numerus præcessus missarum illius tricennarij iuxta

TRACT. MONAST.

Cistercium solum sine viginti, de quibus est indultum Eugenii IV. inferius referendum; reliqua Missæ adfectio est & intentio non sicut Observantia, quæ pro suis Capitulis, etiam de *Spiritu Sancto*, certas missas adiunxit de precativas optimi eventus, rerum in dictis Capitulis agendarum, in Religionis bonum & Dei honorem: quæ omnino liberæ sunt dispositioni Ordinis, ut constat.

VIII.

Et inde excitar ratio.

¶ Enigitur omnes illas missas supra expositas in narratione, illa à Congregatione facta Sedi Apostolicæ, tamquam obligatas & dici solitas pro benefactoribus; in cuius consideratione, ad scrupulos sedendos fieret compositio, prout in aliquibus (nam de omnibus monasteriis mihi non constat) facta est. Et de nostris Superaddi monasterio, instrumentum me in eius archivio vidisse memini; fuitque facta, post antiquiorem valde morem illius domus, quæ ultra regulares missas & hereditarios, habet duos, pro benefactoribus, institutos ob dotationem: cum qua, superueniens, compositio confundenda non est; sed eam quantum sui iuris est

salua. Itaque, ex hoc capite, omnes illæ missæ in indulto & privilegio exorsæ, oberrata & obligatæ manent ex iustitia peculiariter, quasi ab accidenti; quo statu, iam non erit liberæ Congregationi tollere eas & commutare, prout alias liberius posse apparebat; innotescitque obligatio rigorosa etiam ipsius Capituli generalis, ne per illud stet defectus adimplentionis, in iis à quibus dici debent.

¶ Procedendo ad alias, ut semel dicamus de illa triplici missa, quæ & à quolibet Conuentu, & à quolibet Sacerdote sigillatim, dicitur, pro quolibet Religioso defuncto; eius obligatio nulla potior habetur, aut saltem nulli inferior, inter nostros, & omnino tamquam ex iustitia commutativa obligans sub mortali, & obnoxia satisfactioni. Militantque pro ea rationes factæ n. 6, & ratio iustitiae, non ex accidenti; sed ex natura quasi contractus, in est ei. Nam ita dicitur istæ missæ pro monachis defunctis, inuolueres se quasi quoddam iustitiæ pactum: & anticipamus solutionem quam vivimus, in spe certa, rependendas esse nobis mortentibus, more solito & velut

IX.

Missæ pro defunctis ordinis.

con-

conventionali. Quæ quasi sub chirographo & valido nio diffinitionis, & statutz obligationis, matuo acceptatz sūt; & a quo libet Congregationis alumnino necessario adimplenda: Et quæ, respectu saltem Sacerdotum, decedētiam, immiaui aut inuerti; sine specie iniustitiæ non possint etiam à Capitulo generalis, nisi cōsentientibus ipsis, quo pacto cessat iniuria; aut tali interueniente causa vt debeant consentire. Vnde pro moti ad Episcopatū, aut aliā dignitatē extra Congregationē, conditionem soluendi tales Missas, in residuo pariter tempore præferuat, & sub ea firmatur expresse, in fauorem eorum, correspondens obligatio Ordinis, & tamquam ex pacto iustitiæ adimpletur.

X.

De Missis
alterius ra
tionis.

¶ Restant ergo reliquæ missæ, quæ saltem quantum ad officium, non sunt defunctorum; vt hebdomada de B. Virg. Maria, & quæ in hebdomada maioris missæ & Matutinalium, de alijs officijs dicuntur. Et in super quinque anniuersaria sole mnia quæ (licet pro defunctis) non sunt compræhensa, in illo indulto Iulii III. In his autem omnibus, li-

cet obligatio illa doratio nis, etiam ex accidenti desit, sed adsunt aliæ; vt Primò: Gratiudinis, nam hebdomada de B. Virgine, pro familiaribus, & benefactoribus dicitur esse. Secundo: Pietatis, nam in predictis anniuersarijs, ea pia memoria diuersarum personarum agitur. Tertio propriæ charitatis & indigentiz, nam quæ in maioribus & matutinalibus hebdomadis dicuntur, vt plurimum pro ipsis conuentualibus viuentibus applicatur, qui tantorū suffragiorū, & sacrificiorū expertes esse nō debēt; vt pote actuales partes Religiosi gremii. Quas to item: necessariū cultus Ecclesiastici; nā quæ obligatio cogit, ad officium diuinū publice persoluendum, eadem in missa publice & Cōuentualiter celebranda. Quare licet in hoc, possit esse aliqua diuersitas, in modo, & maiori, aut minori numero, iuxta prudens arbitrium, & circūstantias: tamē omnino deficere substantiā, non licet ipsi Congregationi, nec eā gubernantibus, ex ipsa naturali & diuina lege, suo modo obligate, iuxta prædictas rationū seu virtutū formalitates.

¶ Semel autē diffinito,

R 3

XI:

TRACT. MONAST.

**Iustitia ob-
bligatio in
eis.**

& Naturo modo, ab ipsa Congregatione; privatos monachos, sub onere iustitiae & pro quantitate matris, mortaliter teneri ad missas has sibi iniunctas, ob rationes iam adductas *Jap. num. 6.* dicendum est. Et ratio iustitiae constat. Nam etiam si dispositio Capituli, ex mera gratitudine aut etiam liberali pietate procederet; & propter Capitulorum, in eadem potestate succedentium, conditionem, irrevocabilis non sit: tamen dum durat, videtur adquisitionem ius partibus, in quarum favorem statuantur missae, quasi donationis acceptatae: quae si in favorem causae pia sit, acceptatione non eget, ut tenent plures, quos refert Sanchez, *de matrimonio lib. 2. disput. 6. num. 16.* quamvis ipse cum alijs, id non admittat, nisi donatio seu promissio transeat in votum Deo factum; quod in presenti non esse fatemur. Sed ad intentum non obstat. Nam satis est per Constitutionem, statui debitorum illarum missarum ab habente quasi dominium & propriam dispositionem earum; ut si ille non solvat iniuste censetur retinere alienum. Ad

eum feré modum quos res temporales victus, vestitus, & suppellectilis, in vsum singularium Religiosorum, ab Abbate peculiariter applicatae, quarum dominium penes communiter est: ita tamen huc aliena, ab illis quibus applicatio non est facta, ut furtum & iniustitia committant eas auferentes ab alijs, invito Abbate tanquam invito domino. Suo tamen, in comparatione, servato decore bonorum, ut teneat quantum ad iustitiam eiusque debiti modum.

¶ Ex praedictis autem, deduci oportet aliqua concordanda. Primum, quod circa hebdomadam de B. Virginis diximus & de Matutinali & defunctorum, habere facultatem Generalem Reformatorem dispensandi; & tam ex privilegio, quam ex ipsa potestate Capituli, posse procedere, adstruximus supra *cap. 15. num. 12.* & ex dictis ita patet in presenti. Solum restat difficile, quantum ad hebdomadam defunctorum, propter dicta *num. 7. & 8.* quorum Missae, involuta sunt in illa accidentalibus obligatione iustitiae illius indultae aut compositionis Iulij III, & id est de Missis tri-

XII.

Quaedam concordanda.

ce.

centenarij, i bi cōrentis, grā-
 tam ad viginti Missas, pro
 quibus est privilegium E
 genij IV. tom. 2. prin. 10. n.
 30. dicentis: *Item concedi-
 mus, quod quicumque Sacra-
 das dicta Observantia, qui
 pro tempore fuerit celebraus
 tricennarius S. Lamberti,
 secundum cursum dicti Or-
 dinis, possit etiā satisfacere,
 si infra dictum tricennarium
 sibi accurrat, quod celebret
 Missam conventualem, vel
 matutinalem, vel de San-
 cta Maria, vel de defun-
 ctis, vel aliquam aliam per
 obedientiam Ordinis, vel
 Superioris sibi iunctam. Mi-
 serendum enim est, quo-
 modo, hac coherere pos-
 sit, cum dicto Breui Iu-
 lij III. & obligatione inde
 exorta.*

non erant, sed insuper vi-
 dentur fuisse pro defunctis
 illius anni, in quo conne-
 nientibus annuatim ad Ca-
 pitulum Cistercij Capitu-
 laribus, & numerum fra-
 trum defunctorum afferen-
 tibus, eo tempore Septē-
 bris, quo solita erant cele-
 brari Capitula, pro illo-
 rum animis fiebant ea sta-
 tuta suffragia. Cumque in
 nostra Congregatione, de-
 pendentia ab illo Cistercij
 capitulo cessaverit; & pro
 defunctis eius fratribus Re-
 ligiosis, subintraverit nova
 dispositio explicata sup. n.
 9. locus factus est, ut non so-
 lū tunc cōpositio aut dispō-
 satio, sed & suppressio pos-
 set fieri, & cedere locū com-
 petentē, cuiusque adiecta
 aut subrogata obligationi

XIII.
 Concordan-
 tur primis.

¶ Et primū; ad indul-
 tum istud Eugenij, circa
 Missas tricennarij viginti,
 supra quas cadit, iuxta an-
 tiqum morem & intelle-
 ctum, (non enim amplius
 in principio erant apud
 Cistercienses nostros, si-
 cut & nunc apud Cister-
 cium & alios) constat non
 minore ratione potuisse
 fieri hac cōpositionem
 & dispensationem, quam
 que dicta est, citato supra
 loco. Illa enim missa, non
 solum ex detractione aliqua

XIV.
 Item se-
 cundam,

¶ Igitur cum omnes illa
 Missa numerata, in indul-
 to Iulij III. iam ex praefato
 privilegio Eugenij & dispo-
 sitione Capituli, & consue-
 tudine, talem statum modū
 & conditionem haberent;
 non in alio esse, potuerunt
 representari in narratione
 nisi in quo erant retentae,
 & practicabantur. Unde e-
 tiam si per eam representa-
 tā obligationē, pro benefa-
 ctibus acceptatā in pri-
 vilegio isto, ita firmata sit
 institutio illarum Missarum.

TRACT. MONAST.

ut tamquam ex donatione & contractu iustitiae sequantur remoueri; tamen eadem consuetudo mutata non est, sed pertinet ad diffinitibilem aut componibilem, modo ad ab Eugenio IV. concessis, & ab Ordine semper praedicato, circa illas.

XV.

De Psalter.
vija.

¶ A duo autem ex dictis de obligatione missarum defunctorum in nostris Sacerdotibus, eodem modo tenendum esse de Religiosis non sacerdotibus, qui loco missarum Psalteria quaedam recitare tenentur, aut etiam a Conuersis illiteratis certus numerus orationum, scilicet ad ea sub ipso onere iustitiae in graui materia quantitate, grauius etiam obligari. Imò & euerius quò magis constat inaequalitas, dam benignissimam contractum, aut amice conuentionis modum deformius violant, si illi qui Presbyterorum missas sibi vendicant, psalteria & orationes longè inferioris valoris, alioqui defraudant: Quod eisdem principijs & rationibus comprobatur.

XVI.

De ritu
Missae.

¶ De apparatu & ritu celebrandi missas, vel praestandi, vel solenniter, vel sollemniter, consulendum

sanctissimi libri statuti de sacramento, & ab eis & confectio inde mota nullatenus recordanda. Nam licet summo aliquibus praecipuum, de fornicatis Rubricis peculiariter non extet, ad illi tamen generalis introductio ordinatio mandatum, ut consueuerunt ad ea, se habeant Sacerdotes; quorum per oppositum deformitas, iuxta modum eius erit culpabilis, magis vel minus. Quod regulandum est ad communem doctrinam auctoritatis, ut Suarez, 10. q. in 3. par. D. Thomae Bonacina, 10. 1. disp. 4. & iuxta Pontificale & ceremoniale Romanum Clementis VIII. in ijs quae proprie Episcopales functiones sunt.

¶ De Missa autem; mox in terminis quaestionem Flauius Cherubinus, in Compend. Bullarum tom. 2. const. P. 106. vbi Pontifex indicit omni Ecclesiae Missale Romanum, cum exceptione quadam, & quaerit se habere. An monachas Cisterciensis, qui ex antiqua institutione, non ligentur à bulla ad usum noui Missalis, possint eo uti? Et respondet non posse, nisi de consensu Abbatis, & consensu, quibusdam domus esset,

XVII.

De Missali.

esse, diuerseat in sacro
 in Ordine, citato Nonato
 eorum de celebrat. tit. 10. 1.
 adic. a lectio declaratione
 Cardin. Sed loquitur de
 monasterijs Cisterciensib;
 bus, non restrictis ad Con-
 gregationem, nam in Con-
 gregatione non solum con-
 uentus ac Abbatis mona-
 sterij, sed & spirituli genera-
 lis admissio est necessaria,
 ex eadem ratione, & bulla.
 Sicut patet de Breuiario,
 vel Romano, vel monastico
 Benedictino, dictum est a
 mag. de dispensat. pro op-
 portunitate materiz offi-
 cij diuini, in meis Notis ti-
 t. scribitur ad Reg. 2. de ad. e.
 18. non. 17. & 18. de contra
 Caramuelum in Lacinia ad
 iella segmento 2. q. num. 5. &
 6. Que tamen intellige de
 absolue admissione & usu
 missalis, nam priuatim in
 defectu proprii Cisterciens-
 is, ut sepe extra monaste-
 rium contingit, licitus est
 alterius missalis usus.

VIII.
 De loco.

Quantum ad locum,
 in quo possit missa cele-
 brari, constat ex iure pro-
 prium esse Ecclesiam eius-
 que altaria: sed extra ip-
 sam, concessit Cisterciens-
 ius Urbanus V. re. 1. p. 11.
 63. in i. d. d. de fact. de
 cap. in locis d. m. et hoc ca-
 p. in locis d. m. et hoc ca-
 p. in locis d. m. et hoc ca-

erigere altare portatile, &
 ibi celebrare. Insuper Ale-
 xand. V. l. 1. p. 11. 16. m. 6.
 ait post verba allata sup. c.
 18. non. 17. Sic extendentes
 & ampliantes eisdem abba-
 tibus, quod in ipsi Grangis
 & locis, in quibus non sunt
 capella seu Ecclesie, aliquas
 Ecclesias seu capellas, seu ora-
 toria, in quibus, & al. q. 1.
 Missa & alia diuina officia
 celebrari possint, sine alicui-
 us preiudicio, construendi,
 & edificandi, dicitur in la-
 ti & cuiusvis alterius licen-
 tia super hoc minime requira-
 ta auctoritate Apostolica sa-
 cultatem concedimus, & c.
 Quibus non obstat Con-
 ciliium Tridentense, 23. in
 decreto de celebrat. missa,
 quia quod ibi committit-
 ur videndum, & visitandum
 curz Episcopali, solum est,
 de priuatis domibus, &
 omnino extra Ecclesiam,
 extra quam non consentur
 Grangz nostre, quibus im-
 munitatem tribuit Eccle-
 siastica, Eugen. III. re. 1. p. 11.
 3. n. 1. Et minus de locis in-
 tra monasteriu, ut in Capitu-
 lulis, infirmitarij, alijs que
 de censib; partib; v. c. re. me-
 lius inspecta de p. d. c. 1.
 tenet Eman. 11. oder 17. 27.
 75. q. 1. & quoad hac non
 esse reuocata, p. v. l. p. 11. 15.
 Hugo f. o. s. n. Quia v. n. h. e.

TRACT. MONAST.

beant Traditores & Mi-
nones, ex Sixto IV. Inno-
centio IV. & Alexandro
VI. ut apud eundem, tom.
1. quas. 43. & eius Bulla-
rium, & Carthusientes,
ex Urbano V. apud Bulla-
rium mag. tom. 1. const. 2.
& tenet Ioannes á Cru-
ce, in epist. de statu Relig. lib.
2. cap. 5. dub. 7. & Hiero-
nym. Roder. in Cóp. qq. Re-
sol. 9. nu. 4. cum ab ipso ci-
tatis.

XVIII.

De tempo-
re, aut ho-
ra

¶ De tempore vero &
hora celebrandi, Inno-
centius VIII. tom. 1. pri-
uit. 118. num. 7. concessit
Cisterciensibus. *Ut ante-
quam illucescat dies, circa
tamen diurnam lucē, possint
Abates per se, aut per a-
liam Sacerdotem in sua pra-
sencia celebrare. Sed am-
plius nostræ Observan-
tiæ, Eugen. IV. tom. 2. priu.
10. n. 13. dispensat. quod di-
ctæ Observantia professores,
possint missā celebrare in mo-
nasteriis, & extra dum sunt
in via, ante diem & vsque
ad nonam inclusivē, causa le-
gitima subsistente. In hoc au-
tem Concilium Trid. sess.
23. citato decreto, præcipit
Episcopis, ut parvis propo-
sitis caveant, ne Sacerdotes,
alijs quam debitis horis, cele-
brent. Non tamen per hoc
infirmata sententur priui-*

legia, hoc decreto, ante-
quam id edicto caveant
Episcopi, & illud intime-
tur. Deinde etiam hora
debita reputatur á Ludo-
vico á Cruce; de triplici
Bulla, in Cruciatā, disp. 1. cap.
8. dub. ult. per horam ante
lucē, & per horā post meri-
diem, rationabili causa ex-
tate; & intra hos terminos,
horam non excedentes ad
lucem, aut meridiem, revo-
cationem, tamquam de in-
debita hora, non esse nec
habere locum.

¶ Hoc autem, ex prædi-
cto privilegio, firmari pos-
se censet; ampliari posse
non credo, existimās, illud
vsque ad Nonam, non intel-
ligi de ea horarum suppu-
tatione, cuius rationē red-
didi late in *Notis Regu. ad
cap. 8. ut sit tertia hora post
meridiem; in quo sensu,
semper ab usu tantæ indul-
gentiæ deterriti sumus. Sed
intelligitur Nonā ad soma-
mū, de hora prima post me-
ridiē, qua ferē, ad horam
Canonicam Nonā in Cho-
ro persolvendam, regula-
riter passari solet. Hac e-
nim iam vulgo vocatur
Nona. Ad eum modū, qui
advertit Stephanus Durā-
tus, lib. 3. de Ritibus Eccles.
cap. 11. quamvis *Vesperæ*,
proprie iuxta nomen, sint*

XIX

Confirma-
tur expli-
catione cō-
grua.

in

in Solis occasu, unde Lucerna-
ria dicta sunt, a pluri-
bus, *ibi, num. 5. & 6.* citatis,
nihilominus iam usurpa-
tione accepta, dum diei
solus usque ad vespertas, tem-
pus quo Vespere in Eccle-
sia publice canunt, sig-
nificamus; scilicet ad ter-
tiam, vel etiam ad secun-
dam post meridiem. Ex
quo, & etiam post Con-
stitutionem, quam de hoc

edidit Pius V. & cuius me-
minit, Eman. Roder. *tom.*
v. quæst. 43. artic. 2. & ha-
betur, tom. 2. Bullarj Consti-
4. Pij V. vbi Flavius Che-
rub. Schol. 7. fauet pradi-
ctæ explicationi Nonæ;
centeo etiam ex priuite-
gio agêtes, ultra terminos
notatos non debere exce-
dere, scilicet horam ante
lucanâ, aut pomeridianam.

*Professionis nostræ, Nuntiatusque
notitia.*

C A P. XXX.

I. Per hoc Cap. quan-
tum ad Religiosos pro-
fessos, nostræ Observan-
tiæ, ea quæ essentialia &
substantia sunt statui, sci-
licet trium votorum emil-
sio, & eorum obligatio. In
quo quæ prorsus commu-
nia sunt, præsuppono ex ijs
quæ latissime traduntur,
ab Eman. Roder. Suarez,
Sanchez, Miran. Azor. S.
Fausto, Tamburin. & alijs,
quos in hoc Tractatu sæpe
laudavi. De peculiari vero
forma professionis Cister-
ciensis nostræ, quomodo,
licet solum Obsequium
nominis, aliorum etiam

votorum expressa profes-
sio sit, nec aliud votum ul-
tra tria habeat; simul cum
declaratione conversionis mo-
rum, & Stabilitatis, quæ
nullatenus excedunt ter-
minos illorum, tractavi
ad rem, in meis *Notis lita-*
ralibus Regula S. Benedi-
cti, in introduct. artic. 6. &
7. per totum. Vbi & plu-
ra de Obsequio profes-
sionis, quæ non termina-
tur tantum, aut restringi-
tur ad Abbatem præsen-
tem, & suscipientis accep-
tantisque officium ager-
entem; sed ad omnem tu-
perioritatem Regularem,
in-

TRACT. MONAST.

intra nostram Congregationem legitime coordinatam, & vsque ad ipsum Pontificem, Religionū caput. Quæ & alia cum eis connecta, inde petenda sunt, ne eadem repetamus in presentibus. Et pro voto obedientiæ ea communia propriaque iudicasse sit satis. Qualia etiam sunt, nec supra, nec præter Regulam extendi, bene ad conformia illi, siue expresse, siue implicite, siue directe, siue in directe ad eam pertineant. De quo Mag. I. Orca in 1. 2. de legib⁹ disp. 14. dub. append. & Lattus Sanchez: lib. 6. summ. à cap. 2. & c.

II.

De pauper-
tatis voto.

¶ Quoad votum vero paupertatis, dictum est supra cap. 19. & 20. late de obligatione Superiorū in alienandis, vel expendendis, & administrandis bonis: & solum restare videtur, pro generali professione religiosorum nostrorū, aliquid circa Motum proprium Clementis VIII peculiariter nostræ Observatiæ directum, & iam sæpius memoratum, tom. 3. priuil. 37. vbi num. 15. 16. & 17. de paupertatis voto iuxta Concilij Tridentini decreta fidelius observando, disponit, & primo sic: *Non licet alienari ex monachis, etiam si*

superior sit, bona aliqua etiam mobilia, aut pecuniam, prout census, elemosynam, siue ex contionibus siue ex lectiionibus, aut missis tam in propria Ecclesia, quam alibi ubi cumque celebrandis aliove ipsorum in isto labore & causa quocumque nomine acquisita & c. tamquam propria, aut etiam nomine conventus possideres, sed ea omnia statim superiori in addere teneantur, & conventui incorporentur, ut communis inde victus & vestitus omnibus suppeditari possit. In hac autem materia non inuolnimus Societatis lesa Religionem, quæ etiam cum retentione dominij, certo modo, quoad votum paupertatis subsistit.

III.

¶ In re autem, prædicta clausula, etiam si plura genera rerum exprimat, nihil continet, quod non complexum sit Concilium Trid. sess. 25. de Regul. cap. 2. in illis verbis: *cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quomodo ab eis acquisita, habes cætera verba, vsque, & conventui incorporentur.* Igitur quantum ad observationem Concilij votique, quam intendit Pontifex, eo deueniendum est, ut monachus nihil omnino possideat, ut proprium, quod ex

Per inde
est ac ver-
ba Concilij

dia-

diámetro opponitur voto
paupertatis nostro, omnis
dominij ius proprietatem
& rationem abdicat. Sed
quid est: nec nomine conven-
tus possidere: utique repeten-
dum est, sub ratione pro-
prij alicuius iuris. Nā pos-
sessio, iuxta Siluestrum,
eod. verbo, est ius quoque
rem in potestate sua ha-
bet; quo pacto Monachus,
nec nomine conventus ali-
quid possidere potest; qui
nec ad rem, nec ad usum rei
ius habet, sed omnis res, &
usus reuocabilis sit sem-
per, a superioris voluntate
dependens, & in eius potes-
tate: secluso, respectu mo-
nachi, omni dominio. Sic
paupertatis Religioſæ rati-
o communiter traditur
a pluribus, quos latè citat
Thomas Sanchez, lib. 7.
summ. cap. 18. num. 5. &
fringe quantum vis, quia
nec Concilium ultra pro-
cedere potest. Alias enim,
si nihil habere nomine co-
uentus posset monachus,
& cibi quibus alitur, & ves-
tes quibus induitur, &
lectus & suppellex abdi-
canda essent: Habere tamē
illa & similia potest, non
tamen possidere, & dum
non in sua potestate, sed in
aliena sunt, ab alterius quo-
nutu reuocabiliter depen-

dentia, non possidet. Et ita
neque Clemens VIII. ubi
supra aliquid ad Conciliū
addidit, quoad nos, nec no-
uum ius condidit; sed iam
conditum, & proprium
voti instaurauit. Quod &
fecisse Concilium, itando
in explicatione prædicta,
de omnimoda exclusione
prij dominij & iuris,
cauent plures.

¶ Inde ergo explican-
dum est, quo pacto stant
illa verba, Superiori trad-
dantur, & conueniunt in
corporentur, ut communis in
de victus & vestitus, omni-
bus suppeditari possit, &c.
Et quidem victus nomine,
non solum quæ esur ac po-
tui, sed quæ vestitus, & vi-
cumque ad viuendum ne-
cessaria sunt, continentur,
iuxta Vlpianum, ff. de ver-
borum signif. l. victus. Igi-
tur victus & vestitus com-
munis, est ille, cuius nec in-
te monachus, nec alius de
comunitate dominus est,
sed ipsa communitas, &
ratione eius, copulatiue
omnes. Quare si inde Re-
ligioſus, de licentia & vo-
luntario nutu prælati, ve-
stem comparat, vel librum,
vel alias personales expen-
sas facit; idem est atque a
prelato communem victum
provideri; nam quod vni

IV:

Explicatur
amplius.. II
reuerſa
et c.

TRACT. MONAST.

de communitate provide-
tur, de pecunia non illius
propria, sed per domi-
nium communitatis, ei ex-
presse incorporata, & dis-
positioni praelati omnino
subiecta, quæ traditio est;
tamquam de cõmuni, sup-
pedatur communi, non
enim aliter provideatur cõ-
munitati, nisi singulis pro-
videndo. Itaque per hæc
non extrahitur votum pau-
pertatis, à proprijs termi-
nis præsuppositis ex Regu-
la & Concilio.

V.
Animad-
versio ge-
neralis.

¶ De cætero in hac ma-
teria, recolenda est anima-
duersio, facta sup cap. 20,
num. 8. & proportionatè
applicanda. Et in qualibet
Religione videndum, quid
consuetudo, vel constitu-
tiones ferant. Nam cum ci-
tra licetiam superioris, sub-
ditus nequeat quidpiam,
propria & sola sua volun-
tate, contredicare, & in tali
licentia, expressa, aut præ-
supposita, aut intellecta, &
visitata sit tanta diuersitas,
secundam quam, quælibet
Religio admittit, aut res-
puit plura; sic consideran-
dum est licere, vel non; nec
relaxandum ubi strictius,
& purius obseruatur pau-
pertas, & quoad fieri pos-
sit, seducendum ad termi-
nos Reg. S. Bened. eã pro-

fessis, nõ solũ in substantia
voti, vt explicatum est, sed
in modis & dependentiis
adiectis, tum ex illa, tum
ex meliori praxi talis Con-
gregationis magis reform-
mata. Ex quibus, actio vel
recipiendi, vel dandi, vel ex-
pendendi, in cuius substan-
tiam moraliter refundun-
tur modus etiam & circũ-
stantiæ, culpabilis fiet,
aut è contra.

¶ Iam de Castitatis vo-
to, in statu Religionis essen-
tialiter inelucto, minus est,
quod immoremur; nam &
qui longas & plures dispu-
tationes de alijs votis pro-
sequuntur, in hoc vno ver-
bo concludunt, obligare ad
abstinendũ ab omni actu
venereo, siue interno, siue
externo. Sic Thomas Sãci⁹
lib 5 summ. c. 6. n. 9. sic alij,
Nã de effectu irritandi ma-
trimonium ratũ non consu-
matum, quem habet votũ
professionis, præ simplici;
& de impedimento cõtra-
hendi validè, nam licitè v-
trõlibet voto arctetur; & de
quæstionibus hinc emergẽ-
tibus, ac de coniugatis trã-
suentibus ad Religionem,
alijsque cõmunibus omni-
ferè Religionis, cum nostra,
apud ipsum & præcitatos
autores requirenda sunt,
nec nostra falci ea seges.

VI.
De Casti-
tate.

Et

VII.

Quid de
Militari-
bus
equitibus.

¶ Et in hoc è vicino sese offerèbat aliqua, & nō modica exceptio nostræ Religionis Cisterciensis, cuius sunt Militares Ordines Guisfarranæ, & Alcatraz; in Castella, Montefiz in Aragonia; Christi & Anis, in Portugalia, &c. in quibus & cōiugia, respectu Castitatis licent; & perquam veluti cæremoniā conficiendi memoriam rerū, respectu paupertatis, satisfic voto: & respectu Obedientiæ, nescimus an aliquando ex vi voti Obedientiæ ex acta ab eis sit formaliter, & ratiō exigibilis, ad militares forte tantū functiones coarctata, quarū in monasteria Regula S. Benedicti, quam simul nobiscum profitentur, nulla mentio; dispositio nulla: quæ non agnoscit alia nisi choralia, quæ videntur in Sulamite. *Cant. 7.* Hæc tamen omnia, etiam si hos, vt veros Religiosos simpliciter, velit Canonistarū schola; & secū dum quid; Theologorum; & quasi litis arbiter Emanuel Roderic. *tom. 1. quæstion. 1. artic. 6.* eos cum ad dicit, Religiosos militares appeller; efficiunt nihilominus, vt quidquid sit de nomine, constet, in re ipsa, quantum distent, à

legitima integritate religionis, quibus ad eō matila proponuntur obseruanda vota. Quapropter, cum omni adiecta Pontificum, & sui respectiue, ordinis modificatione, intelligenda sunt; nec eis amplius imponendum obligatiōnis. De qua Emanuel citatus ibidem. Thomas Sanchez *lib. 4. summ. cap. 16. nu. 11. & lib. 5. cap. 1. nu. 7.* cum ibi citatis. Quæ tamen de equitibus dicta sint: nam de alijs Sacerdotio destinatis eorundem Ordinum, alia est ratio.

¶ Post professos monachos, aliquid de nouitijs & ad habitum admittendis, perstringere oportet; In quo per diffinitiones nostras dispositum est conformiter ad Concilium Trident. & Pontificū sanctiones, quibus omnes Religioses cōformari debent. Sed tamen quoad nostrā Obseruantiam extat peculiaris Motus proprius Clericent. *VIII. de quo sapi^o memini. 20. 3. pri. 37. n. 20.* vbi ait: *Nouitijs, quia auctoritate Capituli, pro tēpore recipi debēt, in ijs dūtaxat monasterijs, in quibus viget regularis Obseruatiō, ac numer^o monachorū ad chori vsū præscriptus est, in posterū, recipiātur, aliat^{ur}, edu-*

VIII.

Nouitijs
receptis.

1001

TRACT. MONAST.

centurq; fuit autē hie expe-
ditus an. 1604. biēnio post
alium ipsius, qui incipit: *In*
suprema &c. per quem Cō-
stitutionēs prædecessorum
Sixti V. & Gregorii XIV.
de Nouitiōrum receptio-
ne, redduxit ad terminos
iuris communis, quantum
ad nullitates professionū;
remanentibus in suo ro-
bore pœnis contra Superi-
ores Ordinum, qui earum
formam non seruauerint.
Quod notandum est ab iis-
cuium fuerit munus: pœ-
nas verò exprimam infra.

IX.

In quibus
monasteri-
is.

¶ Nunc quod pro no-
stris instaurat Clemēs VIII
vbi supra est. Primò, vt Na-
uicij auctoritate Capituli re-
cipiantur. Et cum in bulla
illius Mœrus proprii vtrius-
que Capituli generalis &
intermedij faciat mentio-
nem, de quolibet intelligo.
dum hie non distinguit. Au-
thoritate verò Capituli fit,
quod aut per mandatum
intermedij, vel etiam per
diffinitionem Capituli ge-
neralis, constitutum est fi-
ri. Nec aliter satisfit. Secun-
dò, vt recipiantur in *ijs dum-
taxat monasterijs &c.* Vnde
semel præscripto numero
monachorum, habito pro
sufficiente, vt obseruantia
regularis vigeat; in aliis
æque Reformatior, neque

Capitulum intermedium
licentiare potest, neque Ca-
pitulum generale, nisi de-
nuo iudicet numerū desig-
natum si nimiam depres-
sus non sit, aliter præscri-
bere. Quem ego crederem
non debere esse minorem
duodenario, addito Abba-
te, dummodo eorum con-
uentualitas & residentia
ordinaria, intra monaste-
rium sit; nam qui extra cō-
morantur, vt in Grangiis
aut Prioratibus, nihil regu-
lari vigori requisito conse-
rūt. Sufficere autem illum
numerum, probam multis
in *Notis literalibus ad Reg.
cap. 21. num. 6. & 7.*

¶ Prædictam autem li-
mitationem Clemēs VIII.
æstimò intelligi solum de
Nouitio monacho, non de
laico seu Conuerso, cuius
in ea bulla nulla mentio,
neque pro talibus obser-
uantia chori, quam expri-
mit, multum ad eorum pro-
fessionem pertinet. Pro
omnibus, verò extant ali-
qua, ex Eugen. IV. *eo. 2. prin.
10. num. 17.* vbi ait: *Dispensa-
mus etiam, quod Nouitij mo-
nachi & Conuersi dormiant
cum professis, in eodem dor-
mitorio, in cellis nihilomi-
nus separatis, ac si essent pro-
fessi. Et comedant nouitij, se-
orsum in refectorio à profes-
sis.*

X.

Notatio
de nouitij

In quibus si quid à Regula discrepans, non satis consuetudine aut alias introductum erat, (quod ferè vbiq; esse credo) iam ex inde Apostolica auctoritate ne constet, in nostris; quam tamen, sicut in aliquibus alijs, ad maiorem abundantiam tantum impetratam reor.

XI.

In tracto
de requisit
tis.

¶ De communibus requisitis Nouitiorum tractat latè Mirand. to. 1. manual. Eman. to. 3. 99. Reg. & in Cõp. Hiero. Rod. Ref. 101. Tho. Sanchez. li. 5. c. 7. sum. Suarez de Relig. & alij. Vt autem ad manum habeatur à nostris brevis instructio, eam subiungo. Igitur antequam admittatur iuuenis ad habitum, in monasterio, recipiendis nouitijs apto; iuxta dicta nu. 8. & 9. præsupponi debet, habere ex diffinitione, ætatem, literaturam, valetudinem, & alias generis habilitates requisitas, & quæ ex Bullis Pontificam petantur prævia informatione, vt statim subiiciã. Quæ informatio, plenaria debet esse iuxta Sixtum V. sed ex Gregor. XIV. pro monachalibus, sufficit summaria, quã vno teste plenè deponente perfici tenet Mirand. vbi sup. q. 21. concl. 2. aut saltem sex

priuileg. Clementis VIII. concessio Dominicanis S. Stephani. Salmanticensis.) recepto per Abbatem & testes iocamento, à iuvene excedere aetatem, decimum sextum ætatis. Dummodo postea, ante professionem, plenaria & exacta informatio fiat, si talis, prius, iuxta Sixtum V. facta non fuit, ante habitum. Id cuius defectu, & utendo regulariter dicta summaria aut iuratoria informatione, in nostra Obseruantia, circa finem anni probationis, eligitur votis secretijs monachis, & iocamento adhibitis, informationem ritè conficit, tradendã Abbati; & ab eo & quatuor Cõsiliarijs approbandam; quo factò, & alijs cõueniens approbationibus adiectis, ad professionem accedit nouitius.

¶ Ea vero quæ ex iniquo Apostolico, & sub peccatis, inquirenda statuit Sixtus V. sũt quatuor scilicet. Primò, de legitimitate natalium. Secundo, de ciuinitate, num commiserit aliquod delictum, de quo inquisitio aut deductio ad iudicium facta sit. Tertiò, de debitis aut ære alieno, ne sit in quantitate excedente facultatem nouitii. Quarto de obligatione ad rationi-

XII.

Interrogã
da in i for
matione.

TRACT. MONAST.

nia alicuius publicæ aut
privatæ administrationis,
de qua oritur fiscalis, aut oritur
tributor. His autem qua-
tuor a pœnalibus, adduntur
aliæ ex ordinis nostri præ-
scripto, scilicet. De genere,
nempe non esse infectum
cum stirpe Iudaica, Maho-
metana, aut alia infecta
progenie, nec descendente
ab illis, qui per Inquisito-
res hæreticæ pravitatis pu-
niti fuerint. Item de libertate
contracti aut promif-
si matrimonij, seu ad illud
obligatione. Quod tamen
requiritur, si vel in eo in-
terveniat crimen; vel obli-
gatio præbendi dotem su-
pra vires; ad secundum,
& tertium, ex quatuor au-
meratis reddaci, notavit
cum alijs citatos Hieron.
Rod. in Comp. qq. Resol. 101.
n. 10. & 11.

XIII.
Pœna sub
quibus est
obligatio.

¶ Licet autem per Six-
tum V. ultra pœnas incur-
readas, irritaretur profes-
sio eorum, qui temere sine
informatione de illis qua-
tuor, cum aliquo illorum
defectu profitebantur; ta-
men postea Gregor. XIV.
quatenus ad illegitimos,
concessit ut possent recipi
si tot sis merita suffragen-
tur, ut natalium suppleant
defectus. De pœnis vero in
Axiomâ Sixto V. non im-

mutavit. Ac tandem Clemens
VIII. anno 1602. derogatis
præcedentibus, quantum
ad nullitatem professionū,
quæ in eis irritabantur; &
reductis ad terminos iuris
communis; pœnas tamen
contra superiores, qui in ad-
mittendis regularibus, ad ha-
bitum & professionem, earum-
dem constitutionem non ser-
vaverint, salvas esse voluit. &
statuit. Quas tamen non in-
curri, nisi temere omissa
informatione illa; & nisi
de facto tales admitti, ali-
quo ex illis impedimento
comprehensum, in re sint, de-
fendit assueverunt. citatos
Hieron. Rod. ubi sup. n. 91.
& 92. & c. Quibus probabili-
tati non repugno. Pœnas
autem sic exprimit Sixtus
V. Quod vate cetera & pas-
siva, nec non officij gradibus
& honoribus & dignitatibus
quibuscumque eo ipso, in per-
petuum privat, & ad eadem
& alia quæcumque in poste-
rum obtinenda, perpetuo in-
habiles & incapaces decer-
nit, & declarat. Quæ quo-
modo intelligenda, & exe-
quenda sint, ex comuni
doctrina, de talibus pœ-
nis, requirentibus, vel
nos, declarationem iudi-
cis, suppono, apud au-
thores, Bonacinamque
rationabiliter distinguen-
tem

sem et alijs ab eo addu-
ctis tibi citò, to. 1. de Legib.
q. 1. p. m. 7. §. 2. a nu. 9. & c. at-
que Suarez, Salas aliosque
de eadem materia.

XIV.

Informatio
a quo fa-
cienda

¶ In medio autem info-
mationis faciendæ optio
est, aut eum publico Taber-
lione seu Notario, testium
depositiones accipere
quod communi iure licet
aut per Religiosum ad id spe-
ciatim deputatum, siue stre-
pitum iudicario per scrutini-
um, in informatione
precedendo iuxta privile-
gium Clem. VII. ad quod
sup. q. 1. quo per extensio-
nem gaudemus. Quin so-
cietate eo aliter, et pro or-
dine Prædictorū, ex Pro-
v. adducit Em. tom. 3. q. 99.
De quibus et. ex communi

potestate Religionis cen-
set Suarez to. 3. de Relig. lib.
5. cap. 10. m. 14. eam info-
mationem fieri posse, ab aliquo
fidei ministro, ad hoc manus
constitutum per Religionem, seu
Prælatum eius. Quod de mi-
nistro Religioso intelligo.
Nam & eligi à Conventu,
aliquem eius monachum,
in secretarium, qui publi-
ca illius instrumenta, metè
monastica, seu monasteria-
lia, conficeret, non sine præ-
considerato fundamento
apud Superatū feci. Quod
consuetū fieri hodie Abbas
Olivensis invenio, in præ-
xi, & per secreta vota, ac-
que pariter ad informatio-
nes prædictas, ab Abbate
tāquam in Notariū creati.

De Conuersis, Donatis, alijsque per-
sonis.

CAP. XXXI.

I.

POſt monachos, quod
præcipuum in Religio-
ne monastica genus perso-
narum est, alijs etiam super-
inductis sunt, de quibus &
si nulla in Regula S. Bene-
dicti memoria vel distin-
ctio, ac in definitionibus
Cisterciensibus, licet & in

alijs) frequens mentio &
dispositio inuenitur, & ideo
aliquid dicendum. Et pri-
mò se offerunt, quæ ad
differentiam monachorū,
vocamus Conuersos; quo
nomine, quidquid aliud
in textu Miranda, to-
mo 1. Manual. quæst. 19.

Conuersos
quæst. & eius
informatio.

TRACT. MONAST.

art. 1. & quicumque alius, nos intelligamus eos, qui non destinati ad chorum, laici fratres sunt, temporariis occupationibus aut mechanicis artibus additi siue cucullati sint, vt de *Zurdis*, dicitur *cap. n. 9. & c. 16. n. 12.* sine mantellati, hoc est pallio aperto capucino super induantur; quorum habitus adhuc in aliis Congregationibus variat. Professione autem & inreitione primo instituti sunt, vt domi ruriq;e, terræ culturam exercerent, pecoraq;e alerent, aliq;e curarent, vnde sustentationi monasterii & hospitiū subsidium esset. Sic in *lib. exordij Cist. cap. 16* dicitur: *diffinierunt se laicos barbatos Conuersos suscepturos, eosq;e, excepto monachatu, vt semetipsos tra&anturos, &c.* Quos postea & numero plures, & ex eis sanctitate conspicuos extitisse, ex eodem exordio, & libris Casarii, aliisque historiis nostris, constat. De eisq;e iam a Calixto. 11. to. 1. pri. 2. n. 3. cauetur & interdicitur; *ne quis Conuersos laicos profesos Cistercienses ad habitandum suscipiat.* Vt scilicet monasterio, cui se addixerunt, firmiter sint adstricti, & ei inseruiant.

¶ Hos autem esse verè Religiosos, manifestum est, ex eorum professione. Atque in iure, de illis scripsit: *Cap. Non dubium de sent. ex com.* vbi Felinus etiam nomine monachorum, venire ait, licet ferè semper cum distinctione ponantur; tam in iure *Cap. Parrochianos, eod. tit. & cap. Per exemptionem de Priuilegiis, in 6. &c.* quam in priuilegiis, in quibus enumeratione regularium personarū fit. Tamen dubium ingerere potuerunt, verba quaedam definitionum, in quibus professio dicebatur fieri; *secundum definitiones nostræ Observantiæ.* Nam vt verè Religiosi sint nostri, nõ satis est, vota simplicia emittere sed solemnia, quæ talia non sunt, nisi professio fiat, secundum aliquam Regulam approbatam, vt cum alijs tradidit Thomas Sanchez, *lib. 5. summa cap. 1. num. 19.* & in terminis, Suarez, *to. 3. de Relig. lib. 6. cap. 2. n. 32.* Nec ob aliam rationem, in Congregatione Palliensis, Donati emittentes tria vota religioni substantialia, non habentur simpliciter Religiosi; vt tradidit alioquin illic, Barthol. a S. Fausto, in *Thesauro Relig. lib. 5. q. 7.*

II.
Dubium
de profes
sione tolli
tur.

Quas

Quapropter licet intentio profitentiam, & admittentium professionem, semper fuerit conformis solemnitati requisitæ, ad constituendam verum Religiosum talem Conuersum, qui etiam transferendus (vt cõtingit) ad monachatum, nulla alia professione indigeat. nihilominus, nostro studio (quod aliquando iussu, contulimus in diffinitiones) ablata est ratio dubitandi; & suppressis prædictis verbis, instaurata est forma professionis, vt exprimat; *Secundam Regulam S. Benedicti Abbatis*. Hos verò ad officium diuinum non teneri, certum est; neque ad pensum earum orationum, quæ vice horarum Canoniarum, ordinantur pro illis, nisi solum ex dispositione diffinitionis nostræ; ad culpam aliquam non obligantur. Bene tamen habent aliam obligationem propriam, ad labores & opera temporalia sibi iniuncta; quæ si notabiliter negligant, & omittant, grauitè peccabunt, vt bene Siluester verb. *Hora. q. 2. n. 7.* & tetigi in meis *Notis Literalibus ad Reg. S. Benedicti in Lacinia Segmento 11. n. 3.*

III.

Donati ro
men & ra.
110.

¶ Nunc Donati in nostra Obseruantia Congregatione, ij sunt, qui solùm obedi-

entia votum in Prælati manibus faciunt, habituque distincto à seculari, sed ab alijs Religiosis, & colore, & forma valde distante. Hos etiam vocat Cõuersos, Fr. Hieronym. Rod. in *Comp. qq. Regul. resol. 86. §. 10. 4.* & Miranda, *to. 2. q. 3. art. 2.* Fratres laicos vult esse verè & propriè Religiosos; at Conuersos minime, nempe nominum confusione laborant. Nobis autem Conuersus; & *Frater Laicus* si nonnima sunt, & ex locis adductis, n. 1. liquet. Donati verò sunt, vt supra explicati; quos magis cum Oblatis cõsentire credo; & de vtriusque videtur, quod in *Notis Concilij 3. Toletani*; ait Archiepiscopus Loaita: *Donati sunt serui & Ecclesiæ cõmendati, & dati vt illis inseruiant. Inde nomen Donatorum in cænobijs monachorum durat.* De quibus, & in nostris privilegijs, frequens mentio est. Atque pro eodem accipio, *Donatos, oblatos, commissos*. Nã licet in his nominibus, aliqui meditentur differentias, ex modo quo se obtulerint, quatenus vel tantum personam, vel etiam bona sua donauerint; aut ab alijs, aut a se ipsis commissi monasterio fuerint. A quibus egrè se expedire Siluester

S 3

verb.

TRACT. MONAST.

verb. Oblatus, adducens Panormitanum, ad quem tandem se remittit, dicens intricate loqui. Nos vero hodie, hos qui se, prædicto voto obedientiæ, voluntariè seruitio Monasterij mancipant, siue obtulerint bona siue non, siue intra septa monasterij degentes, vt viri, siue extra clausuram habitantes, vt femina, nomine Donati intelligimus, ad quod cate ra reducuntur.

IV.

Explicatio
Ioân. a Cru
cercij catur

¶ Qua propter reijcienda est intelligentia Fr. Ioannes à Crace, in Epitome de Statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 20. circa privilegium nostrum Eugenij I V. tom. 2. priuil. 10. num. 33. vbi ait Pontifex: *Concedimus, quod quilibet Abbas dicta Obseruantia possit absoluerè in foro confessionis, ab omni voto, omnes & singulos donatos, & oblatos & commissos, quandiu in societate prædicta Obseruantia permanserint, excepto voto Religionis. Quod si, absque licentia, aliquis eorum recesserit teneatur, vel reddere, vel votum complere, &c.* vbi prædictus author commentatur illud verbum, *commissos*, dicens, id est, *No uittos cum reincidentia si nõ proficiantur.* Quam expli-

cationem vnde hauserit nescio, videtur enim absque vilo fundamento. At genuina intelligentia est, iuxta acceptionem nostram, proprijs diffinitionibus probatam, intelligentibus semper, totum illud indultum solum esse pro ijs, quos explicuimus, & vno nomine *Donatos* appellamus, Quiquidem cum effectu voti Obedientiæ emissi, & non antea (etiam si modum nouitiatus habeant, ex diffinitionis præscripto) censentur personæ Ecclesiasticæ, & gaudere privilegio Canonis, si quis suadente, &c. vt ex Siluestro, & Panormitano, tradidit Faustus citatus *sup. num. 2* ibi, *quæf. 8.* additis iuribus & privilegijs. Atque Bernardus Gutierrez, in nostro Compendio Cisterc. verbo *Conuersus, Commissus, &c.* & quoad absolutiones concessas pro Religiosis, semper continentur in privilegijs, eisdem que gaudent; vt constat maxime ex illo Gregorij XIV. tom. 3. *pria. 21.*

¶ Inquiri autem potest: An post acceptum sub obedientiæ voto Donatum, liceat illum liberè expellere? Et respondeo id non esse liberum, saltem ipso

V!

An liberè sit Donatū eijcere.

ia.

inuito, nisi ex rationabili, & vrgenti causa. Nam licet non interueniat illa firmitas contractus, quæ in solemoni religiosorum professione interuenit; nec debeant, in Donati expulsione, obseruari ea, quæ diximus sup. cap. 16. à nu 2. & c. tamen ex quo, ipse voto constringitur, vt liberum ei non sit, ab obedientia & monasterij obsequio resilire, nolente conuentu eius que Abbate; ita nec é conuerso, alias contractus esset in æqualis, & iniurius, vbi neutra pars renuntiat suo iuri. Vnde necesse est, existat cogens rationabilis causa, quam ipse vicio suo dederit, in genere morum; nam alia quæ non voluntate sua culpabilis sit, vt quod incipiat esse minus utilis, vel infirmitate, vel senio; non est satis. Si vero prioris generis causa, prudenti iudicio sufficiens subsit, non dubito quin inuitus etiam dimitti possit, & ab obedientia absolui, quia ea conditio, si probus & benemorus fuerit, pro ut monasterium exigit, intelligitur in contractu; qui tamen libere & pure sine causa dissolubilis, non est; cum interueniat votû Deofactû, & ita nec vtrâq; par-

te volente, libere dissoluendus sine causa; fallit enim, in his spiritalibus, regula illa iuris, in cap. 1. de Reg. iuris in decretalibus, vt ibi glossa.

¶ Præterea Familiæres, in priuilegijs & diffinitionibus nostris numerabatur, quibus, & plurimû indulta fauere cõstat, ex Cõpendio nostro, eod. verbo. Nûc vero quinam specialiter eo nomine designentur, in nostra Congregatione nõ video; nec habentur qui, sub diuerso habitu, de familia monasterij tales sint, diuersi à Donatis iã dictis. Quare non alios Familiæres, quã famulos, & seruitores monasterij, nûc agnoscimus; qui vt in varia seruilia domus ministeria incumbant, locant suas operas, & mercede, arbitrio Abbatis, aut Cellerarij, conducuntur; vt ex c. fin. de verb. sign. in 6. & alijs iuribus ait Siluest. verb. Familiæres; atq; ita famulos & familiares, titulo & tractatione parificat Hieronym. Rod. in Cõp. 99 Reg. ref. 64. cû alijs, quos citat. Et de talibus insinuauimus sup. c. 2. n. 10 & c. 28. n. 8. & 14. vltra quæ solû occurrit, pro vsu terminorû, quod familiaris & domesticus idê sunt. Etq; domesticus qui habitat in eadê domo subiectus Dño

VI.

Familiæres
quin sũnt.

TRACT. MONAST.

familij; cuius sumptibus alitus, dicitur *commensalis*: mensa enim Domini est, quæ eius expensis paratur in domo propria.

VII.

Cartæ fraternitatis

¶ Sed restat dicere de ijs, quos data quadam fraternitatis carta, ad participationem bonorum spiritualium, appellamus. *Hermanos de la orden* In quantâ vero æstimatione, huiusmodi Fraternitas habitâ fuerit, testatur epistola Federici Imperatoris, missa ad monachos Cistercienses, in Capitulo congregatos, quæ habetur, *tom. 1. priuil. in fine*. Num verò à Generali solo possent præstari tales literæ, quæ sicut P. Marcus Villalba, *dubio 22.* ubi ex Thoma Vualdensi *tom. 3. de Sacramentalib. tit. 10.* & ex eodem alijsque, Ludouicus à Cruce, in expositione Bullæ Cruciatæ, *disputat. 1. c. 8. dub. 15.* hunc usum, & religiosum & proficuû, contra hereticos cuncta conculcantes, defendit: atque quemcumque Prælatam, respectu suorum subditorum, siue Abbatem respectu sui monasterij, siue Generalem respectu sui ordinis, posse eas præstare affirmant; & ita in praxi fit. Insuper hanc potestatem communicandi bona

spiritualia benefactoribus, tam ex iure, quam ex antiqua consuetudine, & in usu haberi, & maximi æstimari, plura sunt monumenta, de quo citatur P. Antonius Ruteus *Minimus, lib. de participat. bonorum operum Religios* & ex priuilegio, competere Prælati, cum alijs, ad hanc materiam, attinentibus, docet Miranda *laté to. 2. manual. quest. 50. per totam.*

¶ Ad do tamen prædicta procedere, de illis literis fraternitatis, quæ in forma communi, tradidi & concedi solent; & quæ in nostra Obseruantia, extra instituta iam ordinis suffragia, & extra consueta & ordinaria cuiusque bona, orationes, &c. (de quibus, quatenus, modo debito, sunt participabilia, sua portio correspondet benefactori, aut deuoto in fraternitate admissio) per se nullam aliam obligationem inducunt. Inuenio autem in Casinensibus Constitutionibus *p. cap. 21.* iussum imponi in Capitulo generali, pro quo libet monasterio 30. missas pro defunctis habentibus literas gratiosas; quas reputo esse eas, de quibus loquimur, & modum suffragii seu satisfactionis lau-

VIII.

Modus & diuersitas in illis.

do,

do. Nos tamen neque ad aliquid determinatum adstringimur, neque ad novam obligationem ampliamus in literis, quæ (vt dixi) communi & ordinario modo expediuntur. Cæterum si quæ aliæ expediendæ sunt, exigentes nouum opus suffragii aut missarû, à singulis præstandû, quod parcissimè, & rarò, & ob egregiè magnam beneficentiam, dignissimè personæ solammodo conceditur; in

his maior requiritur auctoritas, scilicet, pro toto ordine: Capituli generalis; vt ultra triennium extendi possit obligatio, quam Generalis Reformator, quantumuis iubeat, vltra sui generalatus terminum non producit: & pro toto aliquo monasterio requiritur consensus conuentus, sine quo, rigorosa Abbatis iussio, vltra suum tempus efficit nihil.

Aliqua iura monasteriorum, in ratione

Conuentus & communitatis.

vt sic.

C A P. XXXII.

I.
De dominio remittitur.

Sicut in qualibet alia Religione, sunt in nostra Cisterciensi Obseruantia, plura, quæ respiciunt, non personas singulas & sigillatim, sed eas prout monasterii conuenientum collectivè constituunt: de quibus & si plura dederimus, aliqua addenda super sunt. Et, Primo de dominio temporali, & iure possidendi bona, quorum nostra monasteria sunt capacia; generaliter de omnib⁹,

exceptis Minoribus, ex Extrava. *Ad conditorem*, & *Cum inter nonnullos. de verbor. signif. & Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de Regul. contat.* & dictum est sup. cap. 19. n. 1. & c. 20. a n. 3. & de iurisdictione in vassallos & terras, cap. 21. n. 1. & seqq.

¶ Rursus de erectione aut vitione monasteriorum. Atquæ de erectione dictum est sup. c. 16. n. 11. sed addendum in eo; quod pro nouis ædificiis construendis sine præiudicio

II.
Item de erectione.

TRACT. MONAST.

iudicio nostrorum, cauit
 Urbanus III. to. 1. priu. 8. n.
 7. scilicet, vt nulli infra mil-
 liare vnum, ab Abbatis vel
 grangijs, adificia vel man-
 siones novas liceat face-
 re; alijs id p̄sumens, per
 dicecesanum excommuni-
 catione arcendus. Etenim
 hoc, de monasterijs in de-
 fertis locis cōstructis, more
 antiquo, intelligēdū venit;
 nam de monasterijs in vr-
 bibus, alia est mensura, de
 qua Bonifacius VIII. in Bul-
 lario to. 1. const. 2. & de eo
 Eman. Rod. to. 1. q. 49. art. 5.
 Mirand. tom. 1. q. 33. art. 4. &
 alij, nihil enim in hoc no-
 bis peculiaris. Nec de hoc
 vllam, apud nostros cum
 alijs, contentionem vidi,
 dantes semper sine inuidia
 locum.

III.

De vnione
facienda.

¶ Deinde de facultate
 vniendi, & aggregandi no-
 stræ Observantiæ monaste-
 ria non reformatā, dictum
 est pariter citato cap. 16. n.
 11. Cæterum de iam vnitjs
 seu aggregatis observantijs,
 an fieri possit, inter se, ali-
 qua vnio, disquiri potest.
 Circa quod extat ex Icāne
 XXI. to. 1. priu. 65. vt quan-
 to proventus non sufficiunt,
 ad sustentationem tot regula-
 rum perserarum, quot pro
 diuino cultu & alijs diuinis
 officijs celebrandis, secundum

ordinis statuta, & carome-
 niarum obseruantiam requi-
 runtur; possit Abbas Cister-
 cij & Capitulum generale,
 quocumque monasteria an-
 necere & vnire, vnum vi-
 delicet alteri monachorum,
 & aliud alteri monialium
 cum omnibus suis iuribus,
 &c. Id quod Benedictinis
 Vallisoletanis, concessit
 Pius V. vt in tomo pri-
 uilegiorum illius Congre-
 gationis, priu. 97. num.
 7. ita vt saltem duodecim
 monachos sustentare va-
 leret, à quibus obser-
 uantia regularis observa-
 ri posset, quod expedi-
 tum anno 1567. iam idem,
 ex Pio IV. & Pio II. ha-
 bebant.

¶ Sed cū dictis privile-
 gijs, per extensionem sæpe
 dictam, nostra Congrega-
 tio gaudeat; rogabit ali-
 quis, cur proximis annis,
 impetrata fuit ab Urbano
 VIII. per bullam quæ inci-
 pit: *In supremo*, &c. facul-
 tas vniendi certa monaste-
 rijs? Cui tamen privilegio,
 in capitulo generali nostro
 celebrato anno 1632. ex-
 pressè renunciavit. Ad
 quod, ego has inuenio ra-
 tiones. Prīmò, vt per bul-
 lam immediate concessam
 Observantijs, solennius fie-
 ret. Secundò, vt in re forsi-
 tam,

IV.

Dubitatio-
 nis cuiusdā
 redditur
 ratio.

tem, in executione, habi-
tura contradictionem, effi-
catus procederetur, viri-
bus, quibus instructa erat
Vrbani bulla. Tertiò, quia
erat plurimum monasterio-
rum tentata vnio, inducens
magnam in ordine muta-
tionem, quam solidiori &
recenti indulto firmari o-
portebat. Quartò, quia
plures ex illis domibus
vniendis, erant aptæ, ad
duodecim monachos su-
stentandos, in quibus ob-
seruantiam Religionis re-
tineri posse, Pius V. vbi su-
pra pro Benedictinis ni-
gris expressit, & id confor-
me esse Cisterciensibus,
ostendimus sup. ca. 30. n. 9.
remissuè. Vnde deficiebat
causa, & casus aliorum pri-
uilegiarum. Quintò, quia
simul petebantur aliæ cir-
cumstantiæ vnionum, om-
nino indigentes authorita-
te Apostolica, vt ex eadem
bulla manifestum est. Ve-
rum tamen licet ob pecu-
liares rationes, quoad ex-
pressas ibi vniones, renun-
tiauere Congregatio pri-
uilegio dicto Vrbani, at fa-
cultas, quæ in casibus
proprijs, ex alijs priuile-
gijs prouenit, integra est,
vt sic, nec per illam renun-
tiationem imminuta.

¶ Præterea de facultate

transferendi monasteria iã
construãta, ad alia loca cõ-
modiora; ita apparet con-
cessum Benedictinis Valli-
solentanis à Pio II. *pru.* 58.
apud citatum eorumdem
priuilegiarum tomũ sup. n.
3. Quod ex alio priuilegio
concesso Benedictinis Por-
tugaliæ, alioque Minoribus
confirmat Hieronym. Roder.
in Comp. qq. Regul. Resol.
lut 55 n 4. illis de licentiã
Generalis; istis etiam cum
consensu Capituli. Aduer-
titque ad rem, non esse de-
rogatum per Conciliũ
Tridentinum, & per cæ-
tera dicta, supra cap. 16.
num. 11. quia translatio,
non est noua monasterii
erectio, quæ sine Episco-
pi, in cuius diocesi facien-
da est, licentiã prius ob-
tenta non licet. Tamen
translatio, si fiat ab vna
diocesi ad aliam, diffici-
lè mihi est, non reputan-
dam erectionem prohibi-
tam, & egentem licen-
tiã Episcopi, in cuius dioc-
cesi nouiter monasterium
transfertur; tamen pri-
uilegia non distinguat; sed
iuxta materiam videtur
intelligendum, & vbi libet
attendendum præiudicium
tertii. Deteruient autem
illa priuilegia, vt non sit
necessaria licentiã Papæ,

V. P.

De trans a-
tione mo-
nasteriorũ

Prout

TRACT. MONAST.

prout requirebatur ex iure, *Cap. unico, de excessibus Pralat. in 6.*

VI.

Dubiū de
translatio
ne a deser
tis.

¶ Illud, pro nostris, in hoc dubitari poterat: An à desertis, in populos liceat monasterium, sine noua Pape concessione trāsferre? In quo, quod disonum sit, & in expediens, apparet ex sequentibus. Primo, Ex stilo & more seruato à S. Benedicto in suis foundationibus, vt apud D. Gregoriū, *lib. 2. dialogorum*, & alios. Secundo, Ex Regula, quæ licet non expresse præcipiat, sed præsupponit, dum ea quæ petit pro constructionis modo, *cap. 66.* congruunt maximè monasterijs, extra populos. Tertio, Quia primis Cisterciensibus, vt constat, *ex lib. 1. Exordij, cap. 16.* ea fuit intentio, secundum quam, *Quia etiam B. Benedictum non in ciuitatibus, in Castellis, aut villis, sed in locis à frequētia hominum semotis canobia construxisse, se iebant, idem se emulari promittebant.* Quarto, Quia prædictum statutum cum alijs, dicto *cap. 16. & 18. ex ordij,* contentis, confirmata fuisse à Calixto II. tradidit Abbas Fiteriensis, *Ad finem primi exordij, anno 1119.* constareque ex eius titulo, cum quo reper-

ta fuerat bulla, prout ab ipso adducitur, *ibid. cap. 24.* & habetur, *tom. 1. priu. 2. in summario, n. 1. Quinto.* Quia adhuc nostra Hispana Obseruantia, sic erecta est, per monasteria quæ vocantur *eremitoria*, scilicet in eremo extra vrbes cōstructa, vt constat ex Martino V. *tom. 2. priu. 1. num. 5. & 8. & Eugenio IV. priu. 4. num. 3.* & ita executioni mandata in monasterio Mōtis-sion, prope Toletum, s. d. milliarij & amplius à ciuitate distantia.

¶ Ex hac autem disonantia & disconuenientia, cōfiscitur efficax argumentū. Nim solus priuilegijs, necessaria est ad eam erectionem seu translationem licentia Papæ, vt visum est *sup. nu. 5.* adiuncta etiam declaratione, quam ad *cap. 3. sess. 25. de Regul. Concilij Trid.* adducit Ioann. Gallimart, quæcumque illa sit: sed priuilegia nobis non suffragantur, nisi virtute extensionis, aut communicationis Gregorij XIV. quæ expresse excipit & excludit priuilegia, *non expediētia Congregationi, aut eius gubernio, & diffinitionibus contraria,* vt visum est, *cap. 1. num. 12. cum seqq.* Ergo ad id nulla super est facultas, nisi

VII.
Discussio
dabij.

nisi à Papa conferatur. In qua argumentatione probe video euasiones: A declaratione illa, propter defectū authoritatis requisita, iuxta dicta *sup. cap. 13. num. 18.* A iure illo citato, *ex cap. unico de excess. Prælat. in 6.* ex eo quod solum sit contra Mendicantes. Cū alioqui prohibitio expressa, aut instrumentum quod hoc tempore urgeat, non extet, præter dissonantiam & incongruentiam & (ut sic dicam) præuaricationē dictam, à Consueto & primitiuo more. Qui ex natura cōsuetudinis, obtinuisse poterat vim legis, quam tamen dispensare, aut tollere in aliquo casu, potestatem capituli generalis, cuius est leges & definitiones condere, non excedit; iuxta dicta *sup. cap. 6. & 7.* At quinam casus, quæ circumstantiæ, quæ motus, quæ rationes, quæ requisita, qui fructus, requirantur, ut præponderent monastico profectui, quieti, silentio, clausuræ, choroque & alijs obseruantis, quæ in popularibus tumultibus, si non sedulo, prouida & religiosa cum rigore cautela, & disciplina adsit, sopiuntur, & quandoque cum omni secularitatum collantiæ, &

deplorata spiritualium incuria committantur; hic in quâ opus, hic labor est, eâ perpendere & trutinare. Et quidem semper securius videtur solitam & tritam nostrorum Patrum sententiam tenere, dum euidenter in quid melius conmutatio non sit. In quo video Patres Camaldulenses in Declaratione sua ad *cap. 22. Regula S. Bened. dolentes: Quia monasteria sua à syluis & desertis locis ad vrbes, cum non mediocri dispendio, sint translata.* Video e contra non delentes Præmonstratenses DD. non solum Madriti sedulo fundantes, sed ad Vallisoleti urbem se à deserto transferentes. Illis ego conuideo, his non succensco, de nostris, præter in sinuata, dicere parco.

¶ Sed iam de claustra monasteriorum, quantum ad Santimoniales dictū est *sup. cap. 23.* At quantum ad monasteria virorum, in Cisterciensi ordine mulieribus interdicta esse, antiquissimum est. De quo extat bulla Gregorii IX. *10. 1. priu. 14. num. 3.* & etiā pro Cisterciensibus Gregorii XIII. *ut in Bullariomag. 10. 2. constitut. 13. §. 17.* Sed tamen de hac re pro omnibus Religiosis cautum est per

VIII.
De claustra

TRACT. MONAST.

per Bullas Pii V. apud Bullarium Eman. Rodes. *Bulla* 18. & apud Laertium Cherub. *const.* 20. & Gregorij XIII. apud Emanuel. *Bulla* 49. & 41. & apud Cherubinum, *const.* 28. Quarum explicationem, & pœnas, excommunicationis Papæ reservata, contra mulieres ingredientes, & eiusdem censuræ, ac privationis officiorum, & in habilitatis ad alia & suspensionis à divinis ipso facto, contra Religiosos introducentes eas, aut admittentes, tractant. Emanuel citatus, *tom.* 1. *ques.* 48. *artic.* 1. & 2. & in opere morali Hispano, ad finem, Thomas Sancius, *lib.* 6. *sum.* *cap.* 16. *num.* 71. & per totum, & alij.

IX.
Declaratio ingressus.
¶ Ar. quia intellectum est à pluribus, has pœnas infligi solum mulieribus ingredieutibus, prætextu quarundam facultatû, quæ in pœfatis Bullis reuocantur, accessit declaratio ipsius Pij V. vt absolute comprehenderet omnes Fœminas, quod intelligitur, sexennio maiores, scilicet sex annos completos habentes. Facta quo fuit declaratio vni. vocis oraculo, vt habetur in Bullario authentico. Emanuel. die 27. Ianuarij anno 1568. &

ad verbum adducitur à Ioanne de Cruce, in *opere de statu Relig.* *lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *conclus.* 2. ad censuram esse etiam ex sententia Gregorij XIII. seruatiq; à Papæ pœnitentiarijs Romanæ, & Nuntijs Hispaniæ, & in suo ordiae similiter. Quibus arbinor non obest, quæ de Oraculorum reuocatione dictum est, *cap.* 1. *num.* 10. vt pote in re de quæcâdâ, ex intelligentia & sensu ipsorum Pontificû, & officialium Apostolicorum, & aliorum, determinate prædicatum est, vt iâ hinc, seculo vi Oraculi, ipsa constitutio Pij V. obineat in eo sensu virtutem. Quæ fere pacto, in simili, de Declarationibus Cardinaliû, temperabamus eorum reprobationem, *sup.* *cap.* 29. *num.* 9. Sed insuper quantum ad Bullam Pij V. quæ loquitur de ingressu mulierum in monasteriis virorû, extat motus proprius ipsius in quo se declarat vt dictum est, quem expeditû anno 1570. adducit ex Cœlectio Thomas Sanchez, *lib.* 6. *sum.* *cap.* 16. *num.* 79. qui tenet idê, licet de Gregorio XIII. quoad ingressum mulierum ad Monasteria aliter sentiat, de quo apud eundem, *lib.* 6. *sum.* *cap.* 16. *num.* 79.

X.

Item res-
pectu Ro-
gna.

¶ Attamen requireret ali-
quis nostrum, an sicut exci-
pitar, atas citra rationis
vsum, vt supra in foeminis,
quia regulariter eisdem an-
te septennium, respectu mo-
nasteriorum marium; & in
maribus respectu femina-
rum ante septennium; sic be-
ne excepta aliqua dignitas,
prout de persona Regia ex-
cipitur, vt ei liceat ingres-
sus, in clausura monasterii
in nostris diffinitionibus?
Et responderetur recte sub-
sistere, ex eisdem Pontificū
constitutionibus, in qui-
bus tales non sunt com-
prehensæ, atque ita licere
Imperatricibus, Reginisq;
& earum filiis, cum solio
sibi feminarum commi-
tatu, resoluit Sanchez, *lib.*
6. summ. cap. 16. num. 3.
& *capit. 17. num. 5.* tam
in monasterijs virorum
quam monialium. In qui-
bus etiam de personis Re-
gij masculini sexus, idem
esse dicendum, & paritas
rationis, & vsus compro-
bant. Quæ communiore
sunt, quam vt in peculia-
ri hoc Tractatu disquiran-
tur.

XI.

De iure in
filiationes

¶ Peculiaris autem est
illud: Quid iuris compe-
tat monasterijs, in filiationes,
si quas habent? De hac
re constat, in principio Ci-

sterciensis ordinis, ex Car-
ta charitatis, quæ adducitur
in *Exordio primo Cisterciæ*
cap. 2. vt Abbas monasterij,
de quo alia erecta & fun-
data essent (quæ ratio filia-
tionis est) exerceret in eis,
quidquid Abbas Cistercij
in suis filiationibus pote-
rat, excepta celebratione
annui capituli. Dorsūque
hoc vsque ad initium no-
stræ Observantiæ, & per-
seuerasse in his Regnis hæc
subiectionem & dependē-
tiam filiationum à suis Ma-
tribus, in visitatione, &
correctione; argumento est
tom. 2. priuil. 6. Eugenij IV.
vbi n. 6. qui disponit de fi-
liationibus Vallis-benz,
grauiter ferentibus subdi-
Abbati tunc facti trien-
nali, & *tom. 3. fol. 282.*
in monasterij Vallis-Eccle-
siarum vnione, per quam,
ab eodem Eugenio, ab-
soluitur ab omni superiori-
tate, & visitatione Mon-
asterij de Spina, cui sub esse
dignoscebatur. Sic tantum-
dem iuris credo habuisse
monasterium Morerolæ in
Nucalense; & meq; profes-
sionis Regium cœnobium
Superati, (vt exinde vide-
tur) in illud de Benauides,
quod propriis bonis fun-
dauit, & illud Montis Serri,
pro quo, de superioritate
olim

Indicantur
non nullæ

TRACT. MONAST.

olim iudicio contendit, cū monasterio Carracetensi, & obtinuit; & in illud Valis. Dei in Asturia: & sic in alijs, quæ omitto. Nam hodie, aggregatione facta ad nostram Observantiam, omnia hæc & similia potestatis iura, in filiationes, cessare; solumque mansit honorifica memoria principis, unde eius modi pro paginas prodire. Exceptis tamen illis duobus mo-

nialium filiationū monasteriis, de quibus dictum est, *cap. 23.* in quæ integra subiectionis antiquæ forma perdurat. Quod idem video, & omnino plenius, exerceri apud Navarram per Abbatem de Iranzu, cui subest insigne monasteriū, monasteriū de Herze, eo filiationis iure. Cuius ratio & diversitas, in alijs, quorū interest, utique per spectata erit eis.

De decimis, & indice Conservatore, & de Quindennys.

C A P. XXXIII.

I. Hæc etiam præcipua no-
strorum monasterio-
rum iura; nec enim omni-
ti debuit ius non soluendi
decimas, quod Cisterciensis
Religioni altius quam al-
teri cuique, & in iure, & in
privilegijs, fundatum est.
De hoc, prout alijs regula-
ribus competit, agunt au-
thores alias citati, Emanu.
Roder. *tom. 2. q. 44* & in
eius Compendio Hieron.
Roder. *Resol. 50.* Miranda,
tom. 2. q. 49. art. 13. Cruz, in
epit. lib. 2. cap. 9. d. dubit. 4. &
novissime in omnem par-
tem, pro munere suo, mat-

riam versat Stephanus Fa-
gundez, *tract. in Eccles. præ-
cepta circa 5.* per tres libros
in quorum secundo, *cap. 4.*
propriam Societatis excep-
tionem à solutione decima-
rum ponit, adductis privi-
legijs. In quibus pervenit
vsque ad privilegium Gre-
gorij XV. qui restrictionē,
quam decreuerat Paulus
V. ampliauit; sed superest
illi adhuc novam bullam
recensere, expeditam ab Ur-
bano VIII. die 20. Nouem-
bris anno 1623. quæ inci-
pit. *Ad perpetuam rei mem.*
Alias, & c. per quam Mo-
nu

pro-

proprio & ex certa scientia, omnino reuocatur prædictum Gregori XV. priuilegium, & recessis omnibus à Paulo V. & deinceps, multo aliter disponit & restringit. Sed ego nunc que nostra sunt in mediū proferam.

II.

Specialia
nostra ex
iure.

¶ In primis autem ex iure, Alexander III. in cap. ex parte, de Decimis, refert Adrianum prædecessorem, concessisse, solis Fratibus Cisterciensibus & Tēplarijs, & Hospitalarijs decimas laborum suorum, quas proprijs manibus vel sumptibus colunt. Cum alias cæteris nō liceret, nisi de noualibus, nutrimentis animalium, & hortis suis; & ita statuit seruari. Et in seq. cap. licet. Limitat aut declarat, illud non intelligi de terris, Cisterciensium & aliorum, quas alijs tradunt excolendas. Postea Innocentius III. in Concilio generali, scilicet Lateranensi, cap. 52. & habetur in iure, Cap. Nuper, de Decimis: memoratis Abbatibus Cisterciensibus, eorumque Capitulo, decernit, ut de alienis terris, & ex tunc adquirendis etiam si eas proprijs manibus aut sumptibus excolant, persoluant decimas

Eclesijs, quibus ratione prædiorum antea solvebantur, nisi cum ipsis Ecclesijs aliter duxerint componendum. Ac tandem Alexander IV. Cap. statuto §. Statuimus, de decimis in 6. limitando decimas alijs concessas de noualibus, ut non liceat illis plusquam medietas decimarum; addit tamen: Religiosos Cisterciensium & Carthugiensium ordinum, statuto & declaratione huiusmodi comprehendere nolle, nec restringi. Hæcenus itaque iura decernunt.

III.

¶ Iam verò de priuilegijs, Honorius III. qui succepsit Innocentio III. eius decretum ab aliquibus finistre intellectum enarrans, concedit & mandat, quatenus Cistercienses, à præstatione decimarum tam de possessionibus ante Concilium memoratum, & de noualibus siue ante, siue post idem Concilium acquisitis, que proprijs manibus ac sumptibus excolunt, quam de hortis, virgultis, piscationibus, animalium nutrimentis, omnino sint immunes. Sed requires, in quo fuit finistre intellectum decretum Innocentij, in citato Cap. Nuper. Vtique in

TRACT. MONAST.

eo quod, cum tantum ibi excipiat, *de terris acquirendis*, volebant intelligi etiam *de Noualibus acquirendis*. Sed ultra petes, quæ differentia sit inter *terras*, & *noualia*? At hoc constat ex *Cap. Quid per nouale*, de *verbor. significat.* Vbi Innocentius III. relicta acceptatione iuris ciuillis, declarat, ad intentum de quo agimus, intelligi, agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset. Præterea conformiter ad dicta, Innocentius IV. & Urbanus IV. expriment, *decimas & primitias non soluendas de prædictis*, addeudo & de *molendinis*. Atque Bonifacius VIII. eadem indulget, de *terris cultis & incultis, ad Ordinem Cisterciensem pertinentibus*, quæ concessa fuerint vel concedentur in posteram excolenda, de quibus aliquis decimas seu primitias non perceperit. Quæ omnia priuilegia habemus *tomo 1. priuileg. 13. & 21. & 28. & 31.* & ea hucusque ferè nihil excedunt terminos, *Cap. Nuper. de decimis*, & aliorum iurium.

¶ At vero Martinus

V. *tomo 1. priuileg. 63.* omnia monasteria, & personas ordinis eximit omnino, a *prestatione decimarum*, tam de *possessionibus habitis ante & post Concilium memoratum*, quam de *cæteris habendis*, & tam de *noualibus, siue ante, siue post Concilium huiusmodi acquisitis, & adquirendis*, quæ proprijs sumptibus excolunt, & etiam de illis *possessionibus* de quibus aliquis hætenus percipit, nec non de *hortis, virgultis, piscationibus, animalium nutrimentis, &c.* Posteaque Sixtus IV. anno 1482. *tomo 1. priuileg. 101.* referens priuilegium Honorij III. & istud Martini V. utramque confirmat, & de nouo concedit & statuit; sicque etiam auctoritate Iulij II. authenticatum, ad instantiam nostræ Observantiæ, habetur *tomo 2. priuileg. 18.* Ex quibus constat, *Cap. Nuper. de decimis*, in terminis derogatum, & hanc amplam concessionem, nulla alia bulla recentiore hætenus limitatam, nobis integram permanere. Quæ non obstante, varijs sæpè litibus concutimur, super, quæ exclamat Author *Compensij nostri Cisterciensis*

IV.

Ex eisdem
derogato
c. Nuper;

sis, *verb. Decima.* Histamen potissimum instrumentis, nostrum de hoc ius stabilitur; quibus etiam longa possessio & consuetudo suffragatur: & ubi ea contra nos non fuerit legitime præscripta; talia privilegia vigorem suum habentia, etiam integrum habitura esse effectum, æquus iudicabit inspector & iudex.

V.
Conseruatoria
Sū.
marium.

¶ Iā ad Conseruatorias, quæ sunt in munimen eorundem Scilicet iurium deveniamus. Et eam, ad eligendum iudicem Conseruatore, specialiter pro Congregatione nostra, expediuit Paulus III. *tomo 3. privileg. 1. in terminis amplissimis, qui omnino inspicendi sunt, in usu eius, qui ultra citraque ipsos, esse non debet. Et breuiter isti sunt. Quantum ad eos, in quorum fauorem & conseruationem conceditur; comprehendit omnia vtriusque sexus monasteria, Prioratusque, & eorum personas, tam regulares quam seculares, ad ea pertinentes. Quantum ad eos, qui munus iudicium possunt obire; comprehendit quoscumque Prælatos, & perso-*

nas in dignitate constitutas, nec non Canonicos Cathedralium, & Episcoporum Vicarios; qui & inchoare causam, & ab alio inchoatam continuare, & alteri delegare possunt. Quantum ad res, pro quibus iudicium potest institui; continet omnia bona tam temporalia quam spiritualia. Quantum ad rationem vtendi hoc Conseruatoris tribunalis; extenditur ad quamlibet indebitam molestantiam, grauamen, damnum, iniuriam, iacturamve, in prædictis bonis, aut personis irrogatam, vel irrogandam, loquitur enim de damnis *presentibus & futuris.* Quantum ad terminum localem iurisdictionis; extenditur vsque ad viginti leucas, computandas à fine diocesis, ubi morantur qui citandi sunt & extrahendi, vsque ad locum ubi residet Conseruator, iudicium indicens. Quantum ad eos, contra quos potest procedere; comprehenditur, tam Ecclesiasticos etiam Archiepiscopos, quam seculares etiam Marchiones & Duces. & quoscumque regulares cuiuscumque militie, ordinisque, ipsaque

TRACT. MONAST.

Religiones, Vniuersitates, &c. Quae omnia in ipsa Bulla dearticulantur.

VI.
Remissio
materiarum,

¶ Et quidem, circa quamlibet partem ex supradictis, aliqua inquiri possent, tamen ista bulla conseruatoria nihil (reor) differt ab ea quae à Gregorio XIII. Societati IESV concessa est, ac alijs eiusdem tenoris & amplitudinis. Et ita pro omnibus, fere eodem modo tractatur ab authoribus, qui videndi sunt, vt Emanuel Roderic. to. 1. quast. 65. per totam, & eius Compendiator Hieronym. Rodericus qui non poenitenda saepe addit. Resol. 33. & Ioann. à

Et nota
tio.

Cruce in epitom. de statu religion. lib. 2. cap. vltim. & alii. Idque omnino aduertendum est; etiam si aliquae leges civiles, vel Regni extarent, aut conderentur, limitantes huiusmodi constitutiones & privilegia; nihil reuera obstat. Hae enim Ecclesiastica Religio num iudicia, directe à potestate tantum Pontificia dependent, neque subsunt limitationibus potestatis secularis. etiam indirecte; potius econtra; quidquid directe politica haec Regum potestas decreuerit,

atque recuperandum est Canonice sanctionibus Apostolicae sedis; cui saltem indirecte in ordine ad finem spiritualem potestas temporaria subest. Vt alias late tractat Franciscus Suarez tom. defensorij fidei contra Regem Angliae lib. 3. cap. 22. &c.

¶ Non omittam iactatum onus, cui subsunt nostra fere omnia monasteria nostrae Observantiae; caeterum quae ex perpetuitate ad triennale tempus reduta, eidem sunt aggregata, nempe *Mediam annatam seu Quindennium*, quae duodecim sunt. Nam priori nomine dicitur, quia quantitas soluenda proportionatur, cum medietate fructuum unius anni, posteriore vero, quia quindecimo quoque anno soluitur; sicut solutio, prout sic, correspondet principio quindennii, anticipata ad illius decursum solutione. Tangit hanc materiam Flavius Cherubinus saepe in diuersis scholis, ad Compendium Bullarum, ut tom. 2. const. 17. Pauli & schol. 2. laudatque plurimum Antonium Massam Galefi. in tractat. de Annatis, & Camp. pag. ex quibus & alijs ad ipsa

VII.
Annata
seu Quindennium,

VIII.

Funda-
mentum
& ratio.

ipsa sero Ecclesie principia
idrenocat Crespetius Ce
lest. in summ. cathol. verita
tis. vero Annata. *11. 1033*
¶ Ratio autem Annata
seu Quindenij, ea est, qua
Paulus II. in Bullario const.
6. & alij communiter ad
ducant. Quia plura benefi
cia Ecclesiastica vnita sunt
monasterijs, quae cum ob
id nunquam vacarent, neq;
expedirentur bullae pro
temporalibus Pralatis (vt
videmus in nostris, post
quam extincta est perpet
uitas Abbatiarum) neque
Camera Apostolica perci
peret inde communia ser
uitia; ordinatam est admo
dum vacantis, & taxatum
vt quinto decimo quoque
anno, solueretur ea quan
titas, quae alias si vere vac
caret beneficium aut Ab
batia esset soluenda. De
qua iuxta annate imposi
tione, & licita exigentia
Apostolicae sedis, agunt
Filiucius, tom. 3. Bonacina
to. 1. de offic. diuino. disput. 2.
q. 6. punct. 1. & alii cum ci
tatis.

IX.

Differen
tia Quin
deniorum.

¶ Sunt vero Quinden
nia in duplici differentia:
vnum quod vocatur, cuius
fructus, &c. alterum quod
habet taxatione in libris
Camera. Hec prius ita co
putatur, vt de valore quem

habet beneficia, aut ratio
ne illorum, monasterium
scriptum in libris, medie
tas eius sit quantitas quin
to decimo anno soluenda.
Posterius vero ita compu
tatur, vt ad quantitatem
taxatam, tertia insuper ad
darur pars; vno aut altero
insuper duato adhuc ad
diro in veroque, tertio mo
do distribuendo, quod in
praesenti, non multum in
terest enucleare. Nam &
postquam de hoc nouer
olim Procurator Romae
Fr. Laurentius de Vera, ac
curatam instruxit Tabula,
etiam ad minutura des
cendens, semper tamen re
stant calculanda magis a
soluentibus, propter Cam
bia & Quietantias.

IV

Quintus
Olinus

X.

Quintus
Olinus

¶ Et quidem hzc in no
stra Obseruantia Congre
gatione, etiam per diffini
tionem, de tempore &
quantitate cognita esse in
bentur. De recenti autem
Congregatione Navarrae,
reduca iam ad quadrienn
nalitatem perpetuitatis
Abbatiarum, qualiter sint
perspecta ignoro, nec meum
est dicere, nisi quatenus ho
die Abbas Olinus, ei debi
tor ex officio existo. Et
pro eo, quod inuenio ex
Quietantia in tabulino al
seruata est: Monasterium

TRACT. MONAST.

in libris Camerae Apost. no 1635. die 24. Julij, & ex
taxam habere, ad sexaginta inde computandum quod
ta sex florenos cum duobus subsequitur, cadetque in
bus tertijs, & Quindenniū ann. 1630.
primum solutum fuisse, an

De gradu Observantia, & Monasteriorum eius Quindennys, ac Pontificum serie per erga.

CAPVT XXXIV.

De gradu
sola men-
tio.

GRadus & preceden-
tia Religionum, aut
Congregationum ut sic,
ius etiam erat, ex mente
plurium, inter alia tractan-
dum: Quod tamen, cum in
casu publico, & celeberrimo
concurso omnium Re-
ligionum etiam Militariū,
viderim Matriti, anno
1633. ab ipso Apostolico
Nūtio declinari, cautione
iuridice praestita, de praei-
uditio nulli inde parando,
mihi vel eo solum, quod
sit veluti quaestio illa Dis-
cipulorum, quis eorum vi-
deretur esse maior? visum
est denique omittendum

omnino. Nam & ad ea,
quae Illustriss. & mihi pec-
liariter suspiciendus, Episcopus
Vrgell. de hac materia, in
*Comment. Reg. circa Titul. num. 34. cum seqq. res-
pectu Congregationum
Benedictinarum, tradidit
singulis, pro suo iure &
ratione, relinquo discul-
sionem, aut responsionem.*

¶ Adijcio autem Tabulam de tempore solutio-
nis Quindenij cuiusque
monasterij, ut constet, & in
promptu sit: idque iuxta
ordinem Unionum ad nos-
tram Observantiam, prout
sequitur.

3. Monasterium *Vallis bonae*, Palentinae diocesis, unitū
Observantiae a Martino V. anno 1430. tenetur solue-
re Quindennium, die 1. Ianuarij anno 1636. quod ex-
inde ad alios quindecim annos incipit computari,
& idem est in sequentibus.

2. Monasterium *Vallis-Ecclesiarum* Tolitanae diocesis. v-
nitum

CAPIT. XXXIV. 148

- nitum Obseruatia ab Eugenio V. anno 1437. soluit
 similiter 1. die Ianuarij an. 1649.
- 3 Monasterium *Sacramenta* Segobienfis diocesis vnitum
 a Sixto IV. anno 1481. soluit eodem die & anno cum
 supradictis,
 - 4 Monasterium *S. Petri de Spina* Palentinæ diocesis, cō-
 stat vnitum fuisse ante annum 1485. & soluit Quin-
 dennium ipsis kalendis Ianuarij an. 1639.
 - 5 Monasterium *Saltus-noualis*, vulgò *Santonat*, Legio-
 nensis diocesis vnitum ab Innocentio VIII. an. 1491.
 soluit die 3. Marcij anno 1640.
 - 6 Monasterium de *Supperado*, cum sibi annexo. *S. Iustij*,
 vnitum ab Alexandro VI. die 25. Augusti anno 1498.
 soluet die 18. Octobris anno 1648.
 - 7 Monasterium *Morerola* Zamorensis diocesis vnitum
 (vt apparet) eodem anno, & ab eodem Pontifice,
 soluet die 1. Ianuarij. anno 1648.
 - 8 Monasterium de *Palazuelos* Palentinæ diocesis vni-
 tum a Iulio II. anno 1505. die 1. Iulij, soluit quinden-
 nium, die 1. Iulij anno 1639.
 - 9 Monasterium de *Carracedo* Astoricensis diocesis vni-
 tum ab eodem, & eodem anno, die 15. Septembris,
 soluit anno 1643. ipsis Ianuarij Kalendis.
 - 10 Monasterium de *Azebeiro* Compostellanæ diocesis.
 vnitum ab eodem & eodem anno, die 26. Decembris,
 soluit die 16. Augusti anno 1640.
 - 11 Monasterium de *Pegua maiore* Lucensis diocesis eodē
 tempore vnitū, soluit die 5. Septembris anno 1641.
 - 12 Monasterium de *Melone* Tudensis diocesis. vnitum
 ab eodem Iulio II. die 31. Marcij anno 1506. soluit an-
 no 1641. die 5. Septembris.
 - 13 Monasterium de *Monte-fero* Compostellanæ diocesis
 eodem prorsus tempore vnitum, soluit die 15. Ianu-
 anno 1642.
 - 14 Monasterium de *Ouila* Siguntinæ diocesis vnitum ab
 eodem Iulio II. eodem anno die 8. Augusti, soluit
 die 5. Septembris anno 1641.
 - 15 Monasterium de *Meira* Lucensis diocesis vnitum a
 Leone X. anno 1514. soluet anno 1650. die 12. Octo-
 bris.

TRACT. MONAST.

- 16 Monasterium *Vallis Dei* Oacensis diæces. vnitum à Leone X. anno 1615. die 14. Aprilis, soluet eodem tempore quo præcedens Meiræ.
- 17 Monasterium de *Herrera* Calagurritana diæces. vnitum eisdem Pontifice, & anno, die 10. Septembris soluet tempore quo duo præcedentia.
- 18 Monasterium de *Mata plana* Palenrinæ diæces. vnitum eisdem Pontifice, & anno, die 29. Septembris soluit, anno 1634. die 23. Iulii.
- 19 Monasterium *S. Prudentij* Calagurritana diæces. vnitum eisdem Pontifice & anno, Kalendis Octobris soluet anno 1650. die 7. Octobris.
- 20 Monasterium de *Monte-derramo* Aurenfis diæces. vnitum ab eodem anno 1518, soluit, anno 1639. die 18. Aprilis.
- 21 Monasterium de *Frâquera*, Tudeñsis diæces. vnitum ab eodem Leone X. anno 1521. die 16. Aug. soluit anno 1640. die 16. Augusti.
- 22 Monasterium de *Nucalibus* Astoricen. diæcesis ab eodem & eodem anno, die 6. Septembris vnitum, soluit anno 1941. die 30. Octobris.
- 23 Monasterium *Armentaria* Compostellana diæces. vnitum à Clemente VII. anno 1526. & soluet quinquidennium, anno 1647. die 20. Maij. Advertes, Mag. Ioãnem Lope in 3. tom. priuil. posuisse hoc monasterium diuerso modo, quoad vniõnem Observatiæ, scilicet post monasterium Vrsaria, & sub anno 1536. etiam sic præpostero ordine, vt apparet. Nam Clemens VII. à quo facta est vniõ, electus fuit ante Paulum III. anno 1523. factaque dicitur anno 4. Pontificatus, in quẽ incidit annus Christi 1526. à me assignatus. Annus quippe 1536. est iam extra Pontificatum Clementis VII. & Pauli III. tertius. Hoc monuisse oportuit vt rationem alterationis redderemus.
- 24 Monasterium de *S. Claudio* ad ripam Aniz Auriensia diæces. vnitum à Paulo III. anno 1536. soluit quinquidennium, anno 1642. die 15. Ianuarij.
- 25 Monasterium de *Benauides* Palenrinæ diæces. vnitum à Paulo III. anno 1538. soluit anno 1644. die 24. Iulij.
- 26 Monasterium *S. Martini de Castañeda* Astoricen. diæces.

CAPIT. XXXIV. 179

- diœccesis vnitum Obseruantia à dicto Paulo III. anno 1541. soluet anno 1647. die 4. Junij.
- 27 Monasterium *Vrsarie* Auriensis diœcces. vnitum ab eodem, ann. 1545. soluit iam an. 1635. die 23. Nouem.
 - 28 Monasterium de *Riosecò* Burgenfis diœccesis, vnitum à prædicto Paulo III. anno 1546. die 10. Aprilis soluet anno 1651. die 23. Septembris.
 - 29 Monasterium *Incaria Spadanedi* Auriensis diœcces. vnitum ab eodem, anno 1546. die 8. Maij, soluit anno 1637. die 24. Marcij.
 - 30 Monasterium de *Oya* Tudensis diœccesis vnitum ab eodem, anno 1547. soluet anno 1651. die 23. Septem.
 - 31 Monasterium *Montis salutis* Conchenfis diœcces. vnitum ab ipso Paulo III. anno 1549. soluit, ann. 1640. die 25. Februarij.
 - 32 Monasterium de *la Vega* Legionensis diœcces. vnri ceptum, à Paulo III. & perfecte confectis literis à Paulo IV. anno 1555. die 26. Maij, soluit iam an. 1641. die 18. Nouembris.
 - 33 Monasterium *S. Petri Gumelis* Oxomenfis diœccesis vnitum ab eodem Paulo IV. anno 1555. die 26. Octobris, soluet anno 1648. die 27. Septembris.
 - 34 Monasterium de *Bellomonte* Ouetenfis diœcces. vnri ceptum à Paulo IV. & perfectum à Pio V. ann. 1559. soluet anno 1650. die 11. Ianuarii.
- Monasteria quæ sequuntur, in proprio gradu collocare non potui, quia eorum vniones in 3. tom. priuil. desiderantur, & alias à me authenticæ non habentur, qui eas nactus fuerit, iuxta tempus, in sua quodcumque reponet sede, quibus prænotata series nihil oberit, nec ea quam; ad notandum solationis quindennij tempus, prosequimur.
- 35 Sic Monasterium *Horta* Siguntinæ diœccesis, soluit anno 1643. Kalendis ipsis Ianuarii.
 - 36 Monasterium *Vallis paradisi* Zamorenfis diœccesis, soluet etiam Kalendis Ianuarii anno 1650.
 - 37 Monasterium de *Buxedo* Burgenfis diœccesis, soluit, anno 1643. kalendis Ianuarii.
 - 38 Monasterium *Ville noua de Oños*, Mindonenfis diœcces. si apparet quidem vnitum fuisse à Iulio II. ann. 1511.

TRACT. MONAST.

sed liberum à solutione, quæ remansit penes Car-
rectum cuius membrum erat.

38 Cuiusque quæ præexitebant monasteria, ante princi-
pium & erectionem Observantiæ, de quo diximus
sup. cap. 2. num. 2. Vnde post hæc sequitur:

39 Monasterium *S. Bernardi*, seu *Montis sion* propè ciui-
tatem Toleti, tempore postremû, honore primum,
& primitus erectum pro reformatione Ordinis &
Observantiæ, quod nunquam sub Abbate perpetuo,
nec Papæ collatione fuit, ideo pro se à quindennio
liberum. Soluit tamen illud ratione Prioratus Bonæ-
vallis Toletanæ diœces. sibi vniti & annexi à *Iulio II.*
anno 1509. cuius vltima solutio fuit anno 1644. die
18. Nouembris.

39 Collegium Salmanticense sub vocatione *D. Mariæ
Lauretane.* erectum Congregationis nostræ sumpti-
bus, prout *sup. cap. 25. à nu. 4. & cap. 27. num. 2.* etiam
a principio sub Pælato & Abbate trienniali funda-
tum, pro se a quindennio liberum est, nisi ratione qua-
rumdam annexionum beneficiorum teneatur ad illud,
nam quadâ solutio fuit anno 1632. saltem pro vnito
Carabajosa beneficio. Quo autem die Romæ matura-
ret, & an de aliis vnitis fiat, nulla mihi maior habita
notitia, etiam si requisita a me.

41 Collegium *S. Bernardi Complutense* eodem modo
erectum, prout *citatis locis* dicitur, prorsus est Quin-
dennio liberum, soluant autem eius annexa iam no-
tata Quindennium.

42 Monasterium Matritense sub *S. Anna* vocatione fun-
datum Matriti ad annum 1595. sub *Clemente VIII.*
vt patet ex eius privilegio *tom. 3. privileg. 33.* pariter
Quindenniorum obligatione caret.

Romanorum Pontificum series.

Non ha-
bit serici

Denique quia valor Privilegiorum, stat vel cadit,
sæpè ex tempore anterioritatis aut posterioritatis, &
successione Pontificum, eorum quantum ad id seruiat,
seriem exhibeo igitur post Iesum Christum, verum
Deum, veri Dei filium, Pontificem æternum:

1. *S. Petrus* Apost. Princeps, cedit deinde Romæ anno
Christi

Christi nati.	45	37. S. Liberius:	356
2. S. Linus mart. Anno	70	38. S. Felix II. mart.	363
3. S. Cletus mart. An.	81	<i>Hic omittitur ab alijs quia</i>	
4. S. Clemens I. mart.	93	<i>fedit vivente liberio, eo tamē</i>	
5. S. Anacleus mart.	102	<i>exulante.</i>	
6. S. Euaristus mart.	112	39. Damasus I.	369
7. S. Alexand. I. mart.	121	<i>Sub quo Concil. secundum</i>	
8. S. Sixtus I. mart.	129	<i>generale, quod est primū cō-</i>	
9. S. Thelespher. mart.	139	<i>stantinop. confirmatū ab ipso.</i>	
10. S. Iginus mart.	150	40. S. Syricus.	388
11. S. Pius I. mart.	154	41. S. Anastasius.	408
12. S. Anicetus.	163	42. S. Innocentius I.	404
13. S. Socher. mart.	173	43. S. Sozimus.	419
14. S. Eleutherius. m.	182	44. S. Bonifacius I.	422
15. S. Victor I. mart.	197	45. S. Celestinus I.	415
16. S. Zepherinus. m.	207	<i>Sub eoque Concil. tertium</i>	
17. S. Calixtus mart.	214	<i>generale ab eodem confirma-</i>	
18. S. Urban. I. mart.	218	<i>tum scilicet Ephesinum.</i>	
19. S. Pontianus mart.	225	46. S. Sixtus PPI.	434
20. S. Antherus mart.	224	47. S. Leo I.	443
21. S. Fabianus mart.	239	<i>Sub quo & quo approbatū</i>	
22. S. Cornelius mart.	252	<i>Concil. 4. generale Caledon.</i>	
23. S. Lucius I. mart.	274	48. S. Hilarius.	464
24. S. Stephanus I. m.	257	49. S. Simplicius:	471
25. S. Sixtus II. mart.	265	50. S. Felix III.	486
26. S. Dionisius monachus		51. S. Gelasius.	494
mart.	267	52. Anastasius II.	500
27. S. Felix II. mart.	274	53. S. Simachus:	501
28. S. Eudociana. mart.	275	54. S. Hormisdas.	517
29. S. Caius mart.	276	55. S. Ioann. I. mart.	516
30. S. Marcellin. mart.	287	56. S. Felix IV.	529
31. S. Marcellus mart.	301	57. S. Bonifacius II.	533
32. S. Eusebius mart.	307	58. Ioannes II.	535
33. S. Malchiades mart.	310	59. S. Agapicus P.	537
34. S. Sylvester I.	314	60. S. Siluerius.	538
<i>Sub hoc Concil. primū generale</i>		61. S. Vigilius.	550
<i>Nicæn. ab ipso confirmatum,</i>		<i>Sub hoc Concil. 4. generale</i>	
<i>an. 322. aut iuxta alios, 325.</i>		<i>quod est secundū Constantin.</i>	
35. S. Marcus.	338	62. S. Pelagius I.	557
36. S. Julius I.	340	63. S. Ioannes III.	562

TRACT. MONAST.

64 S. Benedictus I.	576	96 Stephanus III.	767
65 S. Pelagius II.	580	97. Hadrianus I.	770
66 S. Gregorius I.	591	<i>Sub quo & a quo confirmatum Concilium Generale septimum, quod est Nicenum secundum.</i>	
67 Sabinianus.	604	98 Leo III.	796
68 Bonifacius III.	607	99. Stephanus IV.	816
69 Bonifacius IV.	608	100. Paschalis I.	817
70 Deus dedit.	614	101. Eugenius II.	824
71 Bonifacius V.	617	102. Valentinus.	827
72 Honorius I.	622	103. Gregorius IV.	828
73. Senerinus.	637	104. Sergius II.	844
74. Ioannes IV.	638	105. Leo IV.	847
75. Theodorus I.	639	106. Benedictus III.	855
76. S. Martinus I.	647	107. Nicolaus I.	856
77 Eugenius I.	654	108. Adrianus II.	867
78. Vicilianus.	657	<i>Sub quo & a quo confirmatum Concilium Generale octavum, quod fuit Constantinop.</i>	
79. Adeodatus.	672	109. Ioannes VIII.	874
80. Domnus I.	676	110. Martinus II.	882
81. Agatho.	679	111. Adrianus III.	884
<i>Sub eoque Concilium sextum generale, quod fuit Constantinopolitanum 3. confirmatum a successore Leone.</i>		112. Stephanus V.	885
82. Leo II.	683	113. Formosus.	891
83. Benedictus II.	685	114. Bonifacius VI.	895
84. Ioannes V.	686	115. Stephanus VI.	896
85. Conon.	687	116. Romanus.	897
86. Sergius I.	688	117. Theodorus II.	898
87. Ioannes VI.	701	118. Ioannes IX.	898
88. Ioannes VII.	704	119. Benedictus IV.	899
89. Sisinus, alias Soci- mus.	706	120. Leo V.	903
90. Constantinus.	707	121. Christophorus.	909
91. Gregorius II.	714	122. Sergius III.	906
91. Gregorius III.	730	123. Anastasius III.	911
92. Zacharias.	740	124. Lando.	913
93. Stephanus II. omisso alio Stephano, qui prae- cessit biduo tantum se- dens.	751	125. Ioannes X.	916
94. Paulus I.	756	126. Leo VI.	928
		127. Stephanus VII.	938


CAPIT. XXXI. 157

118. Ioannes XI.	932	168. Honorius II.	1124
119. Leo VII.	935	169. Innocentius II.	1130
120. Stephanus VIII.	939	170. Celestinus II.	1142
121. Martinus III.	941	171. Lucius II.	1144
122. Agapitus II.	946	172. Eugen. III. Cisterc.	1145
123. Ioannes XII.	956	173. Anastasius IV.	1153
124. Leo VIII.	953	174. Hadrianus IV.	1154
125. Benedictus V.	964	175. Alexander III.	1159
126. Ioannes XIII.	955	<i>Sub quo & eo presidente Cō-</i>	
127. Donus seu Dōnus	972	<i>cil. Lateran. quod primū</i>	
128. Benedictus VI.	973	<i>Latinum generale vocāc.</i>	
129. Bonifacius VIII.	974	176. Lucius III.	1181
130. Benedictus VII.	975	177. Urbanus III.	1185
131. Ioannes XIV.	984	178. Gregorius VIII.	1187
132. Ioannes XV.	985	179. Clemens III.	1188
133. Ioannes XVI.	995	180. Celestinus III.	1191
134. Gregorius V.	995	181. Innocentius III.	1198
135. Silvester II.	993	<i>Sub quo celeberrima Synodus</i>	
136. Ioannes XVII.	1003	<i>Lateran ipso presidente.</i>	
137. Ioannes XVIII.	1003	181. Honorius III.	1216
138. Sergius V.	1009	182. Gregorius IX.	1227
139. Benedictus VIII.	1012	<i>Sub quo Decretalium Cōpilatio</i>	
140. Ioannes XIX.	1012	184. Celestinus IV.	1241
141. Benedictus IX.	1012	185. Innocentius IV.	1243
142. Silvester III.	1045	186. Alexander IV.	1259
143. Gregorius VI.	1045	187. Urbanus IV.	1261
144. Clemens II.	1046	188. Clemens V.	1265
145. Damasus II.	1048	189. Gregorius X.	1271
146. Leo IX.	1049	190. Innocentius V.	1276
147. Victor II.	1055	191. Adrianus V. vixit 9	
148. Stephanus IX.	1057	<i>dies.</i>	1276
149. Benedictus X.	1058	192. Ioannes XX.	1276
150. Nicolaus II.	1059	193. Nicolaus III.	1277
151. Alexander II.	1061	193. Martinus IV.	1281
152. Gregorius VII.	1072	195. Honorius IV.	1285
153. Victor III.	1086	196. Nicolaus IV.	1288
154. Urbanus II.	1088	197. Celestinus V.	1294
155. Paschalis II.	1099	198. Bonifacius VIII.	1294
156. Gelasius II.	1118	<i>Hic compilauit librum sex-</i>	
157. Calixtus I.	1119	<i>tum decretalium.</i>	

TRACT. MONAST.

199. Benedi&us XI.	1303	225. Adrianus VI.	1522
200. Clemens V.	1305	226. Clemens VII.	1523
<i>Sub quo Concilium Vi-</i>		227. Paulus III.	1534
<i>uense, cui præsuit, & ab eo</i>		228. Iulius III.	1550
<i>liber Clementinarum, iuris.</i>		229. Marcellus II.	1555
201. Ioann&es XXI.	1316	230. Paulus IV.	1555
202. Benedi&us XII. Ci-		231. Pius I V.	1559
ster.	1314	<i>Sub quo finitum Conciliū</i>	
203. Clemens VI.	1342	<i>OEcumenicum generale Tri-</i>	
204. Innocentius VI.	1352	<i>dentinum, & ab eo confirma-</i>	
205. Urbanus V.	1362	<i>tum, anno 1564.</i>	
206. Gregorius XI.	1370	232. Pius V.	1566
207. Urbanus VI.	1378	233. Gregor. XIII.	1572
<i>Hoc tempore sedit ille</i>		234. Sixtus V.	1585
<i>Clemens VII. qui, quia schis-</i>		235. Urbanus VII.	1590
<i>maticus, à numero & serie</i>		236. Gregor. XIV.	1590
<i>Pontif. excluditur, tamē acta</i>		<i>Ab eo nostra Obseruantiaq̃</i>	
<i>eius & priuilegia valida sūt,</i>		<i>amplissima priuilegiorum</i>	
<i>ex confirmatione sequentis</i>		<i>extensio, anno 1591. Jun. 28.</i>	
<i>Concilij, vt insinuauit sup. c.</i>		237. Innocentius I X.	1591
<i>12. nu. 21. & cap. 34. num. 5.</i>		238. Clemens V. III.	1592
208. Bonif&cius IX.	1389	239. Leo XI.	1605
209. Innocent. VII.	1404	240. Paulus V.	1605
210. Gregorius XII.	1406	241. Gregorius XV. die 9.	
211. Alexander V.	1409	Febr.	1621
212. Ioannes XXII.	1410	242. Urbanus V. III. die 6.	
213. Martinus V.	1417	August.	1623
<i>Sub quo Obseruantia Ci-</i>		243. Innocentius X. die 15.	
<i>sterc. Hisp.</i>		Sept.	1644
214. Eugenius IV.	1431	<i>Qui hodie sedet, dicitur</i>	
215. Nicolaus V.	1447	<i>n&que utinam ea felicitate.</i>	
216. Calixtus III.	1455	<i>Ecclesi&e Catholice pr&si-</i>	
217. Pius I.	1458	<i>deat, vt populo Christia-</i>	
218. Paulus II.	1464	<i>no iuxta ipsius nomen, &</i>	
219. Sixtus IV.	1471	<i>Oli& nostr&e consentiens.</i>	
220. Innocent. VIII.	1484	<i>illius insigne, innocentiam</i>	
221. Alexander VI.	1492	<i>reliquat & Pacem. Amen.</i>	
222. Pius III.	1503		
223. Iulius II.	1503		
224. Leo X.	1513		

INDEX RERVM
TRACTATUS
MONASTICI
PER CAPITA
ET
NUMEROS EORVM.

A.

BBAS, immediatus
 Pralatus localis c.
 10. nu. 8. vsus Pon-
 tificium in Ab-
 batibus nostre Ob-
 seruantia, quibus constet pri-
 uilegijs, cap. 1. nu. 3. Etiam si
 sint triennales gaudent omni-
 bus; quibus perpetui, cap. 12. n.
 3. *Abbatum* praeminentia,
 qua differentia competant Ge-
 nerali. ibid. nu. 4. Quam pote-
 statem habeant in visitando pa-
 rochias, cap. 12. num. 2. in vsu
 Pontificalium, ibid. a num. 13.
 in benedictione impertienda.
 nu. 4 & 5. in Ordinibus conferē-
 dis, a nu. 6. in dandis Reueren-
 dis, aut dimissorijs, nu. 11. in be-
 nedictionibus ornamentorum,
 & c. num. 13. in consecrationi-
 bus, a num. 15. in benedictione

& reconciliatione Ecclesiarū
 & primi lapidis Ecclesiae. nu.
 16. in dispensandis interstitijs.
 num. 17. in indulgentijs, a nu.
 18. & seq. *Abbatia* insigni-
 tia quae, & quae Pontificalia.
 cap. 12. num. 47.
Abbatum potestas in absoluendo
 cap. 13. & 14. per tota. eorum
 dependentia in nostris a Gene-
 rali expenditur. ibid. num. 1:
 & 2. cap. 1 3. ordinaria potestas
 absoluendi, a non reseruatjs su-
 periori. nu. 3. Deficiente Bulla
 cruciata Abbas nosster, potens
 alias absolucere, an teneatur de-
 legare. cap. 13. num. 8. *Abso-*
lutio a violenta manuum inie-
ctione, quatenus competat Ab-
batibus. c. 14. n. 17.
Abbatum facultas in absolutio-
ne fugitiuorum. cap. 14. a nu.
 4. in fulminandis censuris. nu.
 7. etiam sine scripto. ibidem.

INDEX

- in dispensandis irregularitatibus & alijs, cap. 15. per totum, in observantijs, & ieiunijs, & c. n. 7. 9. & seqq.*
- Abbas simul cum Abbacia inuestitur parochus parochie anue-xa monasterio, cap. 28. num. 10. & 11. ubique eligit & commendat suos, quantum ad confessiones. ibid. numer. 4. cum seqq. Eius potestas circa iurisdictionem temporalem, cap. 21. per totum. Item circa Moniales. c. 23. Item ad largiendum & expendendum. cap. 20. per totum. Quid sibi ex bonis communitatis possit applicare? ibid. num. 5. in quibus expendere reneretur? ibid. Splendori & auctoritati aliquid conceditur. cap. 20. nu. 10. Abbatis nomen sine re aliquando, cap. 18. num. 10.*
- Abbatissa requirit legitimitatem. c. 9. nu. 5. & qualiter sufficiat. ibid. Abbatissa de las Huelgas Burgensis modus Confessores instituendi, cap. 25. num. 8 & 15.*
- Absentes a Capitulo quo pacto suffragentur? nos. & de iure, c. 4. n. 6. & 7.*
- Absolutio vide verb. Abbatum potestas, & Abbatum facultas, & verb. Confessor. & Casus.*
- Absolvere a reservatis per privilegia, quatenus hodie abrogatum? cap. 13. num. 12. & 13. cap. 18. n. 9.*
- Academia rationam habent aliqua Religiones ex privilegio, cap. 27. num. 7.*
- Aggregatio monasteriorum ad reformationem nostram Observantia, hodie prohibita fieri ex Regno Aragonia, & c. cap. 16. num. 11.*
- Albricias, & Aguinaldo, sic vulgo dicta Hispanis, ut liceant? cap. 20. n. 11.*
- Alienationum ratio, modus & requisita, cap. 19. per totum. Extravagantis Ambrosio, aliorumque discussio, ibid. a nu. 6. Quae praxis in Observantia nostrae? num. 7. & c. Alienationes contenta in iuramento Abbatum numerantur, num. 8. Alienatio quamvis mobilia aut immobilia comprehendat? cap. 19. a. n. 11. Casus excepti ab alienationis alias requisita solemnitate, ibid. num. 15. & 16.*
- Altaria fixa & portabilia consecrantur a nostris. cap. 12. num. 14. & 15. Consecratio virorumque in qua differat? ibid.*
- Annata, vide Quindennium.*
- Antidotalis donatio quae? & quomodo liceat? cap. 12. num. 16. casu 12. & cap. 20. n. 11.*
- Appellationis facultas & modus, cap. 17. a num. 3. extra ordinem quam negatus, & quibus poenis. numer. 3. & intra nostrum ordinem quo pacto, & ordinae. nu. 3. Non permittitur a leuibus & secundum Regu-*

R E R V M.

*Lam correctionibus, num. 5. Bene-
re a gravibus & cum suo esse
tu, num. 6. Causa appellatio-
nis qua, eod. cap. 17. num. 7.
& a quibus iudicandis ibidem
cum seqq. Etiam a Generali
nostro licet appellatio, & quid
ipse debeat facere, alio superio-
re non extante, à num. 8. vlti-
que fin. De appellatione a Me-
rino seu iudice seculari ad Ab-
batem iurisdictionis dominum,
cap. 21. num. 6.*

**Approbatus religiosus ad Con-
fessiones est assumptibilis ad
manualia monasterij beneficia
quae instituuntur ab Abbate,
cap. 18. num. 12. & 13. Approba-
tum monachum ab Episcopo,
an possit impedire praetitus,
cap. 28. num. 11. & ut appro-
betur an requiratur praesentia
praelati, ibid.**

**Arborum iuciso, aedificij demoli-
tio & similia quatenus aliena-
tiones sint, cap. 19. num. 12.
& 13.**

**Attentio requisita in recitando,
cap. 29. num. 1.**

**D. Augustinus in supplementum
minus aperi Episcopi datus, ca.
28. num. 15.**

**Benedicti XI. bulla. Fulgens si-
cut stella, &c. revocata est sal-
tem quod nostram Objectionem
tam, cap. 15. num. 10.**

**Beneficiorum genera & motus,
cap. 18. à num. 4. in quibus
sufficiat dignus, & in quibus
dignior sit necessarius ibid. n.
5. 6. & 7. Beneficia regularia
manualia quid exigant, cap.
18. num. 8. cum seqq. Quis &
quomodo approbat parochum
in eis, num. 9. 10. & 11. An ab
Episcopo approbatus ad Con-
fessiones, possit semel & iterum
ab Abbate praefici parochiae.
num. 12. & 13.**

**Bigamia similis ordinaria, non pa-
rificanda quoad irresponsabili-
tatem cum vera, cap. 15. nu-
mer. 4.**

**Bullae cœnz casus, & Episco-
pales per privilegia Religioso-
rum hodie non possunt absolvi,
cap. 13. num. 12. Bulla cruce-
ciata usus quatenus liceat,
maximè nostris, cap. 13. à
num. 4. vsque 8. Bulla Pij V.
& si Mendicantium, an va-
leat, cap. 1. num. 9. & seqq.
Bulla Bened. XII. vide sup. Be-
ned. XII.**

B.

**Baptizare extra necessita-
tem non potest monachus sine
licentia, cap. 28. nu. 1. Nec sus-
cipit baptizatum, ibid.**

C.

**Calices, undecumque allati,
consecrantur a nostris, cap.
11. num. 4.
Campanarum consecratio fit ab
Abbate**

I N D E X

- Abbatibus, capit. 12. numer. 15.*
- Capitula nostra quibus personis essent c. 2. n. 8. Capituli nostri generalis nomen, c. 3. nu. 2. & 3. Tempus. nu. 4. Locus. nu. 13. eius potestas ad condendum leges aut diffinitiones discutitur, cap. 6. & 7. per tota. in dispensando, cap. 4. a. ut. 8. cum seqq. Et in abrogando a. num. 12. Potest facere alia in termedia capitula legitima. c. 8. num. 6. est suprema totius religionis potestas. cap. 7. num. 3. Capituli generalis extraordinarii habendi casus in nostra Observantia, cap. 8. num. 1. & eius potestas. ibid. num. 3. cū seqq. Capituli intermedij potestas. cap. 8. nu. 4. & seqq. Intermedia extraordinaria quae potestate habeant. num. 6. Capituli generalis & aliorum in privando a dignitatibus potestas, cap. 9. a. num. 6. & vide verb. Diffinitorium.**
- Garniam esus in principio Observantiae quam archē prohibitus. cap. 7. num. 5. & c. & qualiter tunc in dispensabilis, in quo animaduersus P. Villalba, ibid. num. 6. & 8.**
- Casus reservati ab Episcopo, solum pro suis subditis sunt, non pro regularibus exemptis. cap. 13. num. 12. Casus Papae reservari, ultra bullam cœne, qui si milititer absolui non possunt per privilegia hodie. cap. 13. num. 13. casus Concilij pro Episcopis, concessi, per Gregor. XIII. Abbatibus, quatenus secluso privilegio possent absolui. cap. 13. num. 4. cum seqq. Casuum reservatorum differentia, & de illis remissive. cap. 14. num. 1.**
- Castitas religiosa. cap. 30. nu. 6. & qualis equitum militarium num. 7.**
- Cause privationis Abbatum. cap. 9 n. 9 illustrantur. ibid. Non extenduntur ad similes. n. 10.**
- Cellerarij, & aliorum in monasterio officia. cap. 6. num. 9.**
- Census annui, aliaque iura, habentur pro in mobilibus prohibitis alienari. cap. 19. num. 14.**
- Chori exemptiones, a quo rite concedi possint in nostris, cap. 4. num. 4.**
- Chriſmatis vsus concessus Abbatibus stabilitur. cap. 12. nu. 14. & 23.**
- Cisterciensis religio aliquando habita strictior quam Carthusia. cap. 16. num. 7. & 8. illius principium. cap. 34. num. 3. & 7. Nostra Cisterciensis Observantiae. ibid. num. 8. & cap. 2. num. 2.**
- Clausura monasteriorum utriusque sexus, & respectu alterutrius, cap. 32. numer. 8. & 9. Moniales nostras non obligat ex voto sed ex præcepto. cap. 23. num. 9.**
- Clemētis VII. schismatici quātū ad**

R E R V M.

- ad illius privilegia animad-
 verso. cap. 12. num. 21. & cap.
 34. nu. 5.
- C**enobiorum nostrae Observan-
 tiae numerus. cap. 2. numer. 5.
- C**ongregationis Aragoniae, &c
 cap. 11. nu. 14.
- C**ollegiorum nostrorum Salman-
 ticae & Compluti, erectio &
 annexiones. cap. 25. a num. 4.
 & cap. 27. n. 2. Eorum insignes
 aliqua persona. ibid. Peculia-
 ris electio pro illis ad Abba-
 tem num. 4. Maior facultas ap-
 plicandi eis repartitiones. nu-
 mer. 5.
- C**ommensalis quis dicatur? cap.
 31. num. 6.
- C**ommissi qui dicuntur? cap. 31
 num. 3.
- C**ommunicativum privilegium visum
 extenditur ad onerosa, nec ad
 non expedientia cap. 1. num.
 12. & c. Modus tenendus ne abu-
 zantur communicatione per
 extensionem ad improporciona-
 ra. ibid.
- C**ommunionis obligatio, aut
 frequentia in monachis. cap.
 28. num. 12. Secularibus gam-
 uitiam in paschate dari a Reli-
 giosis quatenus liceat? ibid. a
 nu. 13. vsque 18.
- C**onfessores monialium a quo in-
 stituantur? cap. 25. numer. 15.
- C**onfessorum faciendorum com-
 missio qualiter subsistat, ubi
 non est potestas delegandi. ibi.
 num. 7. & 8. Confessorum com-
 munitatum institutio cap. 26.
- num. 6. & 7. & cap. 28. num.
 4. cum seqq. Confessores no-
 stri Capituli generalis? quomo-
 do se habeant? ibidem num. 8.
- C**onfessionis menstruae aut al-
 terius, qualis obligatio Religio-
 sis, cap. 28. num. 2. Confiteri
 potest monachus noster in pas-
 chate, presentibus Generale &
 Abbate suo, cui maluerit ex-
 eis. cap. 13. num. 9.
- C**onfirmatio Papae qualis irre-
 vocabilem aut dispensabili-
 dem faciat diffinitionem? cap.
 6. a num. 14. cum seqq.
- C**ongregatio nostrae Observan-
 tiae. vide supra verbo Cilter-
 censis. Quae creta est in Ara-
 goniam, Valencia, & Catalonia
 cap. 16. numer. 11. quando ei
 Navarra aggregata ibidem.
 Quibus monasterijs consistit.
 cap. 11. num. 14. Ipsius Vica-
 rij generalis iurisdictio. nu-
 mer. 13.
- C**onseruatoria nostrae termini.
 cap. 33. nu. 5. eius explicatio-
 nis remissio. num. 6.
- C**onsiliatorum inconuentu nu-
 merus & potestas. cap. 26. nu-
 mer. 3.
- C**onspiratio quid sit? cap. 17. nu-
 mer. 14.
- C**onstrucio monasteriorum non a
 ad quam distantiam nostrorum?
 cap. 32. nu. 2.
- C**onstitutionis quanta vis &
 momentum? capit. 9. nume-
 ro 14.
- C**ontributionum imponendarum
 potestas

INDEX

- potestas. cap. 9. r. n. 11. vsque 16. excessus & abusus valde illicita. num. 14. 15. & 16.*
- Conuersus quis dicatur, in no-**
stris. cap. 2. num. 9. & cap. 10. num. 12. eorum ratio & obligatio. cap. 31. à num. 9. eorum professio vt verè Religiosi sint. ibid. num. 2. eius ascensus ad monachatum, aut monachi descensus ad conuersi laicatum, quatenus liceat. cap. 16. à num. 13.
- Correcti seu animaduersi. Ema-**
nuel Rodericus cap. 1. num. 11. 19 & 20. Ascanius Tamburinius. cap. 2. num. 3. Ioannes Caramuelus. cap. 12. num. 20. & 21. Stephanus Fagundes, cap. 12. num. 14. & 23. Ioann. à Cruce. cap. 31. num. 4.
- D.
- D**ecanorum monasticorum
notitia cap. 26. num. 8.
- D**eclarationes Cardin. & um nisi
in forma decreta ab Urbano VIII. nullam fidem habent, cap. 43. num. 18. Temperatur id. cap. 29. num. 5.
- D**ecimarum exemptio commu-
nis. cap. 33. num. 1. specialis Cisterciensium ex iure: num. 2. ex privilegijs. num. 3. cum reuocatione Concilij Lateranensis, seu cap. Noper. de decim. num. 4.
- D**efunctorum officij obligatio. *cap. 29. num. 2.*
- D**epositum seu permissas elemosynas expendere, quatenus liceat monacho aut Abbati. c. 20. num. 12.
- D**elicta inhabitandi rationes
pro Cisterciensibus, quin generaliter pro Benedictinis. cap. 32. num. 6. & 7.
- D**iffinitorium dimissa Congrega-
tione quomodo possit facere diffinitiones. cap. 3. à num. 5. eius authoritas & representatio. ibid. num. 12. Habetur pro eodem ac capitulum. ibid. sine dependentia Congregationis diffinit. cap. 6. num. 1. Nequit id facere contra ius Canonicum. cap. 5. num. 9. & cap. 7. num. 12. Quatenus possit reuocare seu dispensare diffinitiones. ca. 7. num. 10. & limitare inferioribus privilegia ac iura. num. 11. vsque 14. Eius madata quò tempore durant num. 15. Et ad quos extendatur robur. num. 16. vide verb. Capitulum generale.
- D**iffinitiones, in fauorem alicuius monasterij, quam firmitatem habeant, cap. 22. num. 4. Qualiter confirmata a Papa irreuocabiles sint ab alio, cap. 6. à num. 5. Nostra diffinitiones vt sic non obligant ad cultum. cap. 28. num. remissiuè. nihilominus incurritur facta mutatione materia per ipsas, ibid. num. 6.
- D**iffinitoris facultas, & obligatio

R E R V M.

tio in aliquo proponendo, cap. 8. a nu. 10.
Dignitas quid sit, & comprehendat. cap. 9. n. 1.
Dispensatio in lege Superioris licet, in quantum serè coincidit cum Epicheia. cap. 7. num. 10.
Quomodo competat Generali. cap. 11. num. 8. & 9. *Disert ab absoluteione.* cap. 15. num. 1. *sed per verbum absoluo potest fieri* nu. 5. *Ad ordines.* cap. 15. n. 2. *In irregularitatibus,* a nu. 3. & 6. *In votis.* nu. 6. *In obseruantijs regularibus & alijs.* nu. 7. & 10. *In Missis.* nu. 11. *Vnde oriatur potestas dispensandi,* c. 15. nu. 5. *vnde limitetur,* num. 9. *Dispensandi facultas in Regula Capitulo generali qualis,* cap. 6. a nu. 8. *vide verb. Abbas. & Generalis. & Illegitimi.*
Dominiū monasticum rerum penes quem sit. cap. 19. num. 1. & cap. 20. a num. 3. & c. 32. num. 1.
Donati qui dicantur, c. 2. n. 10. & c. 31. n. 3 & 4. *ijdem cum Commisissis & oblati, in quo allucinantur aliqui.* *ibid.* *An liberè possit expelli Donatus:* n. 5. *Fieri Conuersus aut monachus qualiter,* c. 16. n. 13.
Donatina & alia an cedant Abbati monasterij, cap. 20. n. 8. & 9.
Ducati veteres de Camera, & de Estampa quid. c. 33. nu. 11.
Duodenarius numerus mpa

chorum apertis ad retinendam religiosam obseruationem, c. 30. n. 9.

Duratio mandatorum Capituli quanta cap. 7. n. 5. *Cum distinctione eorum.* *ibid.* *Duratio Generalatus & Abbatie in nostris.* cap. 11. num. 10.

E.

Electio benedictio, & reconciliatio licent Abbati, secus consecratio. cap. 12. numer. 16.

Eijci aut dimitti a religione, quatenus possit monachus, cap. 16. num. 2. 3. & 4. *Electio ex triplici fuga non est sublata iuxta Regalem.* *ibid.*

Electio Canonica seruanda, vbi aliud ex privilegio non habetur, cap. 5. num. 1. *Electiones Capitularium nostrorum, quomodo fiant & confirmantur,* cap. 5. *per totum.* *Electiones passiuæ nostri Capituli generalis ex quibus fiant.* cap. 5. a num. 2. *Aliqua non Canonica quomodo subsistant,* a num. 8. *& c.* *Electio ab habente ius confirmandi, excusat confirmationem vt sic.* cap. 5. numer. 13. *in electione Abbatis quinam excludantur a suffragio* num. 14. *Elegendi dignitorem obligatio, & in quibus sufficiat dignus,* cap. 18. nu. 1. & 3.

INDEX

- Epicheia seu Episcopia vsus**
amiscetur in dispensationibus
quæ sunt ab inferiori. cap. 7.
num. 10.
- Episcopi idoneis, supplementum**
admittit ex alijs. cap. 18.
num. 15. Episcopali iurisdictione
in seculares gaudentes. Ab
bates. cap. 12. no. 2.
- Equites Cistercienses militariũ**
ordinum. cap. 30. num. 7. &
qualia eorũ vtra. ibid. & sint
ne vere religiosi. ibid.
- Eucharistia quatenus administra**
ri possit in nostris monasterijs,
secularibus infirmis, vel sanis
etiam in pœnite. cap. 28. nu.
13. vsque fin.
- Examen ordinariorum mona-**
sthorum, quale competat Episc
copis. cap. 12. nu. 11.
- Excommunicatio verbo fulmi-**
nari an possit. cap. 14. n. 7. Quæ
Dominica in Ramis fulmina-
tur inter Cistercienses decla
ratur. c. 17. à n. 11. vsq; ad fin.
- Exemptionis Regularium ince-**
ptio. cap. 10. num. 10. Cisterciẽ-
sium. num. 11. Non incepit to-
ta simul. num. 13. eam confer-
re solus Papa potest. cap. 11.
nu. n. 5. An Generalis mona-
cho. ibid. & num. 6.
- Extensio privilegiorum ad no-**
stram Observantiam. c. 1. n. 2. &
3. & vide verb. Privilegia.
- F.**
- F**amiliares monasterij quate-
nus hodie extant. cap. 2. nu.
10. & cap. 31. num. 6.
- Famulus & domesticus, idem**
cap. 31. num. 6.
- Filiationum subiectio qualis an**
tiqua cap. 32. num. 11. & que
hodie nostris. ibid. & earum
aliquæ monasterij de Sobrado
& aliorum. ibid.
- Ferreira monasterium Monialium**
antea filiatio Meira in Galle-
cia, quo iure unitum Congre-
gationi. cap. 22. num. 2.
- Floreni valor coincidit cum da-**
cato de camera. cap. 33. nu. 11.
- Foros vulgò, seu emphyteuses**
prolongare an sit alienatio. c.
19. num. 16. & de remissione
caducitatis. ibid. casu 3. & 10.
- Fratres Ordinis seculares per fra-**
ternitatis cartam. cap. 2. nu.
10. Tales cartæ laudabiles, &
quibus & qualiter datur. cap.
31. num. 7. & earum differen-
tia. num. 8.
- Fugitivus an sit iure excommu-**
nicatus, & potestas vt absol-
uatur. cap. 14. num. 4. impug-
natur sententia M. Lorca. nu.
5. & 6.
- Fures prout a proprietarijs di-**
stincti. cap. 17. num. 16.
- G.**
- G**eneralis nostri electio or-
dinaria. cap. 5. nu. 1. extra
ordinaria. cap. 8. n. 1. Nomen.
cap. 10. num. 1. & 2. qualita-
tes in eo requisitæ. n. 3. eius po-
testas in quantum illis. nu. 4. &
5. cum seqq. est ordinarius &

R E R V M.

Immediatus Prælatus. c. 10. n. 6. Subditur tamen Capitulis. n. 7. eius mādātū. preferendū. mādātō Abbatis quomodo. nu. 14. eligendus sub mortali dignior. remissiue. num. 15. eius potestas in præcipiendo. cap. 11. per totum. Mandatorum eius duratio. ibid. num. 2. ad quas res se extendat. nu. 3. ad quas personas. nu. 4. limitationes potestatis eius vnde & quomodo. num. 7. cum seqq. & cap. 15. num. 8. Dispensare in diffinitionibus quatenus possit. num. 8. & 9. eod. cap. & quomodo dispenset in quantum Abbas sicut alij. cap. 15. per tot. & specialiter sicut Generalis, in Cantu. ibi. nu. 7. in Missis. nu. 11. in facultate danda ad alienationes & contractus. cap. 19. num. 2. & per totum. Prouidet officia Confessorum Monialium. cap. 23. nu. 14. licentiam ingressum in earum monasterijs. num. 13. eius Generalitatis duratio. cap. 11. num. 10. An possit imponere mandata generalia extra & intra visitationē, quæ per particularium visitationem non exigantur. cap. 24. num. 9. eius sententia iudicialis appellationem patitur. & quomodo. cap. 17. à nu. 8. Generalium emeritorum suffragium asseritur a difficultate quadam. cap. 8. nu. 2.

Gradus Capitularium in Capitulo nostro. cap. 4. nu. 8.

Gradus & præcedentia nostræ Congregationis ad alias cap. 34. per tot. Et responsio ad Episcopum Vrgelensem. ibid. à num. 9.

Graduum conferendorum ad instar Vniuersitatum facultas adstruitur. cap. 27. à. num. 6. & c. Et pro Collegio Theologiæ S. Maria de Palazuelos defenditur. ibid. vsque num. 10. Collatio magisterij. pro Generali sine gradu Magisterij electo. tan gitur. ibid. à nu. 9.

Grangiarij nostri, abusiue Triores, sicut Præsidentes abusiue Abbates, ca. 2. num. 11.

H.

Habitus temeraria dimissio. Excommunicationi ebnoxia est ex iure. cap. 14. à nu. 4. Nō ita sola fuga. ibid.

Homicidij voluntarij irregularitas, quatenus per privilegia concedatur. cap. 15. nu. 4.

Hospites religiosi in monasterio, quibus confiteri debeāt. cap. 28. à not. 4.

Huelgas monasterium Burgense & eius Abbatissa, circa Confessores potestas. cap. 25. nu. 8. & 15.

I.

Illegitimum ad officia dispensatio. cap. 3. num. 12. & c. 8. num. 4. & in quibus & quomodo id requiratur. cap. 9. à num. 1. vsque 5.

INDEX

- Impetratio literarū contra definitiones Cisterciensis Ordinis prohibita, & quam firmata, c. 1. num. 14.**
- Incendiarij qui dicantur, & quibus afficiatur pœnis? c. 17. n. 15.**
- Incorregibilitas vt monachus ritē eiciantur a religione ca. 16. num. 2. & c.**
- Indulgentias an possit Abbas cōcedere? c. 12. à n. 18. Nec in eo assentior Pontificali seu Ceremoniali nostro. ibi. nu. 19. Nec quibusdam priuilegijs Abbatibus Duncensis. prout adducuntur a I. Caram. n. 20. & 21.**
- Indulgentiæ quæ extant pro Religiosis, & earum ratio, ibi. num. 21.**
- Infirmi seculares in monasterio, per regularem eius, accipiunt sacramenta, c. 28. n. 13. & 14.**
- Informationes nouitiorum, quibus consent, cap. 30. nu. 11. & 12 sub quibus pœnis, num. 13. à quibus fiant, nu. 14.**
- Inhabiles, ad electionem ex parte, & c. 5. n. 14.**
- Ingressus in monasteria quatenus prohibitus pro viroque. sexu. c. 32. nu. 8. & 9. An liceat Regijs personis ibi. n. 10. in monasterijs nostris monachum quomodo & in quibus casibus liceat. c. 23. à n. 10. & ad quem pertineat licentia in necessarijs. b. nu. 12.**
- Interstitia quatenus dispensentur ab Abbate. c. 11. n. 7.**
- Irregularitatem non incurrit. futurius vt sic, c. 14. à n. 4. & de alijs irregularitatibus dispensabilibus vel non per nostros, cap. 15. per totum. Irregularitatis non incurrendæ doctrina, vel incurrendæ cautio, cap. 21 nu. 4.**
- Iuramentum, in electione Prælatorum, c. 18. n. 1. De non alienando & c. quod faciunt Abbatres & Generalis explicatur, c. 19. à n. 3. Intelligitur strictè vt minus obliget, ibid. nu. 5. Quod facit noster Generalis de non accipiendo, & alij de non dando, c. 20. n. 14. Quod præstant monachi officiales, in qua vi; c. 26. num. 10. & cum qua obligatione, n. 11. Duratq; solum durante officio aut dignitate persona que iurat, aut cui inde iuratur. ibid.**
- Iurisdictio Prælatorum regularium non est de iure diuino, c. 7. n. 1. & quomodo sit ordinaria, & quasi Episcopalis & qualiter consideranda, nu. 2. & 3. Ea vnde, c. 10. n. 12. Externa iurisdictio Abbatum adstruitur, ca. 17. nu. 1. & 2. & pro omnibus prælati regularibus, ibid. Iurisdictio temporalis vassallorum an liceat Cisterciensibus, c. 21. n. 1. & 2. Cui cōpetat dominium, & cui exerceat, n. 3. & c. iurisdictio. Papæ in directe subest Regia, c. 33. n. 6.**
- Ius Regis in Abbatias, Nauarra Cisterc. post extinctionem perpetuitatē quare, c. 11. n. 1. & 2.**

R E R V M:

L

L Argitio munerum prohibita per Pontificem Religiosis, qualiter inde cofanerit. ca. 20. num. 2.

Laudati ex nomine plures Magistri nostri. cap. 27. n. 2. & c. 11. n. 12. Magist. Antonius Perez Episc. laudatus & impugnatus. cap. 34. a num. idem Suarez. cap. 5. nu. 7.

Le&or Theologiae moralis in monasterio describitur. c. 26. n. 5.

Legislator princeps, remanet semper cum potestate condendi, & renouandi legem per consuetudinem ablatam. c. 15. n. 12.

Legitimatio per professionem quae cap. 9. n. 1. De alijs ad quae & quo pacto fiant. ibid. n. 2, cum seqq.

Limitationes quibus coartantur nostra privilegia. cap. 1. n. 4. & seqq. Quas potest Capitulum ponere. cap. 7. a num. 10.

Locatio quatenus licent. ca. 19. num. 9.

M

M Agisteria scholastica conferendi facultas, quatenus in usu & participabilis a nostris. c. 27. a n. 6. & c. Dignitas & idoneitas ad id requisite. ibid. num. 11.

Magistri Capitulares, quibus conditionibus teneatur. c. 4. a n. 2.

Magistri nouitiorum ratio. c. 26. num. 4.

B. Marix officij parui obligatio nostris. c. 29. nu. 1. & 2.

Martini de Vargas Observantiae Authoris laus Apostolica, ca. 10. num. 1.

Matrimonij interrogatio in informatione Nouitiorum, quatenus coincidat, cum alijs requisitis a Sixto V. c. 30. n. 12.

Missas hebdomadarum quomodo dispenset noster Generalis. ca. 35. nu. 11. Earum obligatio in Observantia laic. c. 29. a n. 3.

usque fin. Missarum dotatarum compositio ablat. cap. 29. nu. 4. & c. Quae dicuntur Tricenarij S. Lamberti qualiter obligent. ibid. n. 13. Missae ritus nostris. n. 15. Quo missati. nu. 16.

Quo loco. nu. 17. Quo tempore. num. 18.

Mobilia quae ad immobilia reducuntur in alienationibus. cap. 19. nu. 12. & 13.

Monachum ad Conuersum vel Donatum reducere qui fieri possit. c. 16. a num. 3.

Monasterium, quibus intra personis constet. c. 2. n. 9. & 10. & extra monasteriam. nu. 11. ca.

de nouo erigenda quae facultas. cap. 16. num. 12. & aggregandi erecta, ibid. Monasterium monialium Cisterc. Salmanticensium haud semel exclusum & dimissum ab Observantia congregatione. cap. 23. n. 1. Monasteriorum Observantia Hispania numerus. c. 2.

n. 5. Monialium vera. cap. 23. nu. 1.

n. 5. Monialium vera. cap. 23. nu. 1.

INDEX

Num. 1. *Monasterij S. Bernardi Toletani dicti Montis-sion prae eminentia discutiuntur.* c. 22. & *monasterij Vallis-bonae.* ibi. nu. 8. & *Collegiorum.* n. 9.

Monialium sacrarum tractatio. cap. 23. per totum. *Differentiae subiectionis.* ibid. nu. 1. & 2. *gaudent Congregationis indulgentijs.* nu. 8. *Comprahenduntur legibus.* ibid. *De clausura earum.* nu. 9. *de ingressu aliorum ad electionem & alia.* nu. 10. & 11. & 12. *Quis det licentiam ingressus & egressus.* nu. 13. *Quis provideat officia Confessoris & aconomi.* nu. 14. *earum recitandi obligatio.* ca. 29. nu. 1. *Rescriptum circa filiaciones monialium discutiuntur.* cap. 23. a nu. 4.

Munerum quae deferuntur Abbati distinctio & applicatio. cap. 20. nu. 8. & 9. & *de alijs.* ibid.

N.

Nominum abusus in titulis religiosi aliquorum. cap. 25. nu. 12. & cap. 2. n. 11.

Nona hora quo sensu sumenda in privilegio de missa dicenda. c. 29. nu. 195.

Novitiorum receptio a quibus ubi, & qua informatione. cap. 30. a nu. 8. & c. *Aliqua eorum dispensationes.* ibi. n. 10. *Professionis eorum nullitas defertur requisitorum Sixti V. abla*

ta est. Sed poena transgressoribus perdurant. ibi. nu. 13.

Numerus monachorum requisitus in monasterio ad Observantiam regularem tenendam. c. 30. nu. 9.

O.

Obedientia, genericum officij nomen. cap. 18. n. 2.

Obedientiae votum in professione non limitatur ad Abbatem cui fit. cap. 30. nu. 1. *Ad quid se extendat.* ibid.

Oblati, qui dicantur. cap. 31. n. 4.

Observantiae Castellae privilegia. cap. 1. *Aliqui viri insignes in Academijs.* cap. 27. nu. 2. *illius erectio, nomen, ratio, & integratio.* cap. 2. a num. 1. cum seqq.

Officij divini obligatio, in monachis & monialibus nostris breuiter & remissive. cap. 29. nu. 1. & 2. *illius mutatio aut alteratio quatenus liceat.* cap. 6. a num. 4. remissive.

Officia quae exigunt legitimitatem aut legitimationem. cap. 9. nu. 2. & 3.

Officia regularia monasterij sunt amabilia. cap. 18. nu. 2. *etiam curam animarum habentia.* ibid.

Officia quae per electionem aut sine illa sunt. cap. 18. num. 3. *Quanam Capitularia necessario dignioribus danda, remissive.* cap. 25. nu. 1. *Officia conuentualia intra monasterium.* cap.

R E R V M.

cap. 16. per totum. *Extra il-*
lud. cap. 25.

Oliva *Monasterij preminentia*
& laus. cap. 11. num. 15 & 16.
Quinquennium. cap. 33. nu. 11.

Oracula *vinae vocis reuocata &*
quomodo. cap. 1. nu. 10.

Ordinaria *iurisdictio a quo cou-*
feratur. cap. 7. nu. 1.

Ordines quos possunt conferre
Abbatē & quibus. cap. 12. à
num. 6. Et quid de sacris infra
Præbiteratū. ibi. nu. 8. Ordi-
nati ab Abbate illicite an re-
ordinandi. nu. 9. & 10. Ordina-
ri a quo maluerit Abbas Epif-
copo possunt monachi. cap. 12.
nu. 12.

P

Papa *supremus Regularis Præ-*
latus omni Religioni. cap. 2.
nu. 6. ei soli competit exemp-
tionem dare. cap. 11. nu. 5. Eius
cōfirmatio cæteris paribus. idē
robur adijcit. siue Regula. siue
diffinitionibus accedat. Siue in
iure siue extra. cap. 6. nu. 8. &
amplius à num. 14. vsque 17.
Qualis tollat dispensandi facul-
tatem. ibid.

Parochiarum *visitatio qualiter*
Generali aut Abbatibus com-
petat. cap. 12. n. 2. & cap. 25. n.
11. & cap. 18. à nu. 8.

Parochi, *vel seculares, vel Reli-*
giosi quomodo provideantur ab
Abbate. cap. 18. à num. 4. vs-
que fin.

Paschæ *nomine quod tempus in-*
telligatur. cap. 13. n. 7. & cap.
28. num. 17.

Patrini *munus in baptismo pro-*
hibitum religioso. c. 28. n. 1.

Paupertatis *voluntatem pariter con-*
stringit Abbatē vt nec se nec
aliū sua licentia liberet. c.
20. nu. 3. Eius obligatio. c. 30. à
n. 2. an aliquid nouit addat Cō-
cil. Trid. n. 3. Non idem modus
in omnibus religionibus. nu. 5.
Neque eadem paritas in pecu-
dio seu deposito religioso & a-
lijs bonis monasterij. cap. 20. à
num. 4.

Pecunia *quatenus inalienabilis*
sine solemnitate iuris. cap. 19.
num. 14.

Pensio *S. Michaelis Ponserra-*
diensis monialium S. Bernardi
in quo fundetur. c. 25. n. 4.

Personatus, *quid sit & compra-*
bendat. c. 9. n. 3.

Personæ *monastice quibus inte-*
gratur nostrum Capitulum ge-
nerale. c. 2. n. 8. & quibus mo-
nasterium. nu. 9. & quibus to-
ta Congregatio. c. 2. per totū.
& aliquę in illius Collegij s. me-
morantur. c. 17. n. 2.

Pœnæ *quæ adhuc extant contra*
Tralatos non obseruantes ar-
dinem Sixti. V. in recipiendis
novitijs. c. 3. n. 13.

Pœnitentiæ *sacramentum non*
administratur ijs qui sunt de
familia monasterij, nisi a mona-
cho approbato per Episcopum.
cap. 28. n. 9. Bene tamen com-

nu-

INDEX

- unio paschalis liberè. ibid. n. 16.*
- Fontificum Romanorum catalogus & series. cap. 34. ad fin.**
- Pontificalium præminentia nominis ex quo privilegio. cap. 1. n. 3. Quænam specialiter concessæ. c. 12. n. 4. eorum usus etiam in alieno loco quomodo num. 5. & 22.**
- Possidere proprie quid. cap. 30. n. 3. Possessionis nomine quid intelligatur. cap. 19. n. 5.**
- Præminentia monasterij Montis-sion. cap. 22. per totum. Et Vallisbonæ. ibi. nu. 8. & collegiorum. nu. 9.**
- Prædicatores generales & Capitulares qui sint. cap. 4. n. 5.**
- Prælatorum ordinariorum subordinatio. cap. 2. n. 7.**
- Præpositi, seu Prioris claustræ officium. cap. 26. n. 1.**
- Præscriptio non usus privilegij quo tempore fiat. cap. 1. nu. 6. Præscriptio usus Pontificalium dari potest. c. 12. n. 15.**
- Præsidentes qui dicantur in nominis. c. 2. nu. 11. eorum & præsentiarum ratio, & unio. cap. 25. a n. 4. usque 11. An reeligij queant. ibi. nu. 9. & 4.**
- Principis Caroli Balthasar iurament. & mors. c. 11. nu. 14.**
- Priores extra claustra qui. cap. 2. nu. 11. & cap. 25. n. 12.**
- Privatio officiorum quare & quomodo fieri possit. cap. 9 a nu. 7. Eius causa & unde peti-
te. ibi. nu. 9. & 10.**
- Privilegij nomen & significatio quam lata, cap. 1. num. 1. & eorum consideratio in genere, per totum cap. Reducta iuxta concessionem ad triplicem differentiam. cap. 1. num. 1. Quomodo competant nostræ Observantia Castellæ. num. 7. Concessa contra Cencilium Trid. post ipsum non includuntur in ordinaria communicatione ibi. num. 8. interdum impertrantur superflue. cap. 7. num. 8. Quid tamen operentur. ibi. Facultatiua & gratiosa limitari possunt a Capitulo. cap. 7. num. 11. & 12. Privilegiorum Eugenij IV. de potestate nostri Capituli explanatio. cap. 6. a nu. 2. Privilegia religiosorum ad absoluendum a reservatis Papæ & Episcopis quomodo abrogata. cap. 13. num. 12. & 13. & cap. 28. nu. 9.**
- Procuratorum generalium in Urbe & alibi officium. cap. 23. nu. 13. & 14. An reeligij possint. ibid.**
- Professio monachi de obedientia, non sistit in Abbate locali. cap. 10. num. 9. Eius forma remissive. cap. 30. nu. 1. Quibus limitibus continetur. ibid.**
- Professio fidei in Abbatibus electis an necessaria. c. 11. n. 11.**
- Promotoris officium in Capitulo quale. cap. 8. nu. 11.**
- Propone in Capitulo aut diffinitorio aliquid an competat soli Generali priuative ad alios**

R E R V M.

hos cap. 8. à num. 10.
Proprietarij, qui sint & quali-
ter inter Cistercienses excom-
municentur. cap. 17. num. 11. &
12. & 17.
Pfalteria pro defunctis imposta
nostris quatenus obligent. cap.
29. nu. 15.

Q

Q **Vindennium quid sit. cap.**
33. nu. 7. Eius principii
num. 8. Ratio. nu. 9. differentia
nu. 11. Quae monasteria ab eo li-
bera? nu. 10. singulorum solu-
tiones Romae quo tempore fiat,
signato anno mense & die, nu-
mer. 12.

R

R **Regula, non comprahenditur**
nomine constitutionu, in re-
uocatione, cap. 16. num. 4. Re-
gulae, aut ordinis substantialia,
quot modis dicantur. cap. 6. n.
5. & in rigore idem sunt. n. 7.
Religiosus in Parochia extra
monasterium an simul cum so-
cio necessario debeat esse? cap.
18. num. 14. & an sine praevio
Theologiae studio ei possit praef-
ici? ibid. nu. 15.
Reliquiae Sanctorum, an sub a-
lienationis prohibitione com-
prahendantur? cap. 19. n. 14.
Repartitionum & aliorum ore
rum remedium in Coegregatio-
ne solenter animaduersum, sed

desideratur exequutio. cap. 9.
n. 13. Repartitiones faciendi po-
testas. ibid. à n. 12. & cap. 27.
num. 5.

Repudiatio hereditatis, aut re-
nuntiatio legati, an sit prohibita
inter alienationes. cap. 19. nu.
10.

Rescriptum quoddam Monialitè
pro filia: ionibus earum diluci-
datur. c. 23. à. nu. 4.

Reservatio casuum communis,
cap. 13. num. 3. Quomodo inter
nostros extet. ibid. & num. 4.
vsque 7. Non cadit sub ea pec-
catum veniale. nu. 5. & 6. Re-
servata in nostra Congregatio-
ne numerantur, & reforman-
tur iuxta Clementem VIII. c.
14. nu. 2. Augeri potest nume-
rus illorum, nu. 3.

Restitutio malè expensi aut do-
nati, in quibus excuset reli-
giosum. cap. 20. num. 12. &
13.

Restrictio privilegiorum Socie-
tatis IESV ne alijs communi-
centur quomodo stet? cap. 1. à
num. 15.

Reuerendas possunt Abbates de
re suis. cap. 12. nu. 11.

Reuocata aliqua facultate, per
privilegium concessa, si de iure
competit inde remanet subsi-
stens, c. 13. n. 15. & 19.

S.

S **Acramentoru administratio**
quoad monachos, c. 28. a nu. 1.
vsque

INDEX

- vsque 7. *Quoad seculares.* a n. 9. &c.
- Secretum in electionibus qualiter tenendum**, cap. 5. num. 5. *Opinio Suarez de eo*, ibid. sed non admittitur, no. 7.
- Secretarij Capituli nostri modus**, cap. 25. nu. 1. circa eum quo utitur in officio Generalis, difficultas, cap. 24. n. 14. & ca. 25. nu. 2. & 3.
- Sententia quorundam Magistrorum de potestate nostrae Generalis Reformatoris expenditur**, cap. 11. num. 12.
- Simplicium beneficiorum proventus**, cap. 18. nu. 7.
- Socium an necessario debeat habere Religiosus degens extra monasterium**, cap. 18. nu. 14.
- Socij religiosi simul itinerantes, quatenus debeant inuicem, vel aliter confiteri**, cap. 28. nu. 7. & de socijs Abbatis hospitis in praesentia eius in monasterio. ibid.
- Societatis IESV privilegia in comunicabilia, quo pacto**, ca. 1. a num. 15.
- Sollemnitates alienationum**, ca. 19. num. 18.
- Studia literarum indicantur**, cap. 27. per totum. *Commendata a Pontificibus pro Cisterciensibus*, ibi. num. 2. *Ad ea, extra propria collegia, non mittuntur nostri*, nu. 3.
- Subordinatio iurisdictionum, non tollit esse ordinarias & immediatas**, cap. 10. nu. 8. & 9.
- earum coordinatio*, cap. 3. n. 7.
- Subprioris conuentalis officij**, cap. 25. n. 2.
- Substantialia Regulae vel ordinis idem sunt**, cap. 6. nu. 5. 6. 7.
- Superaddi, Monasterij Archioth. Notarius Apostolicus**, c. 25. n. 2. *Illius filiationes*, c. 32. n. 11.

T.

- Tempus aut hora qua possit dici Missa**, cap. 29. nu. 18.
- Explicatio & sensus horae Nonae ad id**, num. 19.
- Tempus non vsus priuilegij quantum requiratur, ut desinat ualere**, cap. 1. num. 6.
- Tertij damnatum semper intelligitur exceptum**, cap. 23. nu. 7. & cap. 22. num. 7.
- Tortura in Religioso quatenus exequenda**, cap. 16. nu. 5.
- Tractatus huius, modus, materia & intentio**, in Prohaimio.
- Translatio monasterij, de vno loco ad alium quomodo liceat**, cap. 32. nu. 5. & an liceat nostra a desertis ad vrbes transferri. hu. 6. & 7.
- Transmutatio Donati in Conuersum, aut Conuersi in monachum, aut econtra, quomodo fiat**, ca. 16. num. 12. cum seqq.
- Transitus ad aliam religionem ex nostra qualiter liceat**, cap. 16. a nu. 6. cum seqq. *Quae licentia requiratur*, ibid. *Quomodo prohibeatur transiuris*, nu. 7. *An etiam si ad Carthusiam*, nu. 7. & 8. *Transitus aliorum*.

R E R V M

rum ad nostros, num. 10.
Tridentino Concilio aduersari priuilegia quomodo intelligendum, cap. 1. num. 7. & que sint loca Concilij derogantia priuilegijs. ibid. remissiuè.
Triremiū damatio in religiosum quomodo liceat, cap. 16. num. 5

V.

Vassallos & iurisdictiones habere posse religiosos, cap. 21. num. 1. & pro Cisterciensibus, num. 2.

Verba illa: Tam in capite quā in membris explicantur, ca. 24. nu. 10. item illa: sine præiudicio iuris parochialis, ca. 28. nu. 13.

Vicūs, nomine quid veniat, ca. 30. num. 4.

Visitatores generales, & eorum officium, & materia, cap. 24. per totū. De facto in nostris, non subordinantur Generali, sed possent, num. 1. Appellatio ab illis ad quem, num. 2. Subrogati in casu recusationis, in qua iurisdictione procedant, num. 3. Noua mandata, generalia ponere ad eos non pertinet, ibid. nu. 4. vsque 8. Quid optabilius in visitationibus, num. 7. An possint delegare, num. 12. Dubium

de modo secretarij eorum in nostris, num. 14. Visitatores alij contra Generalem & ipsos visitatores, num. 16. Item de extraordinarijs, num. 17.

Vincionis Sacramentum quatenus secularibus liceat ministrari à Religioso, cap. 28. nu. 13. & 14.

Vnio monasteriorum alienorum nostris, & nostrorum inter se, cap. 32. num. 3. & 4. & ibi difficultas de impetrato ad id priuilegio Urbani VIII.

Vniones monasteriorum Reformatorum Observantia, quo tempore & a quibus facta, cap. 33. num. 12.

Vniuersitas studiorum etiam in cœnobijs, cap. 27. n. 7.

Votum paupertatis praxis & usus mitigat, cap. 2. num. 8. Vota tria, sunt ea substantialia: omnino exclusa a dispensatione concessa Capitulo nostro per Eugenium IV. cap. 6. n. 9. & 10.

Vota seu suffragia Capitularium expenduntur, cap. 4. per tot.

Vsus priuilegiij requisitus iad sui valorem, cap. 1. nu. 5. & seqq.

Z.

Zerodus monachus, quis dicitur in nostris, cap. 2. nu. 9. & cap. 16. num. 12.

*In Deo salutare meum & gloria mea:
 Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.*

Psalm. 61.

*Errata potiora, nec in omnibus exemplaribus
omnia.*

Fol. 2. pag. 1. lin. 10. distinctione, lege indistinctione, fol. 3. pag. 1.
lin. penult. ancursum, lege discussum, fol. 9. col. 3. lin. 7. solu-
tione, leg. solutione, fol. 11. col. 2. lin. 12. tom. deest 3. & col. 4. lin. 11.
conduco, leg. conducta, fol. 22. col. 4. lin. 27. §. 7. leg. artic. 7. & ite-
rum, fol. 24. col. 2. lin. 14. fol. 27. in margine. Quincuplex, leg. sex-
cuplex, fol. 29. pag. 4. lin. 2. potest, leg. praeest, fol. 33. pag. 2. lin. 21.
quilibet, leg. cuilibet, & pag. 4. lin. 6. Personatis, leg. personatus.
fol. 38. pag. 4. lin. 22. necessaris, leg. necessaria. fol. 48. col. 1. lin. 19.
imminuant, leg. imminutum, fol. 59. col. 4. lin. vlt. aut ipso, leg.
aut ipsos, fol. 62. col. 1. lin. 31. quæ, leg. quod, fol. 71. col. 3. lin. 13. iux-
ta, leg. iusta, fol. 83. col. 3. lin. 10. solum, leg. potius, fol. 107. col. 2.
lin. 2. inducere, leg. inducere, fol. 149. in titulo Cap. Pontificum,
leg. Pontificum, fol. 147. col. 2. lin. 6. ratio, leg. ratione.

Excussum in OLIVÆ Regio Monasterio

PER MARTINVM A LABAYEN ET DIDACVM
a Zabala Pampilonenses:

ANNO M. DC. XLVII.

